## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

LIII.
C.
21.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LIII
C
21
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# COMMENTARIORVM MEMORABILIVM MVLTIPLICIS HYSTORIAE TARVISINAE

LOCVPLES PROMPTVARIVM

*LIBRIS QVATVOR DISTRIBVTVM*

HYSTORICO, ANTIQVARIO, POETÆ, Philoſopho, In primis autem Chriſtiano, ac Funebrium Studioſo, Iucundum, atq; Vtile.

*AVCTORE*

BARTHOLOMÆO BVRCHELATO PHYSICO.

*Contenta, ordinem, apparatuſq; pagina inſequens lucidius explicabit.*

FORTE SVB ITALIÆ CONSIDET FINIBVS? EHEV:




PLVS VLTRA, ET MONTES, ET SVPERABIT AQVAS.

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

TARVISII. Ex licentia DD. Superiorum.

Apud Angelum Righetinum. M D C X V I.

Google

Digitized by Google

# COMM. MEMORABILIVM TARVISII LIBRORVM SVMMÆ.

IN Primo Sacrorum Capitum, piarumq; Congregationum memoriæ, Elogia, atq; Epitaphia; ex obſeruato ordine, recenſentur.

In Secundo Taruiſinorum Ciuium, dignitates, iuxta, atq; graduum ordines Ciuitatis: Exterorum inſuper, & Romanorum præcipuè, Inſcriptiones inibi poſitæ proferuntur: cum non pauca ex ſymbolo vndecumq; interea ſint adlata.

In Tertio inſignium Vrbis Præſidum dignæ memoriæ, atq; Encomia ex publicis Taruiſij compertis Marmoribus deportantur.

In Quarto ſub certo Elogiorum Numero referuntur ea omnia ab V. C. ad hunc vſq; annum MDCXVI. incluſ. quæ præcipua inter publica relatu digna cognita ſunt. VT TARVISINÆ HISTORIÆ Epilogum eſſe dixeris ſpecialem.

Anſerum demum, Taurorum, ac Lubrici Ludis epicè exordinatis.

Habitis porrò ſingillatim cuilibet ordini, tum Ciuibus cunctis ſimul, tum Morti ipſi, pijs APOSTROPHIS: ſubſidium, fauorem, aut gratiam, varia ratione interim implorando.

Appoſitis à frõte Operis Prolegomenis per Cap. XXXVII. diſpoſitis, quæ Mortis, Funerum, Sepulturæ, Templorum, Inſcriptionũ, atq; aliorum id genus, materiæ perinde, atq; operi ordinando, clareq; intelligendo valde conducunt.

Indices, & Catalogi ad hæc repoſiti, multiplices ſimul, ac neceſſarij. Scriptorum Taruiſinorum præcipuè omnis temporis, cũ eorum operibus editis, & repoſitis, omnis generis.

Deniq; ſequetur librum Appendix loca omnia Vrbis noſtræ præcipua per Tabulas, ſeu Arbores, ac Syntaxes, cum Ludis ſuis, clarè non minùs, quam breuiter repræſentans.

Quinetiam Dictorum, ac Sententiarum Memorabilium, quę paſſim per Vrbem, & per Domicilia conſpiciuntur, Regiſtrum.

VACATE, ET VIDETE.



Digitized by Google

*Præter Indices, Catalogos, Prolegomena, Apoſtrophes, ac Syntaxes;*
*Univerſi huius operis, atq; ordinis relatu facilis ſumma.*

# MEMORABILIVM TAR.

Alia ſunt.

- **Priuata**
  - **Eccleſiaſtica**
    - Sanctorum, ac Beatorum
    - Epiſcoporum
    - Canonicorum
    - Clericorum cęt.
    - Fratrum, & Monacorum
    - Monialium
    - Piarum Congregationum
    - Hoſpitalium
    - Quorũ omnium eſt Liber primus.
  - **Sæcularia**
    - Comitum, Equitum, Baronum, &c.
    - Nobilium
    - Iuriſconſultorum
    - Philoſophorum, Medicorum, &c.
    - Tabellionum
    - Ciuium ſimpliciter
    - Exterorum
    - Mercatorum, & Opificum
    - Sontium, Mortiſq;
    - Romanorũ antiqu. Marm.
    - Quorum omnium eſt Liber Secundus.
- **Publica**
  - Vrbis Præſidum, Militię Imperat. Prouiſor. Gener. Fabricar. publ. Redempt. paſſim.
    - Quæſtorum item, & Aſſeſſ. &c.
    - Quorum omnium eſt Liber Tertius.
  - Ciuitatis, ſeu Taruiſinorum Rerum Geſtarũq; Elogia nu. ccxxix. Ab vrbe cond. ad hæc vſq; tempora.
    - Cum appicta illa in Senaculo Coronide ingenioſa. Demum Anſere Tauro, Lubrico. tum Fluminum Eucomijs.
    - Quorum omnium eſt Liber Quartus.

Sequentur hæc Omnia locorum Vrbis per Tabulas, Ludorumq;, &c. Dictorum, inſuper, ac Sententiarum, Memorabilium ordinata perinde, ac verax

APPENDIX.

Ni ſumptus Cenſum ſuperet.

IN TENVI LABOR: AT TENVIS NON GRATIA, SI QVEM NVMINA LÆVA SINVNT, AVDITQ; VOCATVS APOLLO.

A. M. N. P. E. CH. N. F. O. I.

E. C. H. O. F. D. S. I. S.

V. Ma. Vid. Noſt. Scito.

Digitized by Google

## RESTAVRATORI NOSTRO IESV MEO.

*Id, quodcunq; , venit de te, Dulciſſime I E S V:*
*Principium, medium, finis, & acta ſimul.*
*Da æternam Requiem Memoratis, Chriſte Redemptor:*
*Da & mihi, Pontificis, poſco, iuuante prece.*
*Viuo ego, iam non ego: at mihi viuit Chriſtus, ego illi:*
*Namq; ego velle ſui ſpondeo velle meum.*

IPSE AD SEPVLCRA DVCETVR, ET IN CONGERIEM MORTVORVM VIGILABIT. *Iob 21.*

ET LAVDAVI MAGIS MORTVOS, QVAM VIVENTES. *Eccl. 4.*



## MORS NORMA VITÆ EST OPTIMA.

Auete Animæ fideles, & Deo caræ: quarum corpora naturæ mortua Deo viua ad nouiſſimum diem, hic, & vbiq; in puluere requieſcunt. Dominus noſter IESVS Chriſtus, vita viuorum, & reſurrectio mortuorum, qui eſt victor mortis, & triumphator inferni, & vos, & nos, & viuos, & mortuos, velut viuorum, & mortuorum dominator, ſuo precioſiſſimo ſanguine redemit, vos a cruciatibus, & pęnis per ſuam miſericordiam liberare, & inter choros ſanctorum Angelorum collocare, & coronare dignetur. Vos autem de ore *Leonis* ereptæ, repræſentataq; in lucem ſanctam, noſtri æternùm memores, ſuppliciter exorate, vt morientes non abſorbeat nos Tartarus, non demergamur in profundum, ſed detrimētum quidem patientes, ſalui autem facti per ignem, vobis in cœlo Comites adiungamur; & vobiſcum in æterna felicitate lætemur. *Ex Di.*

Fiat. Fiat.

GLO

Digitized by Google

# GLORIOSISSIMO CIVI TARVISINO

F. NICOLAO BVCCASSENO ROMANO PONTIFICI
SVB NOMINE BENEDICTI VNDECIMI
ANNO AB ORBE REDEMPTO MCCCIV.
BARTHOLOMÆVS BVRCHELATVS PHYS. CIV. TAR.
EA, QVA DEBET, OBSERVANTIA, REVERENTIA, AC PIETATE
ERGA TANTVM PATREM, SVMMVM PATRIÆ COLVMEN,
DICAT, CONSECRAT, ET COMMENDAT HOC OPVS MEMORABILIVM, HOC INQVAM CHRISTI FIDELIVM COEMETERIVM
PIETATIS, ATQ; AMPLITVDINIS CAVSA,
COLLECTVM, DISPOSITVM, ET CONSTRVCTVM:
EOS, EASQ; OMNES, GRATIÆ QVIDEM INDIGOS, AD DOMINVM
ANHELANTES. TVM AB HOC SÆCVLO MIGRATVROS: CVM QVEIS
SEIPSVM, FILIOS, AC FAMILIAM ILLIVS PIIS INTERCESSIONIB.
RECOMMITTIT, TANQVAM GRATIÆ NVMINIS PRÆCIPVI,
SINGVLARISQ; PATRONI.
QVO TANDEM A PATRE LVMINVM, COELI, TERRÆQ; DOMINO,
AC INFEROR. NOBIS OMNIB. IMPETRET REFRIGERII SEDEM,
QVIETEM BEATITVDINIS, ET LVMINIS PERPETVAM CLARITATEM:
PER IESVM CHRISTVM VNIGENITVM DEI FILIVM VNICVM NOSTRVM DOMINVM, AC POTENTISSIMVM REDEMPTOREM.
ANNO CHRISTIANÆ SALVTIS. MDCXVI.

*Arca, Noes quam fecit: ab hac egreſſa columba:*
*Se reuolaturam ſpondet amica tamen.*




*Sic volo ego, egreſſus mox de nihilo, ad nihilum; ſic*
*O vtinam, vnde exi, morte REVERTAR ouans.*

PERIL.

Digitized by Google

# PERILLVSTRIBVS TARVISII ANTIANIS, PROVISORIBVSQ; DELECTIS: TVM CIVIBVS CVNCTIS DILECTISSIMIS SVIS,

## BARTHOLOMÆVS BVRCHELATVS PHYSICVS,

*Solamen Precatur, & Gaudium.*

TRiceſimus iampridem præterijt annus ( Præſides ac Domini Perilluſtres ) ex quo typis Venetis Epitaphiorum magnæ partis Taruiſij noſtri librum expoſui: Quibus ſermocinationes, quas cũ Alexandro Vonico nobili adoleſcẽte habueram ſepties, complicaui: Viros egregios, ac percelebres Taruiſinos, tum aſſumptam materiam clarius præmonſtrantes: quemadmodum optimè norunt Pręceſſores veſtri, quibus Codicem tunc temporis deſtinaram: Quod opus veluti gratiſſimum fuiſſe comperi, ijs præcipuè, de quorum familijs, earumque glorioſis alumnis ſermo obtigit (vt quid de libri mei parte hyſtorica, de elocutione, de methodo, ab hominibus felle vacuis, ab hyſtoriæ ſtudioſis, ab exteris, dictum, ac ſcriptum fuerit, nunc omittam) ita illudmet fuiſſe mutilum propemodum, ac mancum cognoui, propterea, quia plura, imò plurima, reſtantia per templa, per vrbem Elogia, atq; Epitaphia, digna, quæ referantur, tunc prętermiſeram: vnde, niſi adhuc loquerer, putaſſet quiſpiam me tunc omnia penitus protuliſſe; Quapropter in hanc rem inuigilans, & vlterius animum protendens, ac deſyderium, vt omnium Ciuium gratiam (ni fallor) conſequerer, ac amorem: vtq; huiuſmodi ſcrupus adimeretur, nedum Elogia collegi MEMORABILIA, Inſcriptiones, atque Epitaphia expoſita paſſim per Templa, per Vrbem, per męnia: illa ſub proprijs ordinibus, gradibus, ac titulis committendo: ſed & latiùs extendens paſſus, ac calamum, quæcunq; alia fuerint Memoranda, priuata ſimul, ac publica, vbi ubi per Ciuitatem extantia collegi, atq; ex obſeruato ordine, ac artificio in iſtud opus retexui: ex ijs exponenda quædam expoſui, atq; allatis ſymbolis aliqua lucidiùs ampliaui. Quinetiam cum vidiſſem Hyſtoriam noſtram felici penna complexam à diſertiſſimo Bonifacio præpinguem, atq; amplam valde ex adnexis vndequaq; collectis tanto operi inſeruientibus, inibi miro ordine regiſtratis: vidiſſem pariter il-

lam

lam fuiſſe legentibus; præſertim hyſtoricis, gratam adeo, vt à multis deſyderentur Libri, nec amplius apud bibliopolas vlli comperiantur venales ac poſtremò ſcirem illam vſq; ad annum duntaxat nonageſimum primum ſupra milleſimum, & quingenteſimum diſtineri: & propterea XXV. annos hyſtoriæ Taruiſinæ adhuc ſupereſſe: decreui præcipuam illius partem detexere, ac recenſere, cũ ſecutis Memorabilibus in hanc vſq; diem: idq; lingua hac Doctorea magis vniuerſali: cumquè gaudeant breuitate moderni, quod aiunt, per Epilogos, per ſummas, Elogiorum ad inſtar; illa inquam conſcribens, quæ fuerunt Ciuitatis noſtræ ſpecifica, præclara facinora, res geſtas, bella: generoſos Ciues, & armis & litteris, & ingenij acumine valde præſtantes: Ciuilitatis pariter ingentem animũ, atq; indolem cunctis ſæculis prædicandam. Summorum Ducum, Regum, ac Principum: Imperatorum, Imperatricum, Reginarũq; obuiationes, accæptioneſq; pollucibiles, peramplos ſumptus, ludos percelebres, admiranda donaria, ſupremas oblationes; illa adhæc, quæ Religionem, fidem, ac pietatem in Deum, atq; homines: tum in Sereniſs. Rempub. Venetam noſtri Dominam fidelitatem, ſtudium, ac obſequium continuè præſeferrent. Porrò illud, quod dixero de Sepulchris, de Monumentis, de Inſcriptionibus, Epigraphis, ac Elogijs: de illamet conflandi arte: de Mortualibus, de Funeribus, & Funebribus: de Morte ipſa deq; iſtiuſmodi adnexis, conſequentibus, concomitantibus, ac parergis, in operi præmiſſis capitibus, vos videbitis: ſpectantes interim quotquot auctores, & quidem plurimi, ſcripſerint Taruiſini, & quæ opera emiſerint, & quo tempore: vt alia interea partitè, ac diſtinctè hic dicere prætermittam. Dixi in nuncupatoria illa Epiſtola mea, anno ætatis meæ paulò plus trigeſimo expoſita, me illis veſtrum Præceſſoribus Antianis opus illud dedicare ex animo, & tanquam Decimam ſoluere: nunc verò inclinante altero ætatis meæ anno terdecimo, imò potius exeunte, alteram Decimam Communi Taruiſij, vobis inquam (generoſi Prouiſores, ac Domini) dico, delego, ſoluo. Promiſeram tunc tẽporis, memini, dũ Primorib. Viris placuiſſet illadmet opus meũ, me & alia alias prolaturũ, quę meditabar, meũ erga Patriã nec minùs bonarum litterarũ ſtudioſos feruidiorẽ animum interim monſtratura: Ecce vobis, Viri optimi, hæc ſunt promiſſa, iſtæ ſunt oblationes meæ, hi meorum laborum fructus, iſtęc ſunt munera; hilari fronte, ſummaq; animi alacritate vobis Viris Principibus, Ciuitati ipſi noſtræ, Ciuibus ſimul cunctis, hæc tribuo: quibus equidem, Tar

uiſinus

Digitized by Google

uiſinus cum ſim, in maiori ſumma toto vitæ meæ curri culo me in-
genuè teneri profiteor: quippe nedum opus, atq; opera, ſed opes, ac ſtudia: quin vires, & vita (ſic inquam profiteor) patriæ ipſi debetur mea: ſiquidem, nedum ſtrenuum, ſed & dulce, & decorum eſt pro patria mori: & quod nam aliud eſt mortis genus, quod ad præſens ſubij pro patria mea, niſi dierum meorũ abbreuiatio, veluti & luminum aciei, vnde crebræ vertigines: & virium roboris, ac fortunarum defectus: in his lucubrationibus, in his laboribus, in his profectionibus, in his lucris ceſſantibus artis medicę, inq; his tot librorum ſumptibus obeundis per multos annos? Sum ego inquã cum M. Tullio primo Officiorum libro dicentę, Cari ſunt liberi, *Cic.* propinqui, familiares: ſed oẽs omniũ charitates Patria vna complexa eſt: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? Non .n. ſpe quæſtus, aut gloria commotus ad ſcribendum veni, quemadmodum alij, ſed vt induſtria mea meæ morem gererẽ voluntati, veluti idem Cicero dixerat ad Herennium. *Idem C.* Equidem audio (vt vnum ſuperaddam non omittendum) grauiter ferre non paucos, quòd latinè ſcripſerim iſtud opus, quippe quod gratius futurum erat, ſi lingua Itala, veluti (quod aiunt) gratiſſimum eſt illud probatiſſimi Bonifacij. demittant hi, rogo, ſupercilia, compeſcãt bilem, & illud interim ſciant, aut ſcientes perpendant, Romanos multos, & quidem Conſulares viros græca lingua, ac extranea res geſtas Romanorum monumentis publicis tradidiſſe; perinde, atq; Trogum Pompeium græcas, & totius mundi hyſtorias latina lin- *Tr. Põp.* gua: quo ſcilicet, & noſtra græcis, & græca noſtris, non incognita remanerent; haud ſecus propemodum mihi, imò nobis Italis de Taruiſinorum Geſtis contigiſſe in præſentia viſum eſt: ſiquidem facundiſſimus Bonifacius Rhodiginorum ſplendor perpetuus Taruiſinam hyſtoriam Taruiſino, Italo inquam, idiomate fuſius pertractauit. Ego autem Taruiſinus in meis his Commentarijs eandẽmet hyſtoriam ad hunc vſq; diem ſtrictim, ac breuibus, & per ſummas refero, veluti fecit Iuſtinus de Pompeij libris, illa conſultò prę- *Iuſ. Hiſt.* termittens, quæ non magni adeo nobis momenti forent, quæque haud negocium faceſſerent Hyſtoriæ Taruiſinæ, quaſi per tot Epilogos: idq; latina lingua, nedum in vniuerſa Italia, aut Europa, ſed & in mundo vniuerſo cognita: vtar verbis Valerij Max. quò ſcili- *Val. M.* cet latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur: vt inquam per cuncta climata, per omnia mundi loca Taruiſinę res innoteſcerent, nec forſitan iniucundè, aut præter rationem,


Digitized by Google

quemadmodum norint, qui legerint hoc opus noſtrum Memorabilium: cuius quidem operis nunc tres partes præcipuas nomino, atque integras: prolegomena ſcilicet, ſeu Præloquia: Inſcriptiones, ſiue Elogia, atq; Epitaphia: & Hyſtoriæ ipſius Taruiſinæ Epitomē. iam valete Dinaſtes, ac Domini Perilluſtres: aſſumite læta facie, ac magis animo, indigenæ veſtri Ciuis delatum munus: modò veſtrū factum eſt opus: rogo vos, diligenter legite, ſuſtinete illud, protegite ac cuſtodite diligentiſſimè: ſcio etenim me paſſurum latratus, morſuſq; Cynicorum aliquot infra nos degentium, à nobis etiam forſitan edoctorū, eductorum, atq; adiutorū non ſemel; at quid ego contra huiuſmodi vitilitigatores? ingrato homine terra peius nil creat.

*Exiget at dignas vltrix Rhamnuſia pœnas.*

Fateor quidem me in hoc opere neutiquā cunctis ſatisfeciſſe: Ecquis omnibus ſatisfaciet? Dij voſtram fidem. dicebat Plinius Seuero ſuo, ſed non omnibus eadem placent, nec conueniunt quidem. an non ſpectamus tam varios eſſe guſtus hominum, adeo in diuerſum protractas cupiditates, vt ijs, quæ de tribus illis conuiuis diſſentientibus aliàs ego cum Horatio dixeram, prætermiſſis, cum eodem nunc de pluribus præcinere valeamus? *Plin. C.*

*Quod petijt, ſpernit: repetit, quod nuper omiſit:*
*Æſtuat, & vitæ diſconuenit ordine toto:* *Hor.*
*Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.*

Quocirca, ſi præſens ſæculum, & dum viuimus præcipuè, forte fortuna iſtud operis, vt euenit, paruipendet, aut ſugillabit, ſiquidem paſcitur in viuis liuor: ſerbate poſteris liuore vacuis, illud proculdubio in ſummo precio habituris, amplexuris, admiraturis. Eia, agite Domini, Burchelatum veſtrum diligite: illumq; dum vitæ fila Parcæ neuerint ſuæ, veluti Patriæ non indignum alumnum fouete. Valete bis, & tertiò, Taruiſij capita excelſiora.

Tar. MDCXVI. XIII. Cal. Septembris.

*A Dios, al Prince, á ſu Ciudad ſe entera.*




*MAS LA MVERTE, que obrar de otra manera.*

Sors eſt Auctoris Hæc Memorabilium.

QVO FEROR, INDE FEROR.



Nempe.

*Ad ſuperas promptis ſedes en deferor alis:*
*Pondere at inferiùs detrahor uſq; graui.*
*Alæ ſunt animi motus, volitanſq; voluntas:*
*Grandia onus grandis prępedimenta Domus.*

---

ψυχις ἀνάπαυσις.

PER TOT DISCRIMINA RERVM,



DABIT DEVS HIS QVOQVE FINEM.

Digitized by Google

ἀνακήρυξις.

*Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum.*
*Perq; ignem per aquam vitæ huius tempore toto*
*Verſatus patior: Deus & dabit his quoque finem:*
*Vna manet cunctos Mors terminus vna laborum.*

παρεναίτικὸς Καρκίνος.

MELIVS NON TANGERE CLAMO.

*Et me remorſurum petis? Epod. Od. 6.*



*Nec quiſquam noceat cupido mihi pacis. at ille,*
*Qui me commorit. Melius Non Tangere Clamo)*
*Flebit, & inſignis tota cantabitur Vrbe.*

*Ex Hor.*

ἀναφορά.

SED LEVIVS FIT PATIENTIA.



Ideſt.

*Non alius fortè incurſus ſuperaſſet acerbos,*
*Atq; ego, qui patiens, talia, tanta tuli.*

*Alſi*

Digitized by Google

*Alſi,ſudaui,peragraui,euolui,& adiui,*
*Tot,totienſq; libros: tot,totienſq; Viros.*
*Cuncta obiecta tuli: rabiem,denteſq; refregi*
*Latrantum: patiens eſt ipus ecce Liber.*

ἰσοῤῥοπία




*Viribus auſa ſuis æqualia ſurgit ad Auras,*
*Ad Solem fixis en oculis Aquila.*
*Id natura dedit, mihi ſed natura, & adauctis*
*Viribus Ingenio,quicquid id,auſus ago.*

NOn quòd dubitem credere aliquem, me totius huius Libri ſcriptorem adnotatos errores improbè commiſiſſe,& modò canere palinodiam: eſſet enim nimis vulgaris, ac bardus homo, qui in hoc verſaretur errore: ſed, vt ij innoteſcant, quos calcographus interſeruit, à me in reuiſione vna obſeruati: cum nihilominus ſint &

Digitized by Google

& alij leuiores: Hęc igitur ſic errata, ſic corrigas: pag. 1. ſotue, elige. 15. ędax, edax. 25. illiu, illius. 76 Hbauis, Abauis, præclaris, pręclari. 77 ſibi, tibi. ? q; , 80. tenean, teneant, 81. mialibus, millibus. 84. dolligit, coll. præcipit, percip. 97. pollito, polito. 99. ſummatur, ſumatur. 101. cadauerimus, bus. 112. ruuinis, ruinis, 122. Palantis. Pallantis. 128 pollitum, politũ. 133. Sic, Hic. 135. con, cum. 137. illi, illa. Betheleem, Bethl. 141 me, mea. 150. labori, labor. 155. ſpagit, ſpargit cani, catini. 159. Decus, Deus. cilex, ſilex. 164. conditiones, conditionis. 173. plurimus, plurimum. antiquorum, antiquarum. 176. alij, aliqua. 184. humani, humari. 189. cauentium, canentium. acernatim, aceruatim. vaiido, valido. tolitur, tollitur. 193. ſolumen, ſolamen. 218. eſſe, chr. patienti, partienti. 219. ſtatui, ſtatuit. 235. VITA, VICA. 236 gemitu, gemit. 238. Præſul, Pręſuli. 243. ſit deleatur. 244. deeſt Georg; Corn. 245. ea, &. 246. o, c. 251. nus, us 260. ea, &. 265. As, Æ. 273. Cagna, Cagnan. 277. RATRI, FRATRI. 281. Biſtichon, Diſt. 294. EST, ET. 295. EPTIMO, SEPT. 296. ibicines, tibi. 301. hic, ſic. 302. arte, ante. 304. prauorum, pannorum. 306. tu, in. à 313. per X. fol. Primus, Secundus. 346. dele quod in marg. 350. ſitus, criſtas. 355. Eferrens, Efferens. 357. fuerat, fueras. 366. q; , quã. 368. Æ, E. 373. LITERA, LIB. 375. gemitus, genitus. 377. leges, leget. 380. Hieron. Hieroſ. 384. infra, circum. 387. tantur, tantum. 394. FHV. PHY. 397. E deleatur. 462. IDN, ION. 477. SIXTO, XYSTO. 489 uro, iuro. 519. moiis, molis. 521. C. pro B. 522. deeſt R. 526. quacunq; , quocunq;. 528. ſubtilitas, ſubtilius. 538. patruelis, Aui. 543. precium, pretium. 554. Quæq; Quæquæ. 567. Epiſcopus, Epiſcopo. 568. Henrico, Henricus. 593. abſcendens, abſcedens. 626. portę, partæ. 643. expoſitum, expoſitam. 666. CCXIX. deleatur. 679. virum, virùm. 685. linite, limite. Arripito, Arripit, 690. pes, ſupereſt. At, Ad. 715. 2. æquò. æquè. vltimus numerus ſit 724.

216. prodera, pondera.
326. Gemel l. vallis Mareni.
381. Sebaſtianus, Stephanus.
385. voluant. voluunt.
543. 18. deeſt Columnæ ab hoc erectæ elogium. quod ponetur in Appendice.
564. deeſt in marg. Ex li. 2
624. ex ſorore, ex nepte ex filio.
646. Omiſſus tranſitus iſtac Mariæ Auſtriacæ Imper. Caroli V. fil. &c. 1581.
Hyſtoria. vbiq; fiat Hiſtoria cum i.

Διατάγμα. **Legenti.**

**Sap.** *Iamq; habeas, quiſquis, Memorabilia hæc mea, gratus*
*Perſpicias: forſan pęnituiſſe neges.*
**Diſc.** *Quiq; feres, oculi non ſunt mihi Lyncis: adito*
*Curam, vt purgatis hæc, relegasq; , legas.*
**Ind.** *Si modò cæcus: age, aures ſanas præbito doctis.*
*Subſannas? heus tu. nauiga ad Anticiram.*
**Pert.** *Abnuis: ecce tua eſt mens inſanabilis: vnde*
**Mal.** *Funibus, & virgis, improbe, prorſus eges.*

DO

# DOCTISSIMO CVIDAM PHILOSOPHO CHRISTIANO AMICO ſingulari ſuo.

## BARTHOL. BVRCHELATVS PHYS. S. D. PL.

ECce morimur, vir inter viuentes penè mortue, inter mortuos planè viuens, Ecce morimur: & quidem mori neceſſe eſt, vt mortale hoc induat corruptionẽ, immortale autem immortalitatẽ; Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri IESV Chriſti, qui ſecundũ miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem filij eius. Quid putas hic futurum de nobis poſt annum, dicamus decimum, ſatius poſt vigeſimum: quod temporis appoſitum æternitati eſt veluti minima portio heſternæ quæ præterijt, diei. Tu es vltra ſeptuageſimum ſextum, vt audio, natus, prouectusq; : Ego ad Sexageſimum octauum annum abſoluendum iam iam feſtino; Tu, imò cadauer tuum infra Diui Franciſci ædes, ni fallor, quieſcet, ſi modò quietis dabitur perennis locus ad extremam diem: meum autẽ ad Diuæ Mariæ Maioris, ſi Deus volet: vtrumq; in cęnum, ſiue in puluerem reuerſurum: Hodie mihi, vt dicitur, cras tibi: libellus Mutij Iuſtinopolitani, cui Puluis titulus, poteſt iſtoc latiùs admonere; vbi tunc Turres, & Palatia? vbi tunc nummi argentei; atq; aurei in magna copia? vbi rura pinguia tam proficua, & prouentus oppidò largiores? relicta omnia, derelicta prorſus, & deſtituta omnia, atq; alijs penitus adiudicata:

D. Paul.
D. Petr.
Pſ. 89.
11. Apr. 1616. id contigit ſeni.
Mut. Iuſt.

*Cuncta manus auidas fugient hæredis, amico*
*Quæ dederis animo:*
*Cum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos*
*Fecerit arbitria.* Hor.

Somnio forſan? fabulor, aut vanus erro? Ecce mors in Ianuis; ecce tuus, ecce meus effertur nunc conſanguineus: & quantò nobis etiam Iuniores? res noſtra agitur; ardet vicinus paries: mox ad nos veniet cum loculo buſtuarius. finis eſt fabulę, valete iam, & plaudite: Vos inquam mundani homines, qui viuentium prædijs, ac pecunijs tantopere auidiùs inhiatis: cum nihilominus, & vos breui, ci-



Digitized by Google

tius proculdubio, quam putatis, ſitis pariter efferendi ad tumulum, hæc omnia, quantacumque fuerint poſteris relicturi: qua ſorte modò neſcio, & vos neſcitis.

*Abſumet hæres cæcuba dignior Seruata centum clauibus, & mero Tinget pauimentum ſuperbo Pontificum potiore cœnis.* Hor.

Val. M. Latiùs Valerius ille Max. lib. 9. vbi de mortibus non vulgaribus, nempe, Humanæ autem vitæ conditionem præcipuè primus, & vltimus dies continet: quin plurimum intereſt, quibus auſpicijs inchoetur, & quo fine claudatur: ideoq; eum demum felicem fuiſſe iudicamus cui, & accipere lucem proſperè, & reddere placidè contigit. Medij temporis curſus, prout fortuna gubernaculum rexit, modò aſpero, modò tranquillo motu peragitur, ſpe ſemper minor, dum cupidè votis extenditur, & ferè ſine ratione cõſumitur. Nam etſi eo bene uti velis, etiam paruum, ampliſſimum efficies numerũ annorum multitudine operum ſuperando. Alioqui quid attinet inerti mora gaudere, ſi magis exigas vitam, q̃ approbes? adhuc Maximus. qui ſimilem penè huic poſtremæ ſententiam retulit 8. libro, vbi de inferiore Catone, oſtendens alijs tempora deeſſe, alios temporibus ſupereſſe. iam verò Antiphontem, referente Stobæo ſemel audiamus. Vita ſimilis eſt carceri vnius diei: & totum vitæ ſpacium vni diei æquale propemodum dixerim, per quem intuiti lucem, poſteris deinde vitam tradimus. O fallax vita hominum (dixit quondam Petrarcha in quadã epiſtola) nec deſinimus longas hic, & tam breui ſpacio ineſplicabiles ſpes ordiri: ò laborum campus aſperrimus, ò errorum inſcrutabilis laberinthus. Iam ſatagat vnuſquiſq; pro anima ſua: ſiquid etenim inter cuncta omnia noſtrum eſt, ſumus nos ipſi: anima inquam ipſa: ſiue bonum, ſiue malum conſecutura, quemadmodum ſibi bonum, ſiue malum merita fuerit. O admirabilis commutatio temporarij cum perpetuo, ac ſempiterno. Vir doctiſſime, tibi gratulor, cum, & hic in terris commorans iamdudum ſpeculationis medio, ruſticanæ præſertim, ac ſolitariæ, ſpacieris in cęlis, vbi fęlix æternitas, æternaq; felicitas te eò proficiſcẽtem expectat: vtinam & me ipſum quoq;. Sit modò nobis mors placida, facilis tranſitus, migratio periucunda adeo, vt in Domino quieſcamus. Verum enim verò quid de hoc libro noſtro? quatenus ad vita functorum hominum cæmeterium, ad eorum inquam animas, ſpectat, vtique iam diſpoſui, illas Beatiſſimi Pontificis Benedicti Patris noſtri patrocinio recommittens; Quem quidem Patrem Sanctiſſimum confido non minùs pro commiſſo

Antiph. Io. Stob. F. Petr. Tranſſus ſanus ſedès obijt.



Digitized by Google

grege eſſe operaturum in cælis, quàm pro nobis illius auxilium implorantibus, & pro me ipſo præcipuè, qui illum ex animo veneror hic in terris. Te interim, ó præclare, hic admonitum eſſe volo, tantum Ciuem noſtrum, iniuria certè, à quodam ſcriptore dictum, illum fuiſſe pecuarij filium, cum Ciuis fuerit boni nominis: & illius pater Notarius extiterit Taruiſinus: imò & illum habuiſſe proprias domos ſcimus, quarum altera ſatis magna, ad ripam Silis, eſt adhuc ſtemmate eius inſignita familiæ. De reliquo autem, quin de vniuerſo opere æqui, bonique conſulens, vt vt ſors tulerit, ſi modò me viuente imprimi curabitur, tunc diſponam. Ego quidem nulli hominum dicare ſtatui tantum opus, vt qui a nemine quicquam cupiam, aut expectem: pariter vt qui priuato nemini tenear ſeriò pro meritorum ſumma aliqua reſponſurus; nec propterea ſumptum de meo faciam: nedum ob emergens damnum, verùm magis quoniam, dubio procul, deluderer, ac ſubſannarer. vah indignum facinus, laborare die, noctuque in ſtudijs litterarijs per longos annos, ad detrimentum ſui denique, ac filiorum, ad impreſſoris verò cenſus augmentum filiorum, atque nepotum; hi nolunt etenim proprijs ſumptibus operari, tum ob aliud, tum aſſerẽtes noſtrum hoc opus eſſe opus penè mortuum, ſiquidem particulare vnius ciuitatis, & quoniam nõ tractat de pane lucrando: quibus dicere nihil valet, quòd Elogiorum, Inſcriptionum inquam, ac tumulorum materia eſt vniuerſalis, lingua expoſita vniuerſali: & quòd hyſtoricus eſt noſter liber, & plurium relator antiquitatum, ac curioſus: & quòd pro ſtudioſorum Cætu ingenuorum, non pro ſeruilium, à viro ingenuo ingenuè quidem eſt compilatus: quandoquidem firmi in opinione diſſentiunt, pro viribus tentantes inſuper nobis ſumptus perſuadere, aſtruẽtes quippe ob id grande futurum decus nominis Burchelati: & quòd mihi fauores, ac maioru gratiæ confluent vndequaque: quibus Ego nihil aliud, duntaxat ſubridens ambulo, infra me interim repetens illud Plinij Cæcilij ad Priſcum ſuum, nempe, Fuit moris antiqui eos, qui vel ſingulorum laudes, vel Vrbium ſcripſerunt, aut honoribus, aut pecunia ornare: noſtris uerò temporibus vt alia ſpecioſa, & egregia, ita hoc inprimis exoleuit; Neque adeo ambitione delector, neique detineor gloria nominis, veluti nec auaritia, & habendi amore, ſeu diteſcendi, contra Flacci decretum illud, ſcilicet. Pl. Cæc.

*Quemuis media erue turba,*

 *Aut*

Digitized by Google

Hor. *Aut ob auaritiam, aut miſera ambitione laborat*; fortaſſe quia turba me haudquaquam detineat hominum unquã, aut comprehendat, memor uerborum Boetij in quodam cantico ſecundi libri conſol. philoſ. dicentis.

Seu.Bo. *Licet remotos fama per populos means*
*Diffuſa linguas explicet.*
*Et magna titulis fulgeat claris Domus,*
*Mors ſpernit altam gloriam.*

in cuius fine cantici, ſic Seuerinus recinit.

*Quòd ſi putatis longiùs vitam trahi*
*Mortalis aura nominis,*
*Cum ſera vobis rapiet hoc etiam dies,*
*Iam uos ſecunda mors manet.*

ſecũdam aũt mortem alteram, ac magis ſeriam, recenſet Cornelius Muſſus epiſcopus Bituntinus in concione illa longiſſima, quatuor partium, De Morte Chriſtiana, ad primæ partis medium, vbi dicit. Stipendia peccati Mors. Prima mors eſt ſtipendium peccati originalis: hæc ſecunda eſt peccatorum actualium. Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes. Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos: ſed legas antea corporis, & animæ alias mortis ſpecies. Vnum nihilominus penſitabo, ab Epiſtola C. Plinij Cæcilij quinta quinti libri excitatus: in qua exponit Maximo ſuo dolorem, quem ex C. Fannij morte percæperat: vbi in primis queritur, quòd liquerit imperfecta eius opera, & libros admodum luce dignos. Sed, amabò amice, eius verba nunc audiamus, fortaſſe longiùs, quam par eſſet, at non abs re: cum præſertim faciant ad mortis incuriam hominibus exprobrandam: ſiquidem, vt dicebat Cicero ad Atticum, tametſi in alio ſenſu, vituperanda eſt rei tam neceſſariæ tanta incuria. Deceſſit Fannius veteri teſtamento: omiſit, quos maximè diligebat: proſecutus eſt, quibus offenſior erat. Sed hoc, vtcumque, tolerabile: grauius illud, quòd pulcherrimum opus imperfectum reliquit. Quamuis enim agendis cauſis diſtringeretur, ſcribebat tamen exitus occiſorum, aut relegatorum à Nerone, & iam tres libros abſoluerat ſubtiles, & diligentes, & latinos, atque inter ſermonem, hyſtoriamque medios, &c. & poſt. 16. lineas. Quod me recordantem miſeratio ſubit, quantum vigiliarum, quantum laboris exhauſerit fruſtra; occurſant animo mea mortalitas, mea ſcripta. Nec dubito te quoque eadem cogitatione

Corn. Muſſ. Rom. 6. Luc. 16. Pſal. 54. Pſal. 48. Cic. Pl. Cæc.

terreri,

Digitized by Google

terreri pro iſtis, quæ inter manus habes. Proinde dum ſuppetit vita enitamur, vt mors quam pauciſſima, quę abolere poſſit, inueniat. hucuſque Plinius. Quapropter ſcito, mi frater, ac Domine, æſtrum nullum acquirendę laudis, aut pecunię, me ad hoc opus proferendum vrgere: Sed tantummodo ne, ſi me interim mors corripiat, opus laborioſum iſtiuſmodi decidat incaſſum, & mecum ſimul occumbat: ac propterea in puellorum meorum, ac puellarum manibus deueniēs peruertatur, diſſipetur, lanietur, abſumatur, comburatur, tabeſcat. Sed tranſeant hęc omnia, veluti vapor, aut fumus, aut nubis uolans. Tecum autem, amice optime, de hoc libro meo ſubinde in alium ſenſum agere nunc conſtitui, nempe, ut philoſophus cum amico philoſopho hæc qualiacumque ſint, de communi noſtrum omniū miſeria, de morte inquam adeo nobis familiari, proloquerer; Ecquid aliud, quęſo, eſt philoſophia, quam mortis meditatio, ſi Platoni aſſentimur? tum alibi, tum in Phædone præcipuè: tota uita ſapientis debet eſſe meditatio mortis, dicebat Diuus Gregorius. legi apud Iuſtum lipſium in eius libro aureo (an nō oēs aurei?) cui titulus, Diua Virgo Hallenſis, ca. 35. ad hoc propoſitū, quę nunc ſcribo, Maximilianus Caroli ſucceſor, qui &c. Biennio toto ante mortem (& ętas adhuc bona, ac ualetudo erāt) capulum è plumbo funebrem arcę ligneę incluſum, circum ferri ſecū, qua qua iret, & in dormitorio sēper cubiculo deponi curauit. Theſaurū ignari cenſebant occuli: & erat; ſed philoſophiæ, cuius ſtudiū, ueteres definierunt, Meditationē mortis eſſe. porro Familiarē nobis mortem appello, ſed mihi in primis, cū illa breui tēporis curriculo mihi ſurripuerit, ſibi aſciuerit, ſorores duas, octo filios mares, duas coniuges, ſocrus, ac ſoceros duos, duos quoque ſororios, & alterius ex his unicam filiam cum litis ſorte anni unius Venetijs exitus infelicis: matrem denique meam, duos pariter filios alios, ac ſororem: ut amitinas interim, materteras, patruos, ac amitinos, ſobrinos, patrueles, nepotes, nepteſque alias prętermittam: ut uix credam me uiuum inter tot meos mortuos ſupereſſe; neque id ex aliqua inſanę peſtis ſæuitia eueniſſe credas infra dies, aut paucos menſes, uelut tunc contingit turmatim concidere humanum genus: aſt ſenſim ex uarijs morbis, ac ſymptomatibus, infra annos aliquot, nec quidem multos: cęterùm quid eſt, quòd doleam adeo communem, & meam, ſortem? audiamus Aquinatem ſatyra decima.

Nubis in Plau. recto.

Plat.

D. Greg.

Iuſt. lipſ.

*rogus aſpiciendus amatæ*

*Coniugis,& fratris:plenæque ſororibus vrnæ.*
Iuuen. *Hæc data pœna diu viuentibus, vt renouata*
*Semper clade domus multis in luctibus: in que*
*Perpetuo mærore, & nigra veſte ſeneſcant.*

quàm bellè Mutius Panſa libro primo de oſculo Ethnicę, & Chriſtianæ philoſophię cap.primo.dicens,Superſtes homo eſt alter alterius, ſemperque ſecundus priorem ſepelit, Lucilla Virum,poſt Lucilla.Secunda Maximum, poſt Secũda.Fauſtina Ant.poſt Ant. hoc modo omnia.Celer Adrianũ, deinde Celer.Tota quidem Auguſti aula,uxor,filia,poſteri,maiores,Soror, Agrippa,cognati,domeſtici,amici, Arrius,Mœcenas,ſacerdotes,Medici.Totius Aulæ Domina Mors.Sic Orta occidunt,ſic aucta ſeneſcunt,& ductu unico cuncta ſuum ſortiuntur interitum. hęc ille. iſthæc autem Ouidius in magna illa Elegia ad Liuiam ob mortem Druſi. (Mu.Panſ.)

*Condidit Agrippam quo te, Marcelle,ſepulchro:*
*Et cæpit generos iam locus ille duos.*
*Vix,poſito Agrippa,tumuli bene ianua clauſa eſt,*
*Perficit officium funeris ecce ſoror.*
Ouid. *Ecce ter ante datis, iactura nouiſſima Druſus*
*A magno lachrymas Cæſare quartus habet.*
*Claudite iam Parcæ nimium reſerata ſepulchra,*
*Claudite,plus iuſto iam domus iſta patet.*

idem prope finem magni eius libri metamorphoſeon.

*Tempus edax rerum,tuque inuidioſa vetuſtas,*
idem *Omnia deſtruitis.vitiataque dentibus æui*
*Paulatim lenta conſumitis omnia morte.*

Seneca uerò ſic ad Lucil epiſtola 78. Eò ibis,quò omnia eunt. Quid tibi nouũ eſt?ad hanc legẽ natus es,hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus poſt te. Series inuicta,& nulla mutabilis ope,illigat,ac trahit cuncta.Quantus te populus moriturorum ſequetur, quantus comitabitur? Subticui præterea nomen tuum ex propoſito,amice,lubens:ne credat quiſpiam, cum ſis diues nimis,& abſque liberis, Ego autem cum ſeptenis, me tanquam auidum, egenumuè,tali inſcriptione, operis,& laboris mei præmium aliquod aucupari,vel expiſcari; ſique proinde crederem aliquem, tu qui ſis,vel fueris,propterea reſciturum, omnia, certo certiùs,huius Epiſtolæ propoſita indicia obliterarem. An ego forſitan nummulos, ſiue argenteam pateram inſectabor, aut hominis cuiuſpiam gratiam,& fauorem artificioſę

Digitized by Google

ficioſæ ſcripturæ medio? profectò id mihi alia via, alia vita, alioque exercitij genere tentandum fuiſſet: certè medicinæ ſtudio, atque induſtria, præſertim foris: cum ad curanda oppida, neque non Ciuitates, magnis propoſitis ſtipendijs, non ſemel accitus eſſem, ac cooptatus. Dat Galenus opes, dicebat ille: quod & ingerunt quidem multi; ſed neque hoc, neque alio huiuſmodi vitæ genere nummis inhio, ijs paucis contentus, quos poſſideo: vt mihi ipſi præcipuè, & libris meis, & familiæ interim valeam liberiùs inſeruire.

*Sit mihi quod nunc eſt, etiam minus, vt mihi viuam,*
*Quod ſupereſt æui: ſi quid ſupereſſe volunt Dij.* Mart. an Hor.

veluti dicebat ille. loquar modo verbis Antonij illius Fanenſis, in Epiſtola ad Zagarellum ſuum, poſita extra finem eius commentariorum in ſex libros Ouidij de Faſtis. Sunt namque hæc prorſus pro, me ipſo antehac conceptus animj mei videlicet. Noſti enim & contempſiſſe nos ſemper eos quæſtus, quos multi ab impreſſoribus aucupantur: cum, immortalis Dei munere, & diuitijs abundemus, & quod meliùs eſt, animi magnitudine, qui eas ſpernere conſueuit. mihi arrident ſummopere verba illa Seuerini Boet. in tertio conſol. phil. dicentis. Quid enim, pecuniam ne congregare conaberis? Sed eripiès habenti. Dignitatibus fulgere velis? danti ſupplicabis: Et qui cæteros præire honore cupis, poſcendi humilitate vileſces. cum ſequentibus. memini me legiſſe apud A. Gellium Noctiū Attic. libro 20. quæ hic ſequuntur. Quantum aūt vitæ mihi deinceps Deûm voluntate erit: quantumque a cura & re familiari, procurandoque cultu liberorum meorum dabitur ocij. ea omnia ſucciſiua, & ſubſecundaria tempora ad colligendas huiuſmodi memoriarum delectatiunculas conferam: quæ ſanè verba cum mihi etiam aptentur valde, huc ad verbum transferre non recuſaui; nedum vt Genium præmonſtrem meum, verùm etiam, vt quem imitandum ſuſceperim in his, a quibuſdam reputatis leuioribus, ſtudijs, patefaciam, & tametſi quis inuidus, aut malignus, aut, vt cum Virgilio loquar, immunis fucus ſedens ad aliorum pabula, interea me uanitatis arguat, increpetuè, hunc deridens, uti qui de uanitate tot, tantaque ſcripſerim, quæ in Conuiuio Charitatis noſtro iam publicato conſpiciuntur, cum Alberici Longi uerſibus dixero.

A. Fann. — Boet. — A Gall. — Virg. — Conu. B.

*Nemo tamen Diuûm Templi me ſacra legentem*
*Dixerit, aut inopis ſegetes, agroſque propinqui*
*Adieciſſe meis: non ambitione, nec ira,*

Nec

Digitized by Google

Alb.Lon. *Nec triſti inuidia rumpor: nec amicus amicum*
*Garrulus abſentem verbis inſector iniquis;*
*Non alicuius opes frango, famamque laceſſo. &c.*

ſcio pręterea noſtratum quoſdam rimaturos, cribraturos, hoc opus meum, indagantes, nunquid in aliquo deliquerim, an quid dictu neceſſarium prætermiſerim, ſi quem inferiorem maiori aliquo prælaudauerim, ſi alicuj aliquem prætulerim minimè præferendum: numquid haberi potuiſſet ordo melior: ſi nimis ex meo pro me, aut pro meis poſuerim: ſi non vnica quorũdã facta fuerit repetitio: ſi mollior non ſemel, ac languidior fluat oratio: & alia quædam iſtiuſmodi ſatis leuia: vt ſcilicet anſam carpendi mordendi, ac lancinandi præripiant, Tantũdem vt peccet, idemque Qui teneros caules alieni fregerit horti. Et q̃ nocturnus ſacra Diuùm legerit. vt Hor. dicebat Flaccus. Explorẽt, ſubtiliter videãt, notent, contrahant ſupercilia, inducant rictus, oblatrent, detrahant, ſubſannent, mordeant. ꝙ Ego interim hæc omnia naucifacio, floccipendo: quamuis etiam defecerim aliquando: homo etenim ſum, & humani a Ter. me nihil alienum eſſe puto, quod fortè alias dixero cum Terentio; hoc vnum indubiè, ac certò ſcio, candidam atque integram eſſe voluntatem, ac mentem meam; an his parum videbitur medicum patrem familias, & octo pariter filiorum, nupta etiam computata, rebus mundi huius, prout fert humana conditio, implicitum ſuperque ſatis, tot tantaque, ac tam varia retuliſſe? æqui bonique conſulant, excuſent, ferant Flaccus ille, qui dixerat.

*Mediocribus eſſe Poetis.*
*Non homines, non Dÿ, non conceſsère columnæ.*

dixit niholò ſecius.

Hor. *Aſt vbi multa nitent in carmine, non ego paucis*
*Offendar maculis, quas aut incuria fecit,*
*Aut humana parum cauit natura.*

nolunt? nihil moror, quod mihi adhuc cumulatum dare conſueuerant, dent abraſum: ſubtrahant oblationes, tollant donaria, nihilum propterea detrahetur de ſumma; proferant hi maiora, grauiora, gratioraque, illis habebo gratias, obſequar, morem geram: non hercule inuidia torquebor, aut liuore tabeſcam; ſed valeant hi, & abſcedant: atque (vt cum Marco Tullio in Hortenſium loquamur) laceſſant, qui docere nihil poſſunt, quò meliùs, ſapientiùs Cic. que viuamus. Quinetiam inſurgent aliqui (& id quidem ſcio) libri titulo nixi dicentes, me plurima per conſequens in hoc opere vo-

citaſ

Digitized by Google

citaſſe memorabilia, quę nulla propemodum memoria digna ſint, adeo ſunt humilia, adeo leuia, adeo ludicra, adeo en^ruia, ac leuidenſa. Ego autem ſubridens interim, ſedato quidem animo, reſpondebo, hæc omnia, & ſi quę alia, in illud vnum memorab le concludenda, ꝙ his temporibus Ego Ciuis indigena, oneribus grauatus innumeris, proſilierim, tot, tantaque, ac talia, qualia comperuerim, hocque ordine, ſcripſerim, veritate duce, vtcumque libitum fuit animo meo. ſtet pro me Rex pſalmographus aſtruens, in memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit legas, amabo te, amicorum meorum apex, hæc ſubſequentia, quæ legenti præſcripſi priùs, tum, ſi lubet, aliquas apoſtrophes, aliquod Epitaphium: Inſcriptionem aliquam contemplare, nedum proximæ mortis memor, ſed & noſtri continuè deficientium, morientium inquam. Dau pſ.iii.

*Mors ſola fatetur, Quantula ſint hominum corpuſcula.* Hor.

*Debemur morti nos, noſtraque,*

dicebat Flaccus: vergimus etenim, vel naturaliter, ad occaſum omnes; hic ſeriùs peruenit, ille citiùs.

*Fata manent omnes, omnes expectat auarus*
*Portitor & turbæ vix ſatis vna ratis.*
*Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam* Ouid.
*Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.*

Quicumque ſemel natus huc migrat tandem. audi Statij veritatẽ. Stat.

*Mille modis lethi miſeros mors vna fatigat.*

audi Cornelium Gallum ſic aſſerentem. C. Gall.

*Omnibus eſt eadem lethi via; non tamen vnus*
*Eſt vitæ cunctis, exitijque modus.*
*Hac pueri, atque ſenes pariter, iuueneſque feruntur:*
*Hac par diuitibus pauper, egenus erit.*

imus huc omnes, dicebat Lipſius: nec Seiungimur, ſed leuiter alter alterum anteimus; omnes eadem conditio deuinxit: cui naſci contigit, mori reſtat: interuallis diſiungimur, exitu æquamur, dicebat Seneca ad Lucilium ſuum. Cuncta teget muto mors importuna ſepulchro. nuper dixit Octauius Meninius. Vnum obſecro, Vir doctiſſime, (vt cum præclariſſimo Franciſco Petrarca in tertio eius Secreti colloquio nunc tecum loquar) ſepulchra veterum, ſed eorum præcipuè, qui tecum vixerunt, diligentiùs contemplare: certus eandem tibi ſedem, ac perennem aulam fore præparatam. Tendimus, repeto, huc omnes, hæc eſt domus vltima; Tu quoque, qui Lipſ. Sen. Oct. Men. F. Petr.

nunc

Digitized by Google

nunc ætate hac vltima, florida tamen, ſuperbis diues, alios calcas, mox ipſe miſer calcaberis, conculcaberis, vah, & forſitan oppederis: Sic Ego quoque. hæc cogita: hæc diebus, ac noctibus meditare, non ſolùm vt hominem ſobrium, ac naturæ ſuæ memorem, ſed vt philoſophum decet: atque ita teneas intelligi debere, quod ſcribitur, Tota philophorũ vita cõmẽdatio mortis eſt. Quid eſt homo? dicebat Io. Stobæus ex Ariſt. imbecillitatis exemplum, temporis ſpolium, fortunæ luſus, inconſtantiæ imago, inuidiæ, & calamitatis trutina: reliquum verò pituita, & bilis. iſta inquam cogitatio docebit te mortalia facta contemnere, certamque viuendi viam, quam arripias, præmonſtrabit; cumque, vt dicebat quidam Vir ſapiens, patientia, commentatioque mortis ſit omnis vita ſapientis: is erit felix, qui ita ſeſe accommodabit, vt illam, & ſi non cupiat, minime tamen expaueſcat, aut curet.

Stob. — Volat.

Io. Augur.

*Quid differs? quid te varijs ambagibus iſtis*
*implicitum inuoluis magis, & magis ingeris vltro?*
*Non breuia attendis vitæ momenta caducæ?*
*Non quòd & hic omnes peregrè producimur? & quòd*
*Mox aliò nobis properandum? vbi ſiſtere tandem*
*Æternùm ſit opus: penituſque recedere nulli. &c.*

dixerat Ioannes Augurellus noſter in Quadrageſima. Ego ſanè, quod in me eſt, intra me maneo, à curis ferme omnibus ſecurus præter hanc vnam, quemadmodum dicebat Langius apud Lipſium, vt fractum, ſubactumque hunc aĩum rectæ rationi, ac Deo ſubijciam, & animo cæteras res humanas: vt quandocumque ſupremus ille, & meus, venerit dies, fronte compoſita, nec mæſtus, mortem excipiam, obeamque ex hac vita, non vt eiectus, ſed vt emiſſus. aſt intimum animi mei ſenſum, ac ſtudium, clarius, amice, perſpicies, ac dignoſces, ex Soliloquio quodam meo, quòd interim dum hæc mortualia colligerem, & conſererem, componebam; & quis ſcit, an ſim illud ſtatim poſt hæc Monumenta publicaturus? Tu modò, Amicorum optime, valetudinem tuam cura diligenter, vt ſeriùs, & poſtremum omnium negotiorum iſtud moriendi protrahas, ac producas: tu enim vnus, atque vnicus ex illis es, qui viuens viuentibus corporis perinde, atque animi pabulum continuè generoſiùs ſubminiſtras. Inſpiret vtinam nobis conſolator ſpiritus in hoc conſpirare, vt dum ſpiramus adhuc, ad requiem aſpiremus, & qui tota die ſuſpirauimus, reſpiremus ad veſperam Vale.

Lipſ. — Sol.B.

*Sum tuus, vt meus es: nec ſum tuus, aut meus es tu.*
*Sed Deus eſt noſter: cuius vterque ſumus.*

INGE-

Digitized by Google

SAepe ſæpius legi, ingenue Lector, apud Platonē præcipuè, Et ſibi Hominem natū eſſe, & Patriæ, & amicis: Quam ſententiā omnes ſanæ mētis homines approbarunt, quare factum eſt, vt ego interim iudicem, Virum illum omne propemodum tuliſſe punctum, qui & ſibi, & patriæ, & amicis obſequium præſtitiſſet, aut beneficium, aut ſaltem oblectamentum, abſolutè autem dicerem, illum omnē omnino tuliſſe punctum (quod & Ethnicus, niſi ethnicus, dixiſſet) qui nedum ſibi, & patriæ, & amicis, verùm & inimicis: & quod vno verbo concludam, vniuerſo cætui Chriſtiano, fortaſſe etiam pagano, prodeſſet; id igitur iterum, atque iterum apud me repetens cognoui (niſi mea me fallit ſententia) iſtud opus Memorabilium, quod habeo præ manibus emittendum, imò quod in lucem profero, eſſe eius ponderis, ac valoris, vt nedum mihi ipſi ſtudio, delectatione, propenſi animi in patriam libera demonſtratione ſeruiam, & officio: ſed & vrbi, & Patriæ: ipſius nomen, ac famam efferens, extendenſque per ora, per oras Italas, atque vltra montes, & maria longinquiſſima: ne dicam ad Garamantas, ad Indos, in cælum, & vſque ad ſydera; Et Amicis præterea, ac Dominis meis præcipuis, obſequar, obtemperem, morem geram: tametſi nec rogatus, nec iuſſus: Sed ex animi mei, Genij inquam, naturali quadam propenſione, ac vrbanitate. Et quis dubitat, an & inimici, ſi qui ſunt, ac æmuli: vt omne prorſus ſtudioſorum genus, maximè Chriſtianum, complectar, laudent prouinciam, gratum habeant opus atque admirentur? Doctus, ac ſapiens Vir, ni fallor, falcis ſuæ meſſem incurret: veluti & mediocriter doctus, & ſimplex, ac vulgaris homo: ſed præcipuè harum Inſcriptionum indagator, ac curioſus: nec minùs Vir Chriſtianus, ac frugi: quinctiam hyſtoriarum, noſtratium præſertim, aſſecla: omnium autem maximè (fateantur, nec ne, haud ſuccenſeo) Taruiſinus. Neque maximus ille Iani Gruteri liber poſt ſexcenteſimum ſupra milleſimum noſtræ ſalutis annū in lucē editus, cui Titulus, Inſcriptiones Antiquę Totius Orbis Romani, te vſq; adeo ad ſe attrahat, aut detineat, ſapiens lector, vt paruū fortaſſe codicem iſtum deſpicias, ac contēnas: qn̄quidem non tibi Romanum Orbem, ſed Taruiſinā Vrbē, propono: neq; myriades Monumentorum, ſed fortaſſis nec millenarium recenſebo. Quæ aūt Romana ab eruditiſſimo illo ex libris noſtris decerpta, vt fatetur ingenuè, in eius grādi volumine paſſim diſpertita reperies, in hoc gregatim ſeorsū continuò cōperies regiſtrata. Varietatē pręterea digerendarum Inſcriptionū, vltra tercen



Digitized by Google

torũ ãnorũ ſpaciũ ante hos poſtremos ãnos qualẽ qualẽ penès Taruiſinos ciues clarè diſpicies, &, veluti imaginor, ex adiunctis prçcipuè, non deſpicies opus, minus damnabis. Nec mireris, benigne Lector, ſi in his meis operi prçmiſſis capitibus tot variorum auctorum dicta retulero: cum hoc iure ſit noſtris ſçculis, ac çtatibus condonandum: quippe qui tot centenis, milleniſque ſcriptoribus in quocumque genere, in quacumque materia locutis nos fuimus poſteriores: & nihil propemodum dicamus, aut dicere poſſimus, quod haud dictum ſit prius: vel comico id aſſeuerante per tria annorum millia ante hçc tempora: nolimuſque interea aliquem proprio honore, ac gratia fraudare: ne videremur prçſertim Horatianç corniculç propterea aſſimilari:

Ter.

Hor.

*Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim*
*Grex auium plumas, moueat Cornicula riſum*
*Furtiuis nudata coloribus:*

ſiquidem nedum id non dolebunt vocati, imò ſic honeſtati gaudebunt magis magiſque. Clamant calcographi, veluti amico philoſopho antea recenſebam, librum hunc noſtrum non habiturum exitum: à paucis fore appetendum, ſumendum vè, quippe qui non tractet, prout dicunt iſti, de pane lucrando. obſtupeſco. nonne ſunt plenç bibliothecç omnes librorum hmõi tractantium de lucrãdo pane, de quærenda pecunia, de re facienda, de ſuperlucrando, de acquirendis prædijs, ampliandis, atque exercendis? de verſura, de fænore, de cenſu augendo? ad hæc de grammatica, logica, Rhetorica, de medicina, de iuriſperitia, deque omni demum diſciplina, per quam fit lucrum? proſtant hi omnes adeo, vt non ſemel plures ex illis reducantur ad nauſeam. vah quòd auaritiæ tantum artes coluntur, vt dixit Plinius in prohæmio libri 14. vbi inferius, eodem tamen habendi quæſtu ad ſpes hominum tendente voto. ah, quòd non ſemper panem, carnem, piſces, & fercula manducamus, ſed & fructibus, & intinctibus, & embammatis, ac intritis,

Plin.

*Circumlata diu menſis intrita ſecundis,*

ad hæc, & tragematis, & bellarijs maximè delectamur: nedum ad guſtũ excitãdu, ac appetitũ: ad vẽtriculũ roborandũ, iuuandũ què: verùm etiam ad ſemiſepultos ſpiritus euigilandos, exhilarandos, mulcendos, dulciùs quinetiam nutriendos, formandoſque: ad Genio indulgendum præterea, hilaritati, atque animorum quieti. Bellaria ſunt vtique, ac fructus varij, & delectabiles, libri hmõi hyſtoriales, poetici, antiquarij, mortuales, ſcripturales, & orato-



Digitized by Google

rij: appetibiles illi quidem, & curioſi: variæ compoſitionis, ac conditura: vnde illud dictum, Tali rerum varietate pulchra eſt natura: varium quippe eſt, quod delectat: & ſimilitudo mater ſaturitatis appellatur. Plato certè non tractat de pane lucrando, qui nihilominus, tum ob aliud, eſt in tanto precio: cur iſtud autem? Ciceronem petamus, qui primo Academ. dixit, Plato varius, & multiplex, & copioſus, adeo, vt dixerit Quinctilianus libro primo. cap. decimo Reficit animos varietas: qui & lib. 9. cap. primo dixit, Res varietate gaudere. verum enimuero dicent aliqui forſitan, eſtò. laudabile vtique eſt opus tuum, tot nominibus, & pariter curioſum: atqui nobis nec laudabile, nec, vel minimum, curioſum: non etenim intelligimus latinum ſermonem: vt propterea, quantumuis hyſtoriarum lectioni dediti, noſtræ præcipuè, haudquaquam percipiamus ea, quæ à te latina lingua vulgata ſunt: & niſi fallimur, pro nobis italis, Taruiſinis præſertim, tantus à te ſusceptus eſt labor, tot ſuſtuliſti incommoda, tot codices euolui ſti, tot mores hominum, atque Vrbium obſeruaſti: quòd ſi, hyſtoriam hanc tuam multicipitem proferens, vſus eſſes materna lingua, inquam itala, eaque politiori, hetruſca ſcilicet, qua vtuntur ſcriptores optimi, & maximè hyſtoriarum, declamatores, concionatoreſque, quos omnes intelligimus vſque ad ſyllabas, tibi procul omni dubio haberentur ab omnibus gratiæ ſingulares: Senes cum iunioribus, Et fœmellæ cum pueris ex animo legerent librum tuum, expanſis vlnis illum amplecterentur, & gremijs, tibi laudes adderent immortales. Eſtò itaque, dicam his ego pariter: o boni Viri, ò iuuenes, ò mulieres, ac pueri, an vos diſpudet publicari, efferri laudibus (cum Taruiſinis nunc tantùm loquor) vltra veſtrùm penates, ac proprios lares? vltra mænium Vrbis circuitum? vltra caſtra, atque oppida Taruiſina? vltra finitimas ciuitates? vltra mõtes, ſeptemque triones? vltra Venetiam vniuerſam? vltra Picænum? vltra tot alias vrbes Italiæ? vltra Alpes, & maria? abſoluamus, vltra Italiã, Hyſpaniam, Galliam, Britanniam? adhuc citiùs abſoluamus, vltra Europam, Aſiã, Aphricam? vel ad vtroſque Indos, atque ad Antipodas? vbi gentium viget latinus ſermo? minimè inquam, ſic autumo, feretis id grauiter: haudquaquam, ita mihi perſuadeo, facinoris huius mei ad veſtrum decus ſuſcepti uos pænitebit. iſtud autem non euenit prorſus libris quantumuis aureis, Italica lingua conſcriptis. niſi forte fortuna in latinum traducantur ſermonem: quod accidit et non ſemel: cuius quidem fa-

Cic.
Quinct.

cti magna ex parte eſt particeps opus meum: vt qui ex vulgata vulgari hyſtoria Taruiſina, plurima hyſtoriæ huius meæ monumenta ſtrictim, ac per Epilogos explicarim. prçterea illud non eſt ignorandum, quòd ſubiectum præcipuum, ac fundamentum operis mei, latinum eſt: inſcriptiones ſcilicet, Elogia, poemata, ac Epitaphia: quapropter ſi illa à me erant colligenda, referenda, ordinandaque, quinetiam exponenda, atque ex ſymbolicis amplianda: iurè vtique eadem lingua id à me faciundum fore cenſendum eſt. Poſtremò quis dubitat an in maiori veneratione verſetur, ac dignitate, latinus ſermo, quàm italus? ſcientiæ, doctrinæ, diſciplinæ, artes ingenuæ propterea latina lingua traditæ ſunt, leguntur, explicantur in Academijs, interpretantur, diſcuntur, iuxta eam in quibuſcunque vniuerſitatibus, ac collegijs vniuerſi, Doctores fiunt. memini me legiſſe in tertio libro Scholaris, quem compoſuit Fr. Bartholomęus Meduna, publicauitq; typis Venetis lingua itala, anno 1588. vbi de temperantia Scholari admodum neceſſaria loquebatur, iſtud, quod refero. voglio a commune vtilità di chi per auentura vn giorno leggerà queſti noſtri Diſcorſi, ricor-

Barth. Me.

dare ſette precetti della Temperanza: e gli dirò latinamente. à cio che ſiano in maggior veneratione hauuti. aſt quid vetat hæc recenſere? primum eſt. Senſuum illecebras reprimito. ſecundum. Cibo, & potu temperatè vtitor. tertium. eſto pudicus, & caſtus. quartum. Candorem ſeruato. quintum. Virtuti te natum memento. ſextum. in cunctis mediocritatem ſeruato. ſeptimum. intemperantiam fugito. parce, quæſo, lector ingenue, ſi modo nimis longè digreſſus fui. ꝙ ſi aliquibus latinus ſermo non ſatis arridet, ſtent ſcientibus, librum reponant, ſeruent poſteris, atque procurent interrim, vt in latinis litteris addiſcendis, tū & doctrinis, filij, nepotes, ac contribules, maiorem ſui nauent penitus operam, ac induſtriam. ad te reuertor, amice lector, legas modò librum lubenti animo, ſique me & in his verum dixiſſe compereris, da gloriam Deo, qui me voluit huius operis inſtrumentum: ſin aūt aliqua non ſatis arriſerint, ſuſtine, ſeu tranſilias: neq; enim voluimus, dum à tritico lolium ſecernere curaſſemus, plurimis, & interim nobis ipſis deeſſe: vt propterea doluiſſent iurè, qui perelegās haud ſortiti fuerint ſuimet, aut proprij generis monumentū. Porrò & aliud te admonitum cupio, prudens lector, nempe quòd poſueram iamdudum his quatuor noſtrarum Inſcriptionū libris extremam manum, eratque concluſū opus anno ab Orbe redempto per Chriſti ſanguinē ſexto



Digitized by Google

ſupra milleſimum,ac ſexcenteſimum: cæterùm quia occaſio illiu imprimendi, expromendique, non vna de cauſa, hucuſque protracta fuit, animaduertes non ſemel Concluſiones aliquot ad illud tempus referri: quod autem illud præterit in hanc vſque diem, auctarij loco, ſiue Coronidis, aut complementi, reputes, ac conſtituas. Vale. ocioſus lege.

*Milleno ſexcenteno, trino, & duodeno*
*Hæc Memoranda tibi porrigo, lector, habe.*

---

Graduum, Titulorũ,
Officiorum, ac ſtatuũ:
Quorum in his libris
habetur mentio,
Ordo Alphabeticus
Talis eſto.

A

Abbates
Abbatiſſæ
Accolyti
Aduenæ
Aediles.
Antiani
Archidiaconi
Archiepiſcopi
Archigrammathæi
Architecti
Armamentarij
Artifices
Aſtrologi, &
Aſtronomi.

B

Barones
Beati

C

Cancellarij
Canonici
Capitanei
Capitula
Cardinales
Chyrurgi
Ciues
Clerici
Collegia
columelli.i.colõnelli
Comites
Comitia
Commendatarij
Commentarienſes
Concionatores
Confraternitates
Congregationes
Conſeruatores
Sacri montis.
Conſules
Contribules
Cuſtodes.

D

Decani
Deſtillatores
Diaconi
Doctores legum
Doctores phyſices
Duces
Ductores militum

E

Epiſcopi
Equites
Exteri

F

Fabricarũ prouiſores
Flamines
Frataleæ
Fratres
Fuſores

G

Generales
Grammatici
Gubernatores.

H

Heroes
Hoſpitalia, ſeu
Hoſpitia
Hyſtoriographi

I

Imperatores
Inquiſitores
Iudæi
Iudices
Iudices maleficiorum

Le-

Digitized by Google

L

Lectores
Legati
Legum periti
Libelliones
Ludimagiſtri

M

Magiſtratus
Manſionarij
Medici
Mercatores
Milites
Monaci
Moniales
Mons pietatis
Municipes
Muſici
Mutarij

N

Nobiles Ven.
Nobiles Tar.
Notarij
Nuncij ciuit.

O

Oratores
Oratoria
Opifices omnis generis

P

Palatini
Patricij
Philoſophi
Pictores
Plebani
Poetæ
Pontifices
Poteſtates
Præbendati
Præfecti Vrbis
Præfecti torm. bellic.
Presbyteri
Præſules
Prætores
Pragmatici
Primicerij
Principes
Priores
Prioriſſæ
Prothi
Prothonot. Apoſtol.
Prouiſores
Purgrauij

Q

Quæſtores Princ.
Quæſtores approbatorij

R

Rectores Templ.
Rectores Vrb.

S

Sacerdotes
Sancti
Scholæ
Scholares
Scribæ
Scriptores
Sculptores
Seminaria
Senatus Ven. tũ Rom.
Sontes
Subdiaconi.

T

Tabelliones
Theologi
Theuſaurarij.

V

Vectigalium conductores. Vicarij eccleſ.
Vicarij, ſeu Viceſg. ſæc.
Vicecomites
Vicedomini
Vnciarij.

X

Xenodochia.

---

Regiones, Vrbes, ac loca in vniuerſum, vnde oriundi, vbi Domini, aut vnde migrantes conceſſerint homines in Vrbem noſtram, de quibus in Inſcriptionibus iſtis memoria, quanta, qualiſuecunq. ea fuerit, à nobis eſt ex ordine regiſtrata, hoc loci recenſere non detrectabo: vt me quandoque verum dixiſſe & in hoc comprehendatur, Taruiſium nempe fuiſſe, ſubinde & eſſe, futurumq. Emporium, refugium, ac receptaculum plurimarum gentium vniuerſi: præfatus ex ijs plurimos ciuitate donatos fuiſſe adeo, vt in quocumque ordine ciuilitatis Taruiſinæ multi ex his deſcripti comperiantur: pariter admonens ex centum alijs locis

huc

huc homines conceſſiſſe: de quibus, quorumve genere nulla habetur mentio in ſepulturis: vel quoniam non curarũt ponere huiuſmodi inſcriptiones, ac Monumenta, vel quoniam fuerint ad expenſas ſimiles impotentes: pro quibus locutus apparet Virgilius dicens, *Facilis iactura ſepulchri*.
hi nihilominus plerique omnes defuncti in peregrinorum, ac exterorum ſarcophagis, ad Diui Petri præcipuè: aliqui etiam in illis Fraternitatum, & piarum congregationum, ſunt tumulati: ſiquidem, vt dicebat Horatius,

*Hoc miſera plebi ſtabat commune ſepulchrum:*

puticuli nempe ad exquilias. & noſter Virgilius,

*Multi præterea, quos fama obſcura recondit.*

& vt dixit ille. *Nec tumulum curo: ſepelit natura relictos*.

Locorum igitur iſtiuſmodi ordo Alphabeticus
Talis eſto.

A

De Alano
De Alba
De Albania
Alexano Epyri
Alpago
Altino
De Ancona
De Anoali
De Aphrica
De Aproino
Arcadis
Archo
Argenta
De Arimino
De Arpo
Arquato
Arretio
Arzignano
Aſylo
Aueraria
Auiano

B

De Bagnacauallo
De Baſſiano
De Bauaria
De Belforte
De Belgis
Belluno
Bergomo
Beuoleto
De Bladino
De Bolzano
Bononia
Britannia
Brixia
Burſio
Buſco

C

De Camino
De Campis
Campreto
Capua
Carnia
Caſellis
Caſtellis
Caſtiliono
Caſtrocucco
Caſtrofranco
Catholdo
Cauonata
Caxalorcio
Ceneta
Ciano
Cittadella
Ciurano
Colbruſato
Collalto
Colle
Colle S. Martini
Colonia
Coneglano
Conoua
Cornuta
Corona
Cotignola
Crema
Cremona
Criſpignaga
Cubalo
Cypro.

De Dal-

D

De Dalmatia

E

De Eſte
Ermizo

F

De Fano
De Fanzollo
Farra
Feleto
Feltro
Fenerio
Ferraria
Flandria
Florentia
Foroiulio
Francia
Fregona
Fulgaria.

G

De Gandino
Gemellis
Germania
Græcia
Gualfredo

H

De Heluetia
De Hoſtia.

I

De Iſtrana

L

De Lancenico
Laude
Lendinaria
Limbraga
Lonico
Luca
Lugano
Lupatina.

M

De Malacapella
Malacrea
Mantua
Mareſio
Maroſtica
Martelago
Martignago
Maſerata
De Mediolano
Medulo
Mianis
Monico
Montebello
Montebelluna
Monteclo
Montemartino
Montona
Della Motta
Della Turre
De Mutina.

N

De Naruiſia
Nauſia inſula
Neapoli
Nordiglo
Nouaria
Nouello
Nurſia.

O

De Olegio
Opitergio.

P

De Padua
Palatiolo
Parentio
Parma
Pedemontium
Pedeuena
Peruſio
Petrarubea
Phrigia
Pinidello
Piſeta
Piſtorio
Plebe vallis doblad.
Plombino
Pola
Ponteplauis
Ponto
Pordenono
De Portu
De Prata
Prato
Purlilijs.

Q

De Quero
Quinto

R

De Ratisbona
Reſio
Rhodigio
Robegano
Roma
Romandiola
Rouerio

S

De Sacillo
Salodio
Sancto Daniele
Sancto Martino
Senis, ſiue de Siena
Septimo
Serraualle
Sleſia
Solico
Somalia

Digitized by Google

De Somalia
Somaria Flor.
Somaſca Berg.
Spilimbergo
Souernico
Straſſio
Styria
Syluellis

T

De Tirettis
Tolentino
Tridento
Turricellis

V

De Valle
Valle dobladinis
Valle Miſoch
Valle Sugana
Varago
Della Vazzolla
De Venetijs
Verona
Vidoro
Villa
Vincentia
Viſnadello
Viterbo
Vonico
Vrſinico
Vueſchondorff

Z

De Zuccareda

Familiarum Nobiliũ Venetarũ, de quibus in Epitaphijs, ordo.

Barba
Barbara
Celſa
Collalcta
Contarena
Cornelia
Delphyna
Emo
Gradenica
Gritti
Lauretana
Marcella
Maripetra
Maurocœna
Piſana
Priola
Salomona
Triuiſana.

---

Illarum verò, de quibus in Elogijs ad tertiam libri ſectionem habetur mentio; imò quarum Elogia ſunt (quot quot inuenimus) regiſtrata,

Hic eſt catalogus.

Auria
Baduaria
Bemba
Bernarda
Bragadena
Capella
Ciconia
Contarena
Cornelia
Corraria
Delphyna
Dieda
Donata
Duoda
Faletra
Ferra
Fuſcarena
Garzonia
Gaura
Georgia
Gritia
Iuſtiniana
Landa
Lauretana
Legia
Lipomana
Magna
Marina
Maripetra
Maura
Maurocœna
Michaela
Minia
Mocœnica
Molina
Muſtea
Nania
Natalia
Piſana
Piſaura
Pizzamana
Pontia
Priola
Quirina
Rheneria



Digitized by Google

Salomona
Sthena
Superantia
Theupola
Trona
Triuiſana
Vendramina
Veneria
Viara
Victuria
Zania
Zena.

Et ne ab aliquo Familiarum Nobilium Taruiſij catologus coopte tur incaſſum, illis hic ſubſtruam libens, quot quot inueni, ad hęc vſque tempora, nullo quidem ordine in his ſeruato. Reponam poſtmodum & Territorij noſtri Taruiſini Caſtra illa omnia, Ferras, oppida, iam extantia: vt & id ſupremum Taruiſinę Vrbis decus, ac priſcum poſſe, ſit interea legentibus manifeſtum.

### Familiæ Nob. Tar

De Collalto
De Monfumo
De Caſtrocucco
De Rouerio
De Azzonibus
De Bonaparte
De Nordis, ſeu de Nordiglo
De Cataneis de ſpineta
De Vonico
Della Vazzolla
De Farra
De Ceſana
De Reſio
De Alano
De Ainardis
De Raynaldis
De Rauagninis, alias De Molis.
De Engenolfis
De Braghis, alias De Tanaro, & De Francia
De Arpo
De Straſſio

De Bouoledo
De Viſnadellis
De Roncinellis
De Tempeſta
De Ragnollo
De Caſtellis
De Campoſamperio
De Triuiſiis
De Forminica
De Robegano
De Siniſfortis de Pezzano
De Menegaldis
De Todeſchinis
De Bazzolletto
De Foſſalta
De Solico
De Bethignolis de Brixia.
De Falco, ſeu de N[illegible]olono
De Burſio
De Montemartino
De Mutonibus
De Caneſtro
De Aſillo

De Eccello
De Merlo
De Agolantibus
De Bedoia
De Pagaredo
De Bonhomo
De Maſerio
De Butinico
De Bombene
De Grandonio
De Romano
De Aproyno
De Ceſalta
De Vidoro
De Triuignano
De Trauainis de Spineta.
De Poiana
De Bruſaporco
De Prendecano
De Morgano
De Cerro
De Albano
De Campo
De Mirabello
De Mondeſerto
De Colbertaldo

Digitized by Google

De Colbertaldo
De Cutico
De Robegano
De Cornuta dicti Rochesani.
De San Ciurano
De Loria
De Roca Montis Bel lunæ
De Torrengo
De ſtraſſio, qui Straſſoldi.
De Trauerſijs
De Bonzano
De Marcobono
De Aldigerijs
De Pola, ſeu de caſtropolæ.
De Sclauo
De Buſatis
De Bruttis
De Hoſtia de Verona
De Scholaribus
De Roſſano
De Marignano
De Somonzio
De Ledulo
De Pagnano
De Creſpano
De Fietta
De Cauaſſo
De Muliparte
De Criſpignaga
De Ardicis.

De Marcorago
De Orgnano
De Fregona
De Ricchis
De Franchis
De Colle
De Colle S. Martinii
De Comeſtabilis
Del Corno
De Bariſanis
De Henſelminis
De Martignaco
De Vrbe veteri
De Petra rubea
De Coderta
De Girlo
De Bonuitali
De Romancello
De Montalbano
De Martelago
De Mulatis
De Vrſinico
De Tobaleis
De Boleta
De Camino
De Ceſalto
De Adelmario
De Caſerio
De Blancadis
De Calcia
De Sancto Vito
De Gorza
De Septimo
De Bruto.

De Caſtiliono
De Grauolinis
De Colbruſato
De Domo Zanne ven.
De Domo Superantia nob. ven.
De Doiono
De Sancis
De Roncadis
De Caſalorcio
De Valuaſorib., ſeu De Brayda.
De Prato
De Tirettis
De Paſijs
De Ramponibus
De Anſelmis
De Medulo
De Vulpatis
De Federiciis
De Anoali
De Crema
De Valle Sugana
Ab Eccleſia
De Pinadello
De Scottis
De Laſtis
De Quero
De Serrauallo
De Fuſcis
De Noali.

Adducor, ut credam, Auctores Comitum Pratenſium della Frata de Montalbano; Coneglani optimatum fuiſſe Nobilies Ciues Tar. cum reperiam apud Cnoglerum Quirinum Germanum in horum perilluſtrium Comitũ Genealogia verba hæc regiſtrata. Taruiſij autẽ Hermolaũ, & Bonifaciũ egiſſe Conſules ſub annũ 1262.



Digitized by Google

1262 reperio in antiquiſſimis Montalbanæ Domus Monumentis. Non etenim exteri ad Vrbium conſulatꝰ agēdos conſtituuntur: & forte sūt illi, quos ſuperiùs indigitauimus de Mōtalbano.

Caſtra, ſiue oppida & fortalitia Territorij Taruiſini ātiquitus extantia, deſtructa plurima, & in pagos vt plurimū horū nominū redacta. Reliqua extant adhuc inſignia oppida, Terra, Ciuitas.

Alanum
§ Anoalis
§ Aſillum

Baldinica
§ Baſſianum
Bongalium
Brayda
Bruſaporcum
Burſium
Butinicum

Campus
Carbonaria
Caſerium
Caſtrum bernardū
Caſtrum dardum
Caſtrum altum
Caſtrum cucum
Caſtrum ceſium
§ Caſtrum francum
Caſtrum S. Martini inter Conegl. & Seraualle
Caſtelli
Caſtionum
Caminum
Carpenetum
Caſtrum nouum
Caſtrum Petra
Cauaſſium
§ Ceneta

Ceſaltum
Cigotū
Ciſonum
§ Collaltum
Colbertaldum
Colfuſcum
Collis
Collis de Blancadis
Collis S. Viti.
§ Cornuta arx
§ Coneglanum T.
Coſta
Credatium
Creſpanum
Criſpignaca

Farra
Fietta
Fontanellæ
Fontes
Forminica
Foſſalta
Fregona

§ Gemellæ
Guticum

La vazzolla
Lendulum
Loria

Martelagum

Maſerium
Medades
Mergnanum
§ Meſtrum
Mirabellum
Miſſium
Monſumum
Mons leopardus
Mons bellunæ
Montalbanum
Morganum
§ Motta
Muſeſtrium
Muſſa
Muſſolentum

Nouenta

§ Opitergium
Orgnanum

Pagnanum
Pezzanum
Poiana
Pons planis
§ Portus buſſoleti
Prandencinum

Quartum
Querum

Radium, vulgò Rai.

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Rai. | Sanciumanus | De Turre |
| Ragenzudum | § Sanſaluator | De Turrengo |
| Ragnolum | Sanzenonus | |
| Robeganum | Scaiaſurgum | § Vallis mareni |
| Rocca | Scorcedum | Vicinale |
| Romancellum | Semuntium | Vidorum |
| Romanum | § Serraualle | Volnicum |
| § Roncades | Solicum | Zenſonum |
| Roſanum | Spineta | Zerum. |
| Rouerium | Sylua, dicta Malgrado | |
| Sala | Triuilium | & ſi quæ fuerint alia. |

Eccleſiarum modò omnium, quæ nunc Tar. comperiuntur,

CATALOGVS.

Templum cathedrale Diui Petri, vulgò, il Duomo. Epiſcopi, & omnium præsbiterorum. Altaria 18.

T. Sanctorum XL. Canonicorũ Regularium Lateranenſium S. Auguſtini. A.5.

T. diuæ Mariæ Maioris. Canonicorum Regularium S. Saluatoris de Ven. A 9.

T. diui Nicolai. Fratrum Prædicatorum ordinis Sancti Dominici. A.16.

T. S. Mariæ IESV. Fratrum Sancti Franciſci de obſeruantia. Reform. A.13.

T. diui Franciſci. Fratrum Minorum Conuentualium eiuſdẽ ordinis. A.14.

T. diuę Margaritæ. Fratrum Heremitarum ordinis d. Auguſtini. A.16.

T. d. Catherinæ Fratrum ſeruorum B. Mariæ, ordinis Beati Philippi. A.11.

T. d. M. Magdalenæ. Fratrũ cõgregationis Beati Petri de Piſis. a.6.

T. d. Hieronymi. Fratrum Ieſuatorum ordinis beati Ioannis columbini. A.4.

T. ſequeſtre diuę Mariæ Virg. & S. Hieronymi. Monacorum Cartuſienſium, vulgò del Montello. A.1.

Porrò extra muros.

Ad primum lapidem extra Portam Sanctorum XL. in pago coronæ extat Templum Sanctiſſimæ Trinitatis. Monacorum capucinorum ordinis S. Franciſci. A.2.

Ad tertium lapidem inferiùs extra portam Altinatem in pago Conſilij Templum Diuæ Mariæ de Monte Carmelo.

Fra-

Digitized by Google

Fratrum Carmelitarum. A. 1.

Ad MMD. paſſus per Terraleũ Templũ B. Marię Gratiarum Monacorum eiuſdem ordinis. A. 1.

Ad ſeptimum lapidẽ extra portam S. Thomæ in pago Lupatinę, Templum D. Mariæ. & Abbatia de lupatina, iura monialium de Muriano. curam gerunt Fratres Heremitani de Taruiſio.

Inferiùs in villa Pyri, Templũ, & Abbatia Monacorum nigrorum ordinis San. Benedicti, illorum inq; S. Georgij Maioris de Venetijs.

In pago Caſæ curuę, vbi Silis oritur, eſt Templum Patrum canon. later. ſcilicet Sanctor. 40. Qui & aliud Templum ſtruxerũt extra muros ad quingẽtos paſſus. Beato Ioſeph nuncupatum, pro cura animarum illius tractus ſibi ſubiecti.

Ad hæc in pago Paeſij ad V. lap. exiſtit Templum, ita Syluę, ita S. Floriani, Canonicorũ Regul. S. Saluatoris, de Taruiſio.

In Vmbilico Mõtis Quercuum vulgo, il Montello, Tẽplum S. Marię, & S. Hier. Monacorum cartuſienſiũ. vbi plures monaci, atq; aræs.

Sanctimonialium verò Eccleſię cum monaſt. Tar. conſtituęſuntq;.

Templum D. Theoniſti. Monacarum ordinis Caſſinenſis S. Benedicti. Aræ. 5.

Templum omnium Sanctorum. Veſtalium Virginum eiuſdẽ ordinis. Ar. 3.

T. Sancti Pauli, cum baſilica B. Marię Virg. Lauretanę. Moniales ordinis Dominicani. Ar. 6.

T. Sanctæ Mariæ Nouę. monacarum ordinis ciſterſienſis S. Bern. quę & diui Blaſij. A. 3.

T. Beati Pariſij, ſiue vt antiquitus, Sanctæ Chriſtinæ ordinis camaldulenſis. A. 3. ad earum officia Templaria continuè camaldulenſes Monachi duo.

T. Sanctæ Claræ. vbi monachæ intus velatę ſemper, ordinis inquam Sancti Franciſci de Aſſiſio. A. 5.

Ad officia, obſeruantium D. Fr. fratres duo.

S. Magdalenæ Templum. Monachæ ibi vulgò le conuertite. Opus nunc præſtãt ijs Patres Magdalenij. A. 3.

Sunt & monachæ tertii ordinis Sãcti Frãciſci recæptæ nunc in ſpẽm monaſterii cum Eccleſia, & ara, & miſſa.

Sunt & Dominicanæ, abſq; tamen cænobio. ſæculares, vt Franciſcanæ.

Extat quin etiam conuentus virginum Vrſulinarum cum orato-

rato-

ratoria baſilica, & ara ſua.
Poſtremò induerunt habitum vidualem B. Mariæ Virginis ordinis Fratrum Seruorum ſęculares Virgines hactenus quinque, ad aliarum exemplum.

Præsbiterorũ Eccleſiæ, præter Epiſcopalem, ſiue dicas priuata Templa, & parochialia.

Aræ. 5. Sancti Leonardi
3 S. Ioannis à Baptiſmate
5 S. Io: Baptiſtæ a Templo
5 S. Io. Euangeliſtæ de Ripa
5 S. Andrææ
5 S. Pancratii
4 S. Viti
3 S. Thomæ
3 S. Bartholomæi
4 S. Auguſtini congreg. ſomaſ.
6 S. Martini
5 S. Stephani
3 s. Gregorii
6 s. Michaelis
5 s. Laurentii
4 s. Agnetis
1 s. Fuſcæ

Parochialia omnia.

---

Templa præterea alia rar. abſq; cura animarum.
A. 1. Natiuitatis B. M. Virg. in Prætorio
1 s. Nicolai parui, ad canonica
1 s. Marci ad armamentarium
1 s. Mariæ in Bethlẽ. Canon. Regul.
2 s. Mariæ, tum & Chriſti Domini mirac. ad ſacrũ mõtem pietatis.
4 s. Marię carcerum.
1 s. Mariæ ad Burgum diui Thomæ
1 Sacellũ Pietatis in Epiſcopio
1 Sacellum s. Proſdocimi, ad canonica
1 Sacellum s. Mariæ Angelorum, ibidem.
1 Sacellum s. Mariæ Floridæ, & eſt Pinzocherarum S. Franciſci.
In quibus omnibus celebratur.

non ſic in ſequentibus.
1. Baſilica s. Crucis ad Hoſpitiũ maius.
1 Altera s. Mariæ Verberatorum, è regione s. ioãnis à baptiſmate. eiuſdẽ iura Hoſpitii.
1 Sacellum B. Henrici in ædib. Bonifacianis.
1 Sanctæ Vrſulæ ſacellum Vrſulinarum.
Tum trium minorum Hoſpitalium baſilicæ.
Sancti Victoris ſcilicet, Sancti Andrææ, & ſanctę Crucis pinzocherarum.
Eſt preterea Oratorium ab Ill. Antiſtite erectũ apud Somaſ.

Xeno-

Digitized by Google

Xenodochia, ſiue Hoſpitalia Taruiſina.

Hoſpitale maius, & ſchola, Diuę Mariæ Verberatorũ.
Hoſpit. minus pinzocherarum illius membrum.
Hoſp. s. Andrææ. mulierum.
Hoſpit. s. Victoris. mulierum
Extat & aliud Hoſpitale Taruiſinum Patauij conſtitutum in vico dicto Lebelle parte, vbi ille Petri de Abano Ouatus puteus adeo celebris. quod ſanè inſtituit Proſdocimus de Martignaco Nob. Ciuis Tar. in quo aluntur fæmellæ aliquot ſeniores: quarũ collocandarum ius Maioris noſtri Hoſpitalis Gaſtaldionibus, ſeu præſidentibus, reſeruatur in hodiernam diẽ.
Erant quippe & alia multa antiquitus Hoſpitalia in Vrbe noſtra: ſed tractu temporis deciderunt: ſiue in aliã boni operis ſpeciem tranſmigrarunt.

Sepulchra marmorea appenſa, ſiue humi ſtantia: ſiue in aræ titulum eleuata: de quibus paſſim fit mẽtio in his libris.

Ad Diui Petri Templum Cathedrale.

Arca marmorea Sancti Liberalis, ſubtus editiorem Templi partem: quaſi aliud Templũ dixeris, vbi præter hanc arã quatuor extant altaria, eaq; ſacrificijs frequentata.
Arca Sanctorum Theoniſti Epiſcopi, Thabræ diaconi, & Thabratæ ſubdiaconi in aræ Decumanæ ſuperioris baſilicæ titulum eleuata.
Sanctorum Florentij, & Vindemialis. Ara.
Beati Henrici. Ara.
Arca Epiſcopi Ioannis.
Epiſcopi de Salomone
Epiſc. Nouelli.
Epiſcopi Franchi
Aliorũ Epiſcoporũ alia abſq; Elogio.

Lamberti Primicerij, & Vicarij Epiſcopalis.
Ioannis Comitis
Vuecceleti de Nordiglo
Soncini de laude
Charæ de Gualfredo, & cath. de Sperchigninis.
Antonij de Martignaco
Leonardi de Ermizo
Raynerij de ſcholaribus
Aloiſij Bononij Cancell.
Hieronimi Griti Nob. Ven.
Alia ad leones abraſis notis ad D. Mariæ maioris.

Arca magni Cap. Mercurij Bua,

Ad Diui Nicolai.

Arca

Arca Auguſtini Vonici Senatoris Romani, ad inſtar Mauſolæi.
Henrici de Piſtorio Iudicis
Montecli de Monteclis
Ioannis de Braccis
Bladini de Venetijs
Caudumeli de Vidoro
Franciſci Lignaminei Phyſ.
Liuij de Padua, & Baſſiorum hęredum
F. Angeli Caſilini Tar. Epiſcopi Caprulenſis.

ad Diui Franciſci T.

Arca Dominorum de Camino. ſitu mutato.
Dominorum, & Aduogariorũ de Tempeſta
Catherinæ Tempeſta, ad huc integræ.
Brandolinorum Comitum Val liſinareni
Acileſij de Nordiglo
Nobilium Raynaldorum
Hoſtianorum de Verona Nob. Tar.
Burſiorum Nob. Tar.
Suganiorum Equit. &c.
De Coderta Nob.
Lignamineoru m.
Duo alia grandiora Monum.
Extra Templum in cæmiterio ſita, abſq; litteris, antiquiſſima.

Ad Diuæ Margaritæ.

Dominorum de Camino
Familię de Caſtellis
Aldigerij della Turre.

Bonſemplanti de Vonico
Comitum de Vrſinico
Petri Aligeri Iuriſconſ. ſummi Poetæ Dantis Florent. filij

Ad Diui Pariſij.

Ipſius B. Pariſij Arca in aræ titulum.

Ad Diui Leonardi.

Nobilium Actioniorum.

Ad D. Io. Baptiſtæ à Templo.

Ludouici Marcelli Equ. Hyeroſolymitani.

Ad D. Ioannis à baptiſm.

Bonincontri de Arpo iur. conſulti.
Familiæ de Marcobono.

Ad D. Martini ſub Dio.

Gulielm Benalij ab
Alia quædã abſq; Elogio: deſtructa autem plurima, præſertim ad Diui Nicolai.

Sepulchra effigiata; ſuntetiam cum his ſimulachra quædam marmorea, vt plurimum viuos repræſentantia.
Vnde magna indumentorum, anade-



Digitized by Google

anadematum, tegumentorumq; capitis varietas ex temporum viciſſitudine dignoſcatur.

Ad Diui Petri T.

Sancti Liberalis
Sancti Theoniſti, Thabræ, & Thabratæ.
Sancti Florentij
Sancti Vindemialis
Beati Henrici
Epiſcopi Ioannis
Epiſc. de Salomone
Epiſc. de Rubeis
Epiſc. Nouelli
Epiſc. de Scottis de Taruiſio, Pa-tauij in Vancio.
Benedicti de Roco Canon.
Conradi de Brancaſecis Canon.
Io: Donati del Corno Canon.
Ioannis Delphyni canon.
Io: Chriſtophori Feleti Canon.
Antonij de Ducis Canon.
Simonis de Montona Canon.
Marci Spinetæ Canon.
Franſciſci de Caſtropolæ iuriſc.
Matthæi de ſeprimo Phyſici
Iulij Actionij Aduog. canon. ænea. ab.

Ad Diui Nicolai.

Auguſtini Vonici Senatoris Romani ſtatua marmorea viuo ſimilis.
Geminiani Mutinenſis Iud.
Proſdocimi colſanmartini Doctoris.
Nicolai Adelmarij Doct.
Dominici de Bonhomo Doc.
Dominici de Monico Doct.
Pilei de Vonico Doct.
Gregorij Spinetæ Doct.
Matthæi Finei Med. Phyſ.
Angeli Caſilini Tar. Fratris Theologi Diui Nicolai, Epiſ. Caprulenſis.

Ad Diui Franciſci.

Comitis Brandolini de Bagnacauallo
Bonaccurſij de Aſylo phyſici
Marci Ant. Curſij Tar. Doct. Theol.
Thomaſiæ de Limbraga
Vnius Doct. de Raynaldis
Vnius Dom. de Camino
Mariæ Rauagninæ.

Ad Diuæ Margaritæ.

Petri Aligeri Dantis Filij. Doc.
Franciſci Mutoni Doc. & Equ.
Aldigerij della Turre Doct.
Bonſemplanti Vonici Doct.
Cuiusdam de Camino Mil.

Ad D. Catherinæ.

Alberti della Mota de Conegl. doct.
Antoniæ Tempeſta. ab.

Ad D. Ioannis à Templo.

Ludouici Marcelli Equ. Hieroſolym.

Hieroni-

Digitized by Google

Hieronymi de Bracis Canon.

Præsbiterorum prætera,& monacorum effigiebus delineata non pauca paſſim per eorum Eccleſias comperies Monumenta.

Solutarum Orationum, quæ in hoc opere comperiuntur, Summæ.

Præludiorum capita.


1 Operis inſinuatio

2 Auctoris propoſitum, & occaſio operis componendi.

3 Ordo habēdus in Inſcriptionibus reponendis, tum ordinis ratio. digna quædam inſuper excuſatio.

4 Quinam videantur vera laude digni, ponētes, & nō ponētes Epitaphium in Sacrophago.

5 Opiniones, ac ritus hominū plurium, ſtruendæ cauſa ſepulturæ.

6 Quòd ſepulchrorum amor, reliquiarumq; defunctorum ſit hominibus inteſtinus, exemplis probatur.

7 Quòd Epitaphia latinè ſint inſcribenda, & quare ſint omnis generis

8 Quòd ab hoc Elogiorum opere nec Hyſtoria, nec Ciuiū Catalogus expectetur, aut cōmendatio.

9 Cur aliqua poſuerit Epitaphia, quæ non extent: & ſi quę liquerit.

10 Cur non comperiātur antiquiora Epitaphia, tū de Vrbium mutatione. ac interitu.

11 Leuis laboris excuſatio à ſimili: quoddam auctoris deſyderium: aliaq; conficiendi operis ratio.

12 Cur hæc omnia Elogia non ſint characteribus maiuſculis excuſa:& quædā circa ordinē.

13 Operis vtilitas,& oblectamētum: aliaquè ſuſcepti muneris ratio.

14 Quæ librum curioſum reddant: & nunquid ea contineat iſtud opus.

15 Quid Epitaphj, cenotaphij, Elogij, Monumēti, & aliorū id genus, nomine intelligatur, præcipue ex Scaligero.

16 De arte, ac methodo conficiendi Elogia, ac Epitaphia.

17 Templorum q; quorumcunq; Taruiſij, Sacrorum Cætuum diligens memoratio.

18 Mortis Synonima, aut conſonantia.

19 Mortis varia non minus, ac grauia Epitheta, ſiue adiuncta.

20 Varia hominis mortis genera.

21 Ipſius mori Synonima

22 Funera.

24 Feralia.

24 Mortuis concurrentia.




25 Sepul-

Digitized by Google

25 Sepulturæ Synonima, &c.
26 De Cæmeterijs.
27 Omnis homo, tum homo mortuus.
28 Animarum ſeparatarum à corpore Synonima, & cæt. ſimbol. ex auctoribus.
29 Exequiȩ mortuorum
30 Variarum gentium mores in condendis, humandiſq; corporibus defunctorum.
31 Romanorum Imperatorum funera.
32 Varius cadauerum deponendorum ſitus, & varium tempus.
33 Paſſiones pro mortuis, &c.
34 Inſcriptionum Synonima
35 In quibus Epitaphia, nec nō Elogia deſcribantur.
36 Templi Synonima, & Templi partes.
37 Tumulorum, defunctorumq; poeticæ gratiæ, Cæremoniæ, ornamenta, parerga, &c.

---

Conuerſionum, ſiue Allocutionum, Catalogus.

Sancto Patri Benedicto Papæ XI. Dicatio.
Amico Philoſopho, & Chriſtiano.
Ingenuo Lectori.
Diuis noſtris tutelaribus.
Benedicto XI. ſummo Pontif.
Epiſcopis Vita functis
Canonicis.
Cæteris Sacerdotibus
Monacis
Monacabus
Pijs Congregationibus ſæcularium
Cunctis Ciuibus Taruiſinis
Equitibus, Comitibus, Baron. &c.
Doctoribus legum.
Philoſophis
Doctoribus Phyſices.
Poetis, & ſcriptoribus
Tabellionibus
Ciuibus ſimpliciter.
Exteris.
Opificibus.
Iuſtitiæ manu interfectis.
Morti ipſi
Sincero lectori
Senatoribus Venetis illuſtriſs.
Cunctis Ciuibus Taruiſinis viuentibus.

Extat poſtremò ſoluta oratione Hiſtoria Taruiſina, per Epilogos diſtributa.
Tum in fine operis Peroratio.

---

Digreſſiones, excurſus vè infra opus.
De Somaſchorum Congregatione
De Monachis Cartuſianis
De confraternitatibus ſæcularium
De Sacro Monte pietatis
Magni Hoſpitalis ſalaria conſequen-

Digitized by Google

ſequentium Catalogus.
De picturis, ac pictoribus. ſed de ſculpturis præcipuè.
Quædam aliæ breuiores. item Oratiuncula pro doctrina Chriſtiana.

Compar. & vlter.

Simeo, quis remanet? ſi maneo, quis adit?
Ars ita præcellens, conſule priua, cadit.
Mutatur Mundi ſicq; figura, & abit.
Poſteritas veniens his potiora dabit.
Mens mea ſic longè proſpicit, atq; ſagit.
Præconem calamus denique noſter agit.
Verſiculi hi noſtri noſtri tutamen, & artis.

SCRIPTORVM Poetarum, librorumque, ac Operum Auctorum Taruiſinorum, de quibus, quorum uè genere habita eſt mentio in his libris: operum, quæ nouimus, illorumq; breuis.

Catalogus.

A

Albrighetus de Raynaldis Canonicus, Nobilis Taruiſinus, Obijt octogenarius An. 1609. Emiſit librum anno 1599 cui titulus, Parafraſi, ouero breue Dechiaratione, ſopra tutti li Salmi di Dauid. &c.

Scripſit Iunior Italica Carmina acceptaa valde, & vel hac extrema ætate Calamo non pepercit lingua, Greca, atq; Hebrea non minus, fuit admodum delectatus.

Albrighetus pariter Raynaldus iunior, Eques, Nob. Tar. in ſtudijs verſatus ſuperq; ſatis: ſed in ſacris litteris ſupra modum. obijt anno 1604.
Hic nihil vnq. tipis voluit conſignare. Hoc ſcio illius fuiſſe publica, ut qui omnibus interfuerim.
Nobilem lingua noſtra Orationem habuit in Prætoris diſceſſu, illa quippe die, in qua Ioannes eius pater vita deceſſerat.
In Solicitorum Academia è ſuggeſtu lectionem fecit, ſeu magis Orationem, pro loci, & tēporis occaſione ſumma Eloquentia, neque non Elegantia ſingulari.

Habuit

Digitized by Google

Habuit pterea Oratiõ illã tã tope-re ab omnibus cõmendatam Coram ſereniſſimo Principe Grimano: dum Taruiſinorũ nominé ſecum ob ſummam adeptam in Republica dignitatem gratularetur.: cuius vnquam noluit alicui copiam facere: tametſi ſupremi homines, atq; illuſtriſs. Senatores id illum inſtanter peterent, ſupplicarẽtq; adeo mũdanam gloriã neglexit Philoſophus Chriſtianus.

Aloyſius Federicius phyſicus domi, foriſq;, Raguſij præcipuè, Venetijs, Vtini, ſatis cognitus: Taruiſij ſui inſuper, & Belluni, obijt circa annum 1596. Hic vniuerſam medicinam philoſophicis, ijſq; ſubtilibus, ac recõditis ſęcibus dilucidauit. Laborioſum aũt opus hoc, totiuſq; eius prouectioris ætatis ſtudium, dum Belluni medicinam faceret, & interim interiret, ſecum extincta ſunt, & quis ſit, an ad votum alicuius, minimum laborantis, ſit olim id operis emerſurum?

Aloyſius Rouerius Attilij Fil. nob. Tar. Viuens. Clericalem vitam ingreſſus iunior, acri iudicio præditus, ac memoria: qđ ex recitatis orationib⁹ tũ ex argumentandi, ſermocinandique modis varijs poteſt argui. Hic, prętер Theoremata Logica, quæ ſuſtinuit in Epiſcopio ad hoc ephæbus, emiſit Orationem, quam habuit ad ingreſſum Rectoris Mauri: tum Encomia quædam Poetica in Zeni Preſidis gloriam. Ab hoc adoloſcente, Ciues mei, magna, imò maxima, vel in ipſa Theologia, certo certiùs expectate.

Ambroſius Gaza medicus, qui & inſignem habuit Orationẽ in magno Conſilio Taru. pro deditione Vrbis ad Cæſarem: vt videre eſt in Hyſtoria Tar. lib. xi. pag. 667. obijt circa annum ſal. 1520.

Ambroſius Spiera Monacus Seruita, ſummus Theologus, ac Eccleſiaſtes floruit circa annum 1440. eius hęc opera habentur Typis excuſa.

Sermones, ſeu Conciones Quadrageſimales.

De floribus Sapientiæ, & c. lib.

Sermones de Aduentu Domini.

Scripſit etiam ſuper 4. libros ſententiarum: id aũt opus eſt in penetralibus Seruitarũ Tar.

Andręas de Reduſijs de Quero: cuius Deſcendentes in Patriciorum numerum Tar. ſunt relati: vixit circiter annum ſalutis. 1420.

Hic Hyſtoriam Taruiſinam vſq; ad ſua tempora latina lingua ſcriptam reliquit: quam apud illuſtriſſimos Com. Collalt. vidimus, & legimus in mem

Digitized by Google

membranis.

Angelus Caſilinus, Caſarinuſ-
uè, Ciuis noſter, Theologus
Dominicanus, Epiſcopus
Caprulenſis, in Iudiciaria,
& Genethliaca, fuit noſtro
æuo pluſquam peritus. obijt
1600.

Antonius de Fantis Philoſo-
phus, ac Medicus, addunt a-
liqui, & magus. Prælector in
publica Academia Patauina.
Hic anno 1504 emiſit librũ,
cui titulus. Speculum Ra-
tionale ad Ariſtotelis mentẽ,
&c. opus quidem admirãdũ,
atq; à ſummis tunc temporis
Patauini ſtudij Prælectori-
bus ampliſſimè collaudatũ,
vt in calce operis lectitatur.
Emiſit ad hæc; Mare Magnũ
Scoticarum ſpeculationum.
& ſi quæ alia. reliqua perie-
runt. & quis ſcit, an aliquis il-
la, & gloriam, labore modico,
publicans ſurripuerit?

Antonius Paſius Nob. Tar. Cõ-
pegit Dictionarium Hyſpa-
nicum abſolutiſſimũ: quod
hæredum incuria ſitu, ni pe-
ius, ſquallet.
Fuit amicus noſter, vel ob lin
guæ huius Symbolum ſingu
laris. obijt circa ãnum 1580.

Antonius Phyloxenus ſcripſit
de Floſcula amaſia ſua, vul-
gò Fioretta, Elegos non vul-
gares. hic poſtea (ni decipior)
Marcelli nomine Frater Ser-
uita publicauit librum poeti
cum lingua noſtra ſuſciple-
num, quod aiunt. cui titulus,
Silue di Marcello Filoxeno
Taruiſino Poeta clariſſimo,
&c. MDXVI. Obijt hic cir-
citer annum 1620.

Antonius Spineta de Cathaneis
Iuriſconſ. Nob. Tar. acuti in-
genij Vir ſcribit carmina,
tum Elogia, atq; Epitaphia
ad incidendum, ad impri-
mendum, non ſemel expoſi-
ta, ac publicata.

Antonius Vonica vixit cir. ann.
1510. Compoſuit Elegos, vt
legimus, felici uena.
extat carmen Heroicũ Augu
relli ad Antonium Vonicam
Tar. ordiens, Quò me, Quò
Silides, rapitis per flumina,
Nymphæ.

Auguſtinus Beatianus Eques
Hieroſolimitanus Floruit
Tar. circiter annum 1540.
ad 1550.
Hic ſcripſit plurima doctiſſi-
mè, ac lepidiſſimè, latina
lingua, Hetruſca, & He-
braica. ſ.
Homelias ſuper Euangelijs: ſu-
per Iob. Elegias item ſacras
non paucas.
Habetur præmanibus à culte
poeſis amatoribus Aguſtini
Beatiani liber vnus, cui titu-
lus.

Delle

Digitized by Google

Delle coſe Volgari. & Latine del Beatiano.
Qui impreſſus ven. 1538. vbi ad ſcriptum. Nequid in toto Venetorum Dominio opus hoc, niſi de conſenſu auctoris imprimat; vel alibi impreſſum vendat ſeueriſſime S. C. cautum eſt. ibi Caroli V. Imp. laudes præcipuè. tum Iſabellæ Imper. cui opus dicauit. pulchra, doctaq; omnia: aſt latina carmina epica, ac Elegiaca in primis sũt admirãda.
Scripſit laudes Vrbis Taruiſinę.
De Vniuerſitate. opus latinum.
Scripſit Hiſtoriam Venetam verſu Heroico.
Summorum Ducũ laudes: Florentiæ. ſ. Mantuæ, Vrbini, Ferrariæ: Cardinalium: tot Bellatorum. Fæminarum item illuſtrium Europæ: ſui inquam temporis, & cæt.
Concinauit atque elegans fecit Boiardi Comitis poema Italum.
Compoſuit Comœdias, & Tragœdias item
Principis inſtitutionem latinè, ad Maximil. Imper. Tractatum Bellicum Romanorum, Græcorum, Barbarorum, &c. alia pletaq; incepta: ſed longa, feraq; arthritide, Chyragra præcipuè, cubili per XVIII. annos affixus, ea perficere haudquaquam potuit Hæc autem omnia viſuntur Taruiſij, & vidi, apud Sacripante de Raynaldis eius gen. vbi & effigies admirabilis tanti viri.
Typis porrò publicata, præter iam dictum librum hæc solũ diſpiciuntur.
Verona. ad Clementem VII. Pont. Maximum.
Lachrimæ poeticæ in mortem Petri Bembi Card.
Vndeci ſonetti nel 2. Volume delle Rime di diuerſi. Venet. 1563.
Le ſette Allegrezze di Amore &c. Tar. 1590.
Non dubito & alia, & quidem multa, ipſum Beatianum, dũ viueret, edidiſſe: quippe qui viderim Scaligerum de illo tuliſſe Iudicium, ſicuti & de Augurello, & de *alijs* quibuſcumque. quod in 17. Tomi Bibliothecæ ſelectæ cap. 3. retulit omniſcius Poſſeuinus.
Sunt mihi præmanibus conſcripta carmina varij argumenti alternarum Vocationum, reſponſionumq; Beatiani, & Varagi noſtri.
Auguſtinus Muſæus Tar. Frater Heremitanus in Diuæ Margaritæ Cenobio concionator acerrimus ſcripſit multum: ſed eius Apologia typis edita non ſinit de alijs illius operibus ſiſcitari.
talis eſt libri titulus.

APO

## APOLOGIA AVGVSTINI MVSAEI TARVISINI

Theologi Auguſtiniani aduerſus eos, qui eundem falsò apud Sanctam Sedem Apoſtolicam accuſarunt, quòd prædicans in Ciuitate Senarum hæreſim prædicarit. Oſtendentis, ſe nõ niſi Catholicam profeſſũ fuiſſe Doctrinam. Ex eminentiſſimo Sanctæ Eccleſiæ Doctore Auguſtino.

Ad S.D.N. Paulum III. Diuina miſericordia Pontificem ſummum.
M.D.XXXVII.

Auguſtus Actionius Aduogarius Nob. Tar. viuens annos natus ſeptuaginta, ante annos duos creatus per eius collegiũ Prior Sãctæ Mariæ de Foſſis ad eius vitæ exitum, cum prouentu octingentorũ, circiter, aureorum. Vir vnus in multis ſanè, at in mathematicis, ac mechanicis plurimum valens. Nihil publicat, cum multum ſcribat. Vidi de Primordijs Rerum Heroicum Carmen ſumma, atq; extrauaganti philoſophia refertum. Vidi & aliud cynicum, ſtillo quippe Virgiliano; item fuſas Orationes, cum aliqua inuectiua, non paucas. Eius Elegidion in frõte noſtri operis Epitaphiorum impreſſum patet. Vir hic nobilis, apprimè philoſophus, ſicut ſapiens, ita gloriæ negligens cuncta ſupprimit.

Vnde æquum mihi eſſe videtur vt referam hic principium ſaltem, ni totum, epiſtolæ C. Plinij libri 7. ad Rufum ſuũ, qua aperte mõſtrat, plures eſſe hominum, qui cum non publicaſſent opera, docti non crederentur: veluti Tar. omni tp̃e euenisse ſcire nobis integrum eſt: Eos tamen ſe & aliud profitentes à litteris alienum expertum eſſe doctiſſimos. ſic ille, O quantũ Eruditorum aut modeſtia ipſorum, aut quies operit, & ſubtrahit famæ. At nos eos tantum dicturi aliquid, aut lecturi timemus, qui ſtudia ſua proferunt: cum illi, qui tacent, hoc amplius præſtent, quod maximum opus ſilentio reuerentur. Expertus ſcribò &c.

Aurelius Augurellus Canõ. Tar. Poeta latinus admirabilis floruit circa annum 1500. Carminum Iambicorum, tum & aliorum, ad amicos præcipuè, extat impreſſus ab Aldo liber 1505.

Chryſopeiæ, ideſt de conficiendo auro, hexametro Carmine



Digitized by Google

libri tres.

Geronticon ideſt Senilium, liber poet. &c.

Aurelius Caſellius Poeta Elegus valde elegans. vixit patrum noſtrorum tempore. Hoc extincto & familia eius, & opera extincta ſunt.

Legimus, quæ ad manus venit, eius Elegiã XC.' verſuũ, qua deflet calamitatem ſuorum. temporum. tum aliquot Epigrãmata. de hoc intelligit Augurellus L. Geronticon ad B. Agolantum, dum ait, Impuleris fortaſſe, vt & huc Caſſelius altè Conſcēdat tecum Comes.

Aurelius Palatiolus Arſenij Iuriſconſ. filius Artium, & Medicinæ Doctor, ac Eques plura cōpoſuit, atq; expoſuit in publicum Theoremata in logicis, in phyſicis, ac medicis diſcipli nis, Taruiſij, tum Patauij: quæ hic, atq; illic audacter, fortiterq; ſuſtinuit publicè, ac glorioſiùs defenſauit.

Orationem latinam edidit, quã recitauit coram Illuſtriſſimo Franciſco Mauroceno Taru: Prætore, prefectoq;. Edidit & aliam Orationem Taru. 1607. de ſtudijs litterarum addiſcen dis, ab ipſo habitam Patauij in publica Stabilium Academia, anno 1602.

Scribit hic aliquãdo, & bona carmina, & optimas medicas con ſultationes, quas forſitan, vt audio, publicabit.

Deſpōſauit Venetijs filiam Hyſtoriographi ac Cronologi eminētiſſimi Nicolai Doioni ciuis Bellunenſis, & Veneti: vnde & illic nedum medicinam, ſed & nidum, & oua facere deſtinauit.

Edi dit hoc anno 1610. libellum prælegantem, ac Sapidum de Balneis Capheronianis.

Aurelius Solicus Iur. Cōſ. pluſquã peritus, hominem noui. obijt circa annum 1575. Fuit hic carminum etiam ſcriptor lepidus: nihil tamen publicauit, quod ſciam, niſi in collectionibus ſui temporis, præſertim libri illius in mortē IRENES ex Dominabus Spilibergijs typis editi 1561. vbi illius plurium coætaneorũ Tar. Carmina regiſtrata. Gradenici Paduæ iur. con. Io: Franc. Perandæ, Valerij Bongioci: Vincentij Maroſticæ, &c.

## B.

Bartholomeus Agolantus medicus phyſicus Nob. Tar. obijt circa annum 1560. Nihil de ſuo emiſit: potuiſſet, neglexit tamen. neglexère autem magis eius poſteri, talia flocci pendentes. quòd verò fuerit ſciens, & Muſis deditus, extat nobile id teſtimonium Io: Aurelij Agu-

Augurelli: & eſt poſtremũ Epi-
grãmatũ in eius impreſſo carm.
libro 1505. videlicet

Ad Bartholomęum Agolantum
Tar. &c.

Fers tecum ſtudioſe meos, Ago-
lante, libellos:
Eſſe loco fratrũ tibi quos haud hæ
ſito: quando
Et mihi tu Nati: nec non me ſæ-
pe parentis.
Nomine dignaris: ſunt & mihi
mente libelli
Hi geniti, patrio quos & comple-
ctor amore.
Sedulus his igitur cuſtos hære-
bis, opinor:
Ac, ne quà titubent illi, curabis
abundè:
Vt nihil admittant delebile, nil
uè relinquant,
Quod cultus, quod longa dies,
quod gratia pręſtet.
Officio ſed cum fueris me hoc
ipſe ſecutus,
Munera reſtituent olim tibi gra-
ta Minores.
Nam, cum peruenies, quò te
nunc ſemita ducit;
Laurigeri quà tendis iter ſub cul-
mina collis,
Hic fas Aonidum tibi erit ſecre-
ta tueri,
Antra procul primum viridi cir
cumdata muſco,
Dehinc Lauri baccas inter, ſpiſ-
ſoſq; corymbos
Hæc eadem Phæbi cætũ ſpectan-
te ſubibis.
Quin ad miranti tibi præcinet
vna ſororum
Carmina, quæ quondam calamis
cum luſeris ipſe,
Quem mihi tu, tibi mox ætas prę
ſtabit honorem,

Cum & primo libro Geronticon
idem Augurellus ipſimet Ago
lãto graue Heroicũ deſtinaſ-
ſet, cuius initium.

Te quoq; ad has Epulas inuitaſ-
ſemus, Amice,
Nouerimus ni te multis, Agolan-
te teneri:
Quæ tibi iam guſtanda prius ſunt
nempe neceſſe.

Bartholomęus Burchelatus phy-
ſicus ſcribens hæc hucuſq;,
qualiacumq; ſint, ty-
porum expoſui
medio.
proſtantq;.

Tyrociniorum poeticorum in
vtraque lingua libri duo.
Patauij 1577.

Epitaphiorum Dialogi ſeptem
in Tar. gloriam impreſſi Vene
tijs 1583. Tar. verò,

Duello de' ſcacchi. capitolo.

Il Quero. Dialogo del paragon
delle coſe.

Lo Stimamondo, Ragionamen-
to Academico dell'humana
Conditione.

L'Huomo Spiritato. Ragiona-



Digitized by Google

mento Academico.

Trattato de gli ſpiriti di Natura. Ragionamento Academico.

Diſcorſo ſopra vna lettera di Cornelio Frangipane, del modo del Dominare.

La Rapina. Ragionamento Academico.

Il Ternario, ouero l'Ethimologia di Treuigi. Dialogo.

Breuiloquia Poetica, cum Dialogo Elegiaco Araneæ, & Podagræ.

Sonetti ſpirituali.

Charitas. ſiue Conuiuium ſeptem phyſicorum in ſuburbano meo Charitatis. Dialogi Eorundem, & Quæſtiones.

Il ſenſo Amoroſo. Dialogo.

La bianca Pioppa. libro intiero de' miei Academici Coſpiranti: & ben curioſo.

Sommario della Gioſtra Triuigiana. 1597.

Il Funerale di Gio: Battiſta mio figliuolo. proſa, & verſo, volgare, & latino.

Silis. Opus poeticum Latinum, atq; Italum in Rectoris Franciſci Mauroceni decus.

Le Opinioni. Ragionamento Academico.

Tre Orationi a' Rettori Illuſtriſs. due volgari, & vna latina.

La Parſimonia. Ragionamento Academico.

La Condoglienza. opra poetica in morte di Buonauentura Bernardino mio figliuolo.

Il Nulla. Ragionamento Academico.

Le Veglie Triuigiane, Emule alle Saneſi. 1614.

Oratione, & altri componimenti in honore dell'Illuſtriſsimo Rettor Soranzo. 1615.

Memorabilium Tar. ab V. C. hi 4. libri, cum Appendice. in perennem Vrbis memoriam.

In gratiam autem amicorum omni tempore poetica impreſſa plurima.

Porrò noſtrorum operum non publicatorum extat publicè Catalogus impreſſus Anno 1597.

Poſt quæ omnia ad huc compegimus infraſcripta.

Apologia per vna Oration volgare ſtampata: prima, & ſeconda parte.

Pantalogia. cioè, Ragionamento di tutte le coſe. & è vna Traduttione in verſi ſciolti di xij. libri in verſo Heroico Latino di Auttor dannato: trattone fuori quanto pia, & degnamẽte ſi conueniua, con l'auttorità del molto Reuerendo Padre Inquiſitore

Apologia per noi Triuigiani contra l'auttor del Theſoro Politico ſtampato in Milano: ò pur contra tal relatore. Ragionamento noſtro fatto da Noi dalla cathedra nell'Academia degli Anhelanti, Eſſendo Prencipe



Digitized by Google

cipe di quella; l'Anno 1603. di 6. Luglio.

L'Academia Anhelante di Treuigi: Dialogo di tre giornate.

Ragionamento d'intorno all'anima ragioneuole. con l'occaſione di quella degna ſentenza di Galeno, che li coſtumi dell'animo ſeguitano la temperatura del proprio corpo.

De morbo quodam Humano generi exitiali, præcipuè in pueris, Parùm a medicinæ ſcriptoribus obſeruato; Commentarius.

An virgo quædam nupta, faſcinato Viro, ac ob id matrimonio ſoluto, manſerit virgo, Cõſultatio noſtra, ex chyrurgica ſpeculatione præcipuè.

Panegirico, ouero Sermone Demonſtratiuo in lode del q. Ill. & Eccelentiſs. S. Giulio Prendiparte Padoua Caualiere, cõ l'occaſione di vn'Epitafio.

Eſſamina delle qualità, & proprietà occolte delle coſe cõ l'occaſione di cõcetto pellegrin del Dottor Sardo.

Licantropofagilogia, nempe Sermon di huom lupo mangiator di vn huomo.

Traſcorſo Della pregiata vita, & Santa morte di Nouella Nouelli Albertoni.

La pompoſa Proceſſion Sacramẽtale della Parochia di S. Vido in Treuigi, fatta di 5. ſettembre 1604.

Comparatione, & libramento de' Guadagni del Medico, & del Filoſofo. Dialogo in 3.

L'Ambaſciaria Triuigiana al Ser. Prencipe Grimani 1595.

L'Ambaſciaria Triuigiana al Sereniſſimo Prencipe Donà. 1605.

Capitolo ben lungo, in Riſpoſta di vno del Sig. Ottauiano Torre di vn ſuo Viaggio à Genoua: 1612. il Settembre: in cui ſi loda eſſo Sig. di preſta riſolutione à far viaggi: poi per contracamio ſe gli da nuoua de'morti, & d'altre nouità, da ch'ei ſi partì di Treu ſin hora li 6. Nouembre. indi ſi raccontano li trauagli, i pericoli, & l'eccesſiue ſpeſe di quelli, che vanno in lungo viaggio: onde l'Auttor ſi eſcuſa, ſe non lo imita: & maggiormente per li ſuoi graui impedimenti.

Le Inſidie del Granaio, in proſa, e in verſo. all'iſteſſo Sig. Torre.

Racconto iſquiſito del Batteggiarſi ſolennemente in Treuigi vn figliuolo dell'Illuſtriſſimo ſuo Rettor Piſani.

Oratione Recitata publicamente in Treuigi à nome della Città, nella Partenza dell'Illuſtriſſimo Rettor Zeno. 1613.

Il Semplice Cittadino, grado, e ſtato dell'Huomo ſopra tutt'altri degno da deſiarſi, & da fermarſi in quello.

Gli

Digitized by Google

Gli ſtrani Auuenimenti di me Bartholomeo Burchelati dal XV. al LXVI. anno di mia vita.

Traſcorſo ſenſato, & Christiano: & dietro à queſto vn'altro cō titolo di ſpecchio cotidiano.

Soliloquiū: precipuè christianū.

Traſcorſi Famigliari, & ſenſati da non publicarſi, ed alcuni non compiti: d'intorno à cinquanta.

Plurima Pieriæ dictant ſcribenda Sorores:

Sed medicina vetat ſcribere plura. Vale.

Dixit Bernardinus Bononius noſter in fine Elegiæ ad Auguſtinū Cremenſem Tar. medicū.

Sic dicam Ego: non tamen immemor Genij mei.

Bartholomeus Zuccatus vixit auorum noſtrorum menſibus.

Hic ſcripſit accuratè Hyſtoriam Taruiſinā lingua Itala ad ſua vſque tempora: quæ à poſſeſſoribus habetur cariſſima.

BENEDICTVS XI. Romanus Pontifex vixit ad annū 1304. menſ. Iul.

Compilauit commentaria in Diui Matthei Euangelium, ampla nimis, ac admiranda.

Impreſſa Taru. modo legitur pars: audio inuentas demum eſſe primam, & tertiam: quæ vtinam ſimiliter publicentur.

Scripſit in Iob. in Apocalipſim. in Pſalterij partem.

Bernardinus Bononius Medicus infra annū 1500. ſcripſit multa, Elegos præſertim ſapidos valde. Hic Patauij commorans perſcripſit opus, cui titulus

AVSONIVM.

Frater ego Auſonium ſcripſi; nil denique reſtat: Dummodò quis chartas bibliopola liget.

Bernardus de Albertis iur. cōſ. viuēs ſeptuagenarius, ſcribit, dū vacat, poemata præclara: at parum publicat.

Condit, Compilatq; Heroicum opus; ac pium tribus diſtinctum libris, quod ſcio: ſunt carmina adhuc vltra 4000. & veluti bene ſperat de imponēda Coronide, ita veretur de vitę curſu ad extremā manum.

C

Camillus à Cornu Nob. Tar. legum Doc. Venetijs Declamator celebris ad longum tempus: ſeneſcens in patriam reuerſus induit habitum clericalem: fuit diu Decanus: deinde Epiſcopi Vicarius generalis diutius; moritur octogenarius anno 1610.

Scripſit non pauca in iure, & Allegationes; .ſ. & conſilia: vidi præterea, ex eius gratia, manu propria perſcriptum opus Dialogicum, cui poſſet hic titulus applicari.

Degli

Digitized by Google

De gli abuſi, ſconci, & incommodi di Treuigi poco meno che irreparabili.

Scriſſe la vita, & la morte di Aluigi arciueſcouo Molino Veſcouo di Treuigi: ch'è à ſtāpa.

Carolus Coquinatus Faganea obijt tricenarius anno, ni fallor, 1601. hæc expoſuit.

Libro di Madrigali. Epitalamio, &c.

Madrigali ſpirituali.

Hic præter Poetica, latina non minus, ac Itala,

Scripſit Apophtegmatum ab optimis auctoribus decerptorū librum vnum ſatis amplum. ſed illo mortuo, ſecum omnia pariter perierunt, & fo ſitan defuncta ſunt.

Ciprianus Iambelli Canonicus Regul. Lateranen. lector, & cōcionator inſignis Obijt iuxta annum 1600. Veronæ quippe natus, Tar. autem commoratus per longa tempora, ita, vt ſe Taruiſinum profiteretur.

Quo temporis curriculo calcographorum medio hæc publicauit.

Dialogo del Paragone tra'l Verno, & la State.

Il Diamerone. de' Sogni, & del Amicitia.

La Maggioranza dell'Huomo, & della Donna.

Trattato dell'Anima. libri quattro. oue ne introduce à ragionar prencipali Cittadini Triuigiani. come & ne gli altri.

Lettura ſopra la Oration Dominicale.

Euui anche la lettura ſop. il Cantico della B. Vergine. & quella ſopra il ſimbolo Apoſtolico. non alla ſtampa: ma ſcritte, ipſo legente, da buona mano, nel Duomo noſtro.

Claudius Adelmarius 92. annos natus obijt anno 1603. hic diù, ſemperq; ſcripſit canti ca lingua noſtra, nec iniucunda, vt in collectionibus nō paucis fit conſpicuum; & vel ſilicernium captus oculis, atq; auribus verſus eructabat bonos; Quos excipiebat Rutilius pro gnatus patris æmulus, & fortè grauiori ſtylo, defunctus hac æſtate 1614.

Conſtantinus Leonida iur. Conſ. & Eques viuens ſeptuagenarius, foris cum ſummis Principibus diutiſſime, apud nos modò, cras abiturus in Gallias, in Hyſpanias: mox reuerſurus Tar. tum Venetias, tum Romam. 1611. typis Venetis publicauit eius commentaria in Canticū Canticorum Salom. latina, admirandaq; præ nouis conceptibus Sacroſanctæ Eccleſiæ, & ſummo Pontifici accommodatis. dicauit opus Beatiſſimo Paulo V. quo cum, dum Cardinalem ageret, plurimum diſtinebatur.

Daniel

Digitized by Google

## D

Daniel Contrarius obijt circa annum 1560.

Due Canti de i ſucceſſi, & delle nozze di Rodomonte, dopo la repulſa, ch'egli hebbe da Doralice. Sonetti, & altre Rime.

Oratione nella venuta di Andrea Priuli Rettor di Treuigi: tutto in vn libro in ſtampa.

Daniel Prendipartes Padua ſcripſit eleganter Epiſtolas lingua itala. proſtāt aliq. in collectione Bernardini Pini l.4. 1582.

Migrauit ad Dominum anno eius 1595. ni fallor.

Donatus Horiolus C.T. vixit circa annum 1530. Scripſit Aduentum Stephani Magni ad Præturam Tar. anni 1527. tū eius Coniugis Blancæ, miro artificio. & eſt opus magnum, nēpe trium dierū, lingua Itala. cui titulus; LA MAGNA. vbi, prȩter fusā Orationē extāt plura Carmina, & omnis generis. & eſt morum, indumentorumq; matrum preſertim illius tēporis, gratum ſpecimen.

## E

Emilius, ſeu magis AEmilius, aut Aimilius, Vulpatus Patricius Tar. viuens, plura occæpit, perſcripſitq; opuſcula, quibus expetitur per inde, atque expectatur, ſuprema manus: nempe,

Modo, & facil prattica di comporre horologi horizontali.

Diſcorſo dell'armi di nobiltà, con occaſion della ſua, oue dell'armi, che portauano gli Aſſirij, Medi, Perſi, & Romani prencipalmente: con quelle d'altre nationi; con alcune breui oſſeruationi, per formar perfette impreſe.

Qual ſorte di Militia hauea ciaſcuna delle Monarchie, & altre notabili Nationi, con le lor leggi, & coſtumi: oue & il Parag. del l'antica Militia con la moderna, & degl'iſtromenti de gli Antichi in guerra: & della militia Turcheſca comparata all'antica: & perche habbia fatto coſi gran progreſſi.

Diſcorſo ſopra quelle parole di Marco Catone, il qual dicea, non eſſere, ne poterſi dir ricco vn Cittadin Romano, s'ei nō haueſſe il modo di ſoſtenere, & pagare vn eſſercito Romano per vn'anno intiero:

Quanto denaro foſſe, & che importaſſe.

Trattato de gli vccelli di Rapina.

Auuertimenti di Agricoltura, per trarne maggior vtile, & diletto.

## F

Fabritia Carrari, atq; eius ſoror

Inno-

Digitized by Google

Innocentia, quarum Silueſter frater germanus, poetriæ noſtri ſæculi ſcripſerũt hetruſca carmina, quę in nõ vnis expoſitis collectionib⁹ lectitamus.

Florenus Vonicus Nob. Tar. Archipresbiter Meſtri edidit Heroicũ Carmẽ, & ſi quid aliud, cui titulus. Ad Illuſtriſſimũ, & Reuerendiſſimum D. D. Franciſcum Iuſtinianũ Epiſcopum Taruiſinum Gratulatio. obijt 1614. æſt.

Franciſcus Fuſcus Thomæ fil. Nob. Tar. Iuuenis optimę ſpei impreſſit Bergomi orationem quam iſtic recitauit Illuſtriſſimo Aloyſio Mocenico Vrbis Pręfecto 1613. titulus, Sforzo giouenile di Frãc. Foſco, &c.

Franciſcus Noualenſis clericus Tar. nihil aliud emiſit, quod ſciam, præter Orationem latinam, quam habuit in Diœceſana Synodo Tar. in Ecclesia Cathedrali, 1592. viuit modò Curator animarum plebis, & pagi de Cucagnana.

Franciſcus Rholandellus Poeta Laureatus a Feder. III. Imper. hic Tar. anno 1451. in gręcis æq;, ac in latinis litteris verſatiſſimus.

Impreſſus legitur Tractatus de ſacroſancta Euchariſtia è græco in latinum, ex Diuis Baſilio, & Chriſoſtomo.

Eius opera, pręſertim poetica, & præcipuè Craſſæ Amores, ſitu ſqualleñt, præter pauca ſubrepta, quæ legimus admirantes.

Franciſcus Turcius Carmelita, obijt ãno 1599. plus minus.

Traduſſe in volgare l'officio della B. Vergine.

Traduſſe in verſi ſciolti li ſette Salmi penitentiali, publicati con le traduttioni d'altri.

Cõpoſe diuerſe Orationi à Dio, che ſono ſtampate nella Selua d'Orationi raccolte da Fr. Nicolò Aurefice Carmelitano.

Correſſe, & riſtampò la vita della B. Vergine in terza rima del Cornazzano.

Riſtampò la Raccolta delle ſentenze, & documenti di diuerſi, & l'accrebbe.

Fece il ſupplimento della Deca ſeconda di Tito Liuio, ch'è alla ſtampa.

V'è publica l'Oratione fatta da lui nel Capitolo ſuo Generale in Roma l'anno 1580.

Le Annotationi, & gli argomenti ſopra le Rime, & Satire dell'Arioſto 1581.

V'è la ſua Traduttione de' Sermoni ſopra gli Euãgeli di tutto l'anno, proprij, & communi de' Sãti, del Padre Randolfo Ardente, impreſſi con le prediche del Lantana.

Ha fatto gli argomẽti in ottaua Rima à diuerſi poemi ſtampati per opra ſua.

Stampò due Volumi di lettere

 fa-

Digitized by Google

facette di diuerſi, & ſue.

Sciſſe molti Sonetti in materie diuerſe, & canzoni: fra quali vi è quella in lode di Coſmo de' Medici Gran Duca di Toſcana, ſtampata in Fiorenza l'anno 1565.

Franciſcus Varagus Poeta Latinus ad carmen facilis, floruit circa annum 1540.

Hic compoſuit ſuo æuo Carminum variorum generū libros quinque, quos habeo cariſſimos, & vna die forſitan imprimentur.

Fulgentius Pattari Tar. Baccalaureus Heremitanus, ad D. Margaritæ emiſit liberculum anno 1610. Doctrina, ac pietate refertum, cui titulus, Sette Meditationi, e diuote Orationi da farſi dall'huomo credente: & in particolare dall'infermo: compoſte da Frate Fulgentio Pattari Triuigiano, Baccelliere, & Predicatore Agoſtiniano.

G.

Gaſpar Ancaranus Presbiter ludi magiſter diu, inter nos viuens ſui æui tempore, latinè, ſed magis, ac feliciùs Italicè multoties compegit carmina, vt plurimum pietatem Chriſtianam redolentia, & publicauit non pauca opuſcula. ſcribit ſenior etiam nunc ex Genio.

Gaſpar Curtius Naſcimb, Philoſophiæ Doctor. obijt circa annum 1598, in cuius obitu ex diuerſorum carminibus liber impreſſus fuit, & Paulæ Fontanæ eius coniugi dedicatus.

Plura ſcripſit poeticè, aſpere, obſcurè, Cynicè: nihil edidit, niſi pauca Carmina ad ſcriptorem aliquem honorificandū: veluti dum voluit meos ſeptem Epitaphiorum Sermones hoc diſtico decorare.

Quòd viuis, Patriæ debes: victura quòd abs te Sit ſemper, debet ſed magis illa tibi.

Illo defuncto, ac ſi defuncta ſecum eius opera nunquā apparuerunt.

Georgius de Lazaris Frater Dominicanus, Theologus, & iamdudum Epiſcopus Minorenſis typis dedit, & decorauit Opus in Matthęi Euangelium Sanctiſs. Papæ Benedicti XI. Compatriotæ ſui, atq; Confratris.

Giones Menegoldus Nob. Tar. compilauit Librum Statutorum Communis Taruiſij, anno 1270. Onus Albertino eius Auctori ante quinquaginta annos iam demandatum.

Gradenicus Prendipartes Padua Iur: conſ. Aſſeſſor noſtro æuo grauiſs. obijt Brixię Proprætor 1594. Scripſit lepidè: ſed quędam duntaxat Italicè, poe-

poetica viſuntur, & Epiſtolæ aliquot in quarto collectionũ 1582. per Bernardinum Pinũ, materna lingua.

Guidus Caſonius legum Doctor, Declamator acerrimus: qui tametſi Serraualli Taruiſanæ noſtræ ſit oriundus, vbi Canacis Feudo in Cenetę Comitatu potitur, cum Tar. vitam agat, & cauſas tueatur maiores, ac grauiores: cumq; in eius Apologiæ libro pro illuſtris Academię Perſeuerantium Taru. Inſigne expoſito ſe Taruiſinũ profiteatur hiſce et verbis. Se à me foſſe dimandato, s'io nato ſono in Treuigi, ò in Serraualle, riſponderei, che molti ſecoli ſono, che gli antenati miei, & io Triuigiani ſiamo: à me hoc loci veniet iuremeritò referendus.

Scribit hic, præter legalia, proſaicè, & poeticè graui ſtylo, eoq; ſubtili admodum, ac ingenioſo. proſtat eius liber typis iãdudum excuſus hoc titulo,

La Magia d'Amore, &c. 1592.

Recuditur, & ſæpius alter, cui titulus.

Ode dell'Illuſt. & Eccell. Signor Guido Caſoni &c.

Et vel hoc anno 1615. Tar. Titulo hoc breuiori.

Ode del S. Guido Caſoni. Accreſciute, & diſtinte in tre parti. 8. Editione.

Proſtant quinetiam octauæ illæ pro argumentis librorum Goffredi Torquati Taſſi.

Et in grauiorum amicorum gratiam non pauca paſſim. demũ expoſuit, quam diximus, Apologiam hoc titulo.

Apologia di Guido Caſoni per l'impreſa de' S S. Perſeueranti Academici di Treuigi.

Notata da perſona ſconoſciuta ſotto ſembianza di vn tale Aleardi. Treu. 1610.

Vidi in eius ſcriptis Tractatum iuris, cui titulus, De priuilegijs ignorantiæ.

Vidi pariter occæptũ opus, cui titulus, Vite de gli huomini illuſtri per lettere, & per armi dal principio del mondo all'età noſtra.

Quinetiam. Molti poemetti di graue ſtilo: li quali toſto ſaranno letti dal mondo.

## H

Heliſeus Caſtellanius frater Seruita noſter iunior viuẽs, anno 1607. Romæ poſt Theoremata ſubtiliter poſita, & acriter ſubſtentata Doctor Theologus, ac Magiſter effectus, ſtatim Regens ſtudij Peruſiæ fuit conſtitutus &c.

Hic ſcribit Carmina, hetruſca quidem, ſed latina, præſertim heroica, admodum ſpectanda.

Specimẽ eius operum poet. habere cupiens legat Heroicum



Digitized by Google

illud, quingentis, circiter, hexametris conflatum in Templo illo admirabili pro Illuſtr. Cardinali Cynthio Aldobrandino magnificando Bononiæ impreſſo MDC. in Recollectis præterea pluribus paſsi, & vel, in noſtra populo.

Illum audiuimus diſputantem, Orantem, Concionantem; ab illo, ciues mei, & libros, & opera, poetica non minus, ac Theologica: &, quid non arduum? expectate.

Hoc anno 1615. euaſit Regens Studij Patauini; vbi vt audio, emittet opus Theologicũ admodum inſigne.

Hieronimus Berlodius D. Martini Parocus præter alia breuiora, edidit verſu Italo Epithalamium Lauræ Vrſinæ Illuſtriſſimi D. Ioannis Leoni Patritij Ven. Neptis Vnicæ, & Martini Oliuij C. Tar. qui infra currentes ad brauiũ Equites fuit tunc Victor ſtrenuus Serto nobili coronatus MDCXI. Quod nos etiam auximus noſtro Carmine. obijt anno 1613.

Hieronimus Bononius C. Tar. Forenſis homo, Poeta primi nominis latina lingua, & ſcriptor operum indefeſſus, ac defæcatus. moritur ante annum ſalutis 1520.

Compoſuit Plurima, hæc, quæ ſcimus, præcipuè.

In Hyſtoriam Naturalem Plinij impreſſam Tar. 1479. Oratio proſa, & carmina.

Ortographia, & de Metricæ neceſſitatis adiumento, Obſeruationum liber vnus.

Pagi ſui Neruiſiani laudes. carmen. in Euſebij Cæſarieñſis de præpar. Euangelica libri editione Tar. Carmen Endecaſs. & index opp.

Venus. Carmen varium,

Scander. Heroicum carmẽ

Anthenor. Heroicum ſimiliter car.

Candidarum. Amorum nempe libri quatuor.

Antiquarij Taruiſani libri duo.

Quòd Tragœdiarum, cæterarũq; moralis, ac naturalis philoſof. & rhetoricæ opera ſint vniuſmet Annæi Senecæ Sympoſiacus ſermo.

Vita Diui Hieronymi, cui titulus STRIDONIS. ſoluta latina Oratione: tum Carminibus hexametris circiter 400. tum verſu Elego. Ad hæc

Promiſcuorũ poeticorum libri XXII. grande quippe opus, mancum tamen non parum, ſitus, ac murium culpa: ne dicam potiùs filiorum adeo, vt vix auſim, dum vacet, illud quoquo modo compaginare.

Non detrectabo hic ponere Carmen XI. 2. libri Iamb. Aur. Augurelli; quò, quanti fecerit, & quidem plurimi, Hieronimũ Bononium dignoſcatur. cui ſanè pluries in eo carminũ

libro

Digitized by Google

libro Epigramata deſtinauit.

Vitæ priori redditus,
Qua grata mi ſunt omnia.
Itemq; cuncta libera,
Curis ſolutus omnibus,
Hoc, quicquid eſt, primum tibi
Ferro, Bononi, muneris,
Amice candidiſſime,
Muſarum Alumne maxime;
Libellus eſt Phœbi choro,
Tibiq; amico, conditus.
Amicus vt leges libens,
Polibis, vt doctiſſimus.

Hieronymus Reiectinus Epiſcopus Caprulenſis, Cuius frater Aurelius eſt Sororius meus, valuit hic admodum in deſignando, & quod mirandum magis, ſiniſtra manu, Inſula Tremitana Canonicorum ſuorum Regularium D. Auguſtini Vrbs Geneua, Gineura vulgò. Roma deniq; vniuerſa, qz Sixto V. Sũmo Pontifici obtulit, illum admirabilem præmonſtrarunt: vnde & Epiſcopatum recæpit; parerga autem Romæ huius atq; ingenioſa ornamenta ad nutum Pontificis explicata illum & ſcriptorem, & Doctorem percelebrem declararunt. quæ vidimus, teſtàmur. obijt Venetijs anno 1598.

Hyeronimus Scala obijt circa ãnum 1570. hic de pluribus ſoluta non minus, ac vincta Oratione, latina præſertim, tum & greca, à ſe compoſitis nihil in publicum dedit præter Endecaſyllabum in calce operis Iulij Gratiani de laudibus B. Virginis. Habeo Ego illius latinorum Carminum bonam partem.

Hieronymus Vonica Phyſicus noſtro æuo clariſs. obijt quippe anno 1581. Compoſuit Promptuarium ampliſſimũ in omnes Galeni libros. nec dum exponitur.

Conſultationum medicarum preterea librum integrum.

Hortenſius Niger ludimagiſter ad carmen pronus, præſertim Italum. impreſſit liberculum, cui titulus. Rime Spirituali di Hortenſio Negri,

Stampò anche l'innamoramento, & le nozze paſtorali di Mopſo, & Fillide.

Ha tradotto Saluſtio, cioè la cõgiura di Catilina, & la guerra di Giugurta. moritur circa annum 1604.

## I

Iacobus Antonius Benalius medicus claruit circa ãnũ 1540. Reliquit legenda Capitula quædam Itala, illa præſertim, quæ in lachrimis Auguſtini Beatiani pro Cardinali Petro Bembo cernũtur impreſſa: & quæ regiſtrauit Io annes Turrius

legum

Digitized by Google

legum Doct. in publicato Haſtiludio anni 1597. amborum Ternarium duntaxat ponam, præſerti in Silis noſtri memoriam. prioris inquam.

MESTO ne la ſua Caſa Corua humile,
Co'l Pianto accreſce l'acque del ſuo Corno.
Il noſtro antico è venerando Sile.

poſterioris verò, & longioris initium, quod tale eſt.

Scopri del bel Chriſtal l'humida teſta
Almo Padre, beato, e ſacro Sile:
Et à la voce mia ti moui, e deſta.

Iacobus Caſtellanus Clericus ſacræ Theol. Doctor Vonici plebanus. Obijt circa annũ 1595. Emiſit compendium Conſtitututionum ſummorum Pontificum, quæ extant, à Gregorio 7. vſq; ad Clementem 8. adhuc ſecundò impreſſum.

Compoſuerat Dialogum, cui titulus,

Il Mondo alla Riuerſa, in quo & me induxerat colloquentẽ; qui ſecum decidit.

Iacobus Neruiſia bonarum litterarum profeſſor ad ãnũ 1550. an panxerit, ignoro.

Iacobus Vonica phyſicus floruit circa annum 1530. hic liquit carmina latina, quemadmodum cernimus, non ſpernẽda.

Ioannes Bombenius obijt anno 1594. Prognoſtica, & digreſſiones Aſtronomicas edidit anno 1586. quæ Ser. Carolo Emanueli Philiberto Sabaudiæ Duci, &c. patrono ſuo, apud quem annos vixerat, nuncupauit. Vir in Genethliaca plus quam peritus.

Ioannes Bonifacius legum Doctor, Aſſeſſor verſatiſſimus, ſcriptor vbiq; Terrarum cognitus: qui licet non Taruiſio, ſed Rhodigio, ſit oriundus, Taruiſij tamen longiorem vitæ partem traduxit, ita, vt & vxorem traduxerit ex Stirpe nobili Martignaca, & grandia bona fuerit propterea conſecutus. quod ad rem attinet, iſtic ſtudia perfecit, laboreſq; ſuſtinuit adeò, vt ibi emiſerit librum grandem, cui titulus,

Hiſtoria Triuigiana di Giouanni Bonifaccio D. Diuiſa in XII. libri. Tar. MDXCI.

Emiſit deinde librum de Furtis. Opus legale.

Emiſit poſtremò 1609. Orationem ad Rhodiginum Præſulẽ materna lingua conſcriptum pro Sancti Bellini corpore cũ Arca ſua de pago quodam Rhodigium transferendo. vnde controuerſiæ ortæ ſunt cũ Equite Baptiſta Guarino viciſſim aſperrimæ, & non ferendæ: leguntur tamen impreſſæ omnes,

Digitized by Google

oſa. Et quod Bonifacij attinet opera, reliqua, præcipuè il Facōdo Silentio, ouer l'Arte de i cenni: pariter, Lo Aſſeſſore, & quædā alia expectantur, ideòq; expetuntur. Atat, ecce liber impreſſus Vincētiæ hoc anno 1616. cui titulus, l'Arte de' cēni, cō q̄l che ſegue.

Ioānes Bononius floruit circa annū 1500. pepigit carmina, præſertim elega, vt legimus, admodū elegantia: ſed illud ſpectatur Heroicū, Vita nempe Beati Hērici noſtri, ad Federicū III. Romanū Imperatorē.

Ioānes de Quero Nob. Tar. qui ante mediū vitæ curſū obijt. 1589. Emiſit Orationē, quam recitauit Orator publicus Sereniſſimo Paſcali Ciconea, à quo factus eſt Eques; cuius & genitor Franciſcus Iur. conſ. qui obijt circa annum 1575. emiſerat ſuā, quā expoſuerat anno 1569. Orator pro Ciuitate noſtra Sereniſſimo Principi Petro Lauredano in eius Ducis creatione gratulabūd⁹.

Ioānes Frāciſcus Anquatus Phyſicus iam decēnio Portui Naonis Prothomedicus lib. ū edidit, cui titulus. Medic⁹ Reformatus. In quo notat XX abuſus quorundā Medicorum in phlebothomia: in cuius fine in Epilogo promittit ſe alios quoſdā artis medicæ abuſus: nec non quædā de deſtilationis vſu emiſſurū Ven. 1608.

Io: Franciſcus Perāda Ciuis Tar. à ſecretis Card. aliorūq; Virorū Principū, ante paucos annos vita functus, emiſit Epiſtolarū librū amplū, cui titulus.

Lettere del Sig. Gio: Franceſco Peranda, Diuiſe in due parti. &c. Ven. 1601.

Io. Maria Vantus Sacerdos Bononia oriundus, trāſacto iam anno 14. Tar. Incola bonas litteras sēper ꝓfeſſus, videtur ſibi hāc patriā delegiſſe cū vniuerſa familia. ſcribit latina ꝓinde, atq; hetruſca carmina apprime expolita. publicat in Collectionibus quandoque.

Tragædias duas itala lingua cōpoſuit, alteri eſt titulus Clorinda, in qua Clorindæ interitus ex Torquato Taſſo. alteri Albericus, vbi Alberici de Romano, Vxoris eius, & filij rum ſtrages cernitur miſeranda.

Pangit Hæroicum, quod Silis dicitur. Taruiſinæ Vrbis primordia amplectens, & incrementa, in laudes Illuſtriſſimi Antiſtitis noſtri deriuans.

Hetruſcorū carminum lib. vnū.

Poſtremò traducit verſibus Italicis Lucanū de Bello Pharſal. per tot rithmicas octauas, veluti Io: Andræas Anguilara Ouidiū, & Hercules Vtineus Virgilium traduxerunt; quē poſtremū nos ēt tetraſtico, ꝓ vt cōſpicitur, cōmēdauimus.



Digitized by Google

Ioãnes Pinadellus Patricius Tar. philoſophus, iuriſq; Doctor, ac Eques viuens, emiſit Romę, Inuicti Quinarij numeri ſeries, ad Sixti V. Pontif. max. gloriam explicandam.

De Epiſcoporum dignitate ſcriptorum Veterum Auctoritates, &c. ad Clem. VIII. Pont. Max. cætera nonum premuntur in annum.

Hiç & Ioannes Spineta legum Doc. Oratores ad Sereniſsimũ Principem Leonardũ Donatum, in eius aſſumptione ſibi pro Tar. gratulantes, ab illo creati ſunt Equites, Secumq; Vincislaus, & Ioannes Brixij fratres, cuncti Nob. Tar. die quinta Maij Anni 1606.

Ioannes Serrauallius Nob. Tar. Scripſit lingua Itala, prętera- lia, Il Palagio delle Gentildõne Triuigiane del ſuo tempo, in ottaua Rima. moritur trucid. in aqu. 1575.

Ioannes Spineta, qui ſupra. Orationem ſuam typis Ven. edidit 1606.

Ioannes Turrius à Templo legũ Doctor, vitam commutauit cũ morte anno Dom. 1600. Hęc typis publicauit, quę ſcio.

Poeſie volgari, & latine ſue molte, & d'altri, come & noſtre ancora, in honore dell'Illuſtriſs. Sig. Collateral General Collalto. MDXC.

Dialogo della gioſtra fatta in Treuigi l'ãno 1597. tolta occaſione dal mio Sõmario prima ſtãpato, cõ le impreſe intagliate de'Caualieri. libro bẽ curioſo.

La Barrieta fatta in S. Saluador di Collalto, l'anno 1599. &c.

Hic præter tot carmina in amicorum laudem, gratiamuè, opera imprimẽtium publicata: præter alia poetica, inter quas Epithalamiũ extat impreſsũ, plura tum proſa oratione, tũ carmine fuit exorditus: ſed morte præuentus ex rupta vena in pectore, quę eſſe poteſt Declamantiũ calamitas, filijs, parti publicãda, p. abſol. reliqt.

Fecit de Vſuris. Occaſione Vnciæ ſacri Montis, Tractatum, abſolutiſſimum.

Scripta reliquit Cõſilia Ciuilia, & Criminalia.

De ſacroſancti Sacramenti Euchariſtię miraculis Tractatus.

Libro di poeſie ſpirituali.

Dialogo di Simonia, & abuſi.

Dial. delle Doti delle Monache.

Molte Orationi volgari, & latine, in lode, & in morte di diuerſi Signori.

Compendiũ Hiſtorię Taruiſinę.

Ioannes Antonius Oliua Phyſicus obijt ad annum 1590. hic tantũmodo publicã fecit orationem latinam, quam recẽti Pretori, dum, vti Doctor, Prouiſorem ageret Ciuitatis, expoſuit: cum alioqui fuerit ſtudioſiſſimus, libris innumeris,

Digitized by Google

tis, quos omnes legerat locupletatus. liquit tamē librum, præter alios, manu ſcriptum, quem habeo, in quo XIII. Latinas Orationes à ſe compoſitas, ac recitatas, Taruiſij partim, partim Bononiæ, vbi Schol. Artiſtarū Rector, tū Doctor ac Prælector fuit, manu propria regiſtrauit.

Pretoribus, Epiſcopis, Archiepiſcopis, Cardinalibus pro ſtudij auſpicijs, & id genus.

Hæc omnia ſequitur eius latinarum epiſtolarum liber.

Io: Petrus Maphæus Chirurgus Doctor typis expoſuit Magni Fallopij Chirurgiā morborū particulariū latinè quidem: tum illa vertit cum vniuerſalibus lingua Itala, & denuo publicauit Venetijs 1602.

Eſt emiſſurus Concionum librū Sūmorum Capitum, quas ab ore hauſit, calamò & mēte celerrimus: tum & lectiones fortè, quadrageſimalia, & alia multa. de ſuo librum ſatis amplū lingua Itala exponere deſtinauit, & modò cum impreſſoribus tractat, neſcio an tempus ſuppeterit, quippe mox octogenarius. libri titulus.

Che deue eſſer Dottorato il Cirugico, c'ha a medicar nell'Hoſpital grande di Treuigi, &c.

Ioſeph Manzonius Philoſophiæ Doctor, ad preſens Archipreſbiter Coloniæ Venet.

Emiſit quaſdam pias precationes ad B. Virginem, eſt emiſſurus Sanctiſſimi Roſarij opus abſolutiſſimum nunc. ſ. 1613. emiſit liberculum, cui titulus.

Affettuoſe meditationi, & diſcorſi ſopra i miſterij di noſtro Signor: & ſopra li dolori della Regina ſua madre.

Ioſeph Policreti Frater Seruita Sacræ Theologiæ Magiſter, viuens, hactenus emiſit infraſcripta.

Morte precioſa. Diſcorſo in lode di quella.

Dialogo delle condition del Giudice.

Dial. della Nobiltà delle leggi.

Diſcorſo ſopra la lettera del Frāgipane, del modo del Dominare. Stampato inſieme co'l noſtro, & d'altri.

Canzone ſopra San Benedetto, & altre Rime.

Sette allegrezze del pio Chriſtiano in ottaua Rima.

Rime ſpirituali.

Rime in morte del Veſcouo Don Gabriel Fiamma.

Oratione al Rettor di Tre. 1581.

Orōe al Prencipe Cigogna 1586.

Diciſette Corone à Ferdinando de'Medici Gran Duca di Toſcana. in lode del Libranci General de'Serui.

Rime al Rettor Contarini.

Sonetti, Capitoli, & altro ſotto il nome del Pellegrino Academico Coſpirante: come vltima-



Digitized by Google

timamente il Breue Panegiri-
co in lode di Venetia, del Ser.
Prencipe, & della Rep. 1609.
vltimamente 1613. mandò fuori
vn libro, il cui titulo.

De'uiui interni affetti del Core,
Rime ſpirituali Del R. P. M.
Giuſeppe Policretti di Treui-
gi de' Serui. Opera non piu po
ſta in luce.

Altre operette aſſai, & in aſſaiſſime
Raccolte v'è del ſuo modo, che
ſi ſtampano le ſue lettioni gia
da me vdite nella ſua Chieſa à
Treuigi, ſopra li ſette Salmi
Penitentiali.

Iulianus Maroſtica Phyſicus obijt
circa annum 1560. v'è alla
ſtampa vna ſua lettera in 8. fo-
gli, in materia di medicar la
peſte, & le petecchie. & di pre-
ſeruar gli huomini dall'uno,
& l'altro male. 1556.

Iulius Gettus dat operam rei her
bariæ, & de illa ſcribit quan-
doq;: ruſticatur propterea, vt
plurimum Feleti iuxta Cone-
glanum. Elixir, lapis philoſo-
phorum, sũmæ ſunt illi curæ.
Imprimit quandoq; carmina, prę
ſertim Itala, nec ſpernenda.
Emiſit poſtremò ſcalas Iacob,
Nobilis inuentionis, pariter-
q; inciſurę: con tot miſterijs,
quot illis gradus .f. 32. Sancto-
rum Patrum auctoritatibus
hinc, inde, adiunctis, quas ad
modum Illuſtri Dom. Ioanni
Betignolæ Brixio nob. Tar.
Equiti dicauit. hoc diſtico ini
bi exciſo,

Quod tu Virtutum gradibus nũc
tollis ad aſtra Sculpta manu ex-
ponit miſtica ſcala tibi.

Iulius Gratianus Poeta, Pictorq;
non floccipendendus, obijt an
no 1594. hæc habet impreſſa.

La Vita della B. Vergine in otta-
ua Rima. 1547.

Orlando Santo in ottaua Rima.
in canti 8. 1597.

Cætera, & quidem multa, prout
vidi, defectu hæredis inſcij
penitus perierunt.

Iulius Rouerius Medicus obijt
1599. hæc eius ſunt opera.

Commentaria ſuper artem breuẽ
Raymundi Lulli, miſſa ad A-
loiſium Grimanum Patr. Ven.

De clauibus Iuriſ: ad Franciſcum
Marconinum.

Il Fraterno Amore. Trattato del
l'inueſtigation del ſecreto oc-
colto dell'arte traſmutatoria.

Iulius Solicus philoſ. & canoni-
cus Taruiſ. obijt circiter an-
nos 1590.

Scripſit lepidiſſimè odas, tum E-
legos verſus, & heroicos. nec
non hetruſcos.

Nelle Rime de'Sig. Academici
Affidati di Parma, ſtampate in
Parma l'anno 1565. in quarto
vi ſono compoſitioni di Giu-
lio ſolico, oue anche ne ſono di
Hieronimo Caſone da Oderzo
Poeta nobile.

Lauren-

Digitized by Google

## L

Laurentius Chriſaorius Venetijs oriundus, vitā degit Tar. vſq; ad vltimum ſenium, vbi & defunctus eſt circa annum 1586. quare ſub Taruiſinorum numero ipſum crediderim iurementò reponendum. Hic profeſſus latinas, græcaſq; litteras, Philoſophus ſpecie, habitu, moribus, & quadam domeſtica ſolitudine, ſemper docuit. vixit octuagenarius. ſcripſit multa, & ad diverſos odas, atq: Elegias dignas, quę bis, atq; tertiò relegantur; ſed quæ ad Nicolaum Maurum Leonardi Fil. eius Conſobrinum epico carmine deſtinauit ſunt omni quippe calculo commendanda. primum eſt pietas puerilis. ſecundum Ethica puerilis. tertium politica puerilis. quartum æconomia puerilis. quintum Diſciplina puerilis. & hæc ſexcentis exametris decantata. Quæ, miror, cur non edantur.

Leonardus Maurus obijt Quadragenarius anno 1549. hic bonarum litterarum profeſſor ſcripſit Epigrāmata latina non pauca nec inuita Mineruà. Præterea obſeruationes in Ciceronem, in Virgilium, in Horatium, in Terentium. adhęc Epiſtolarum familiariū librum integrum. Quæ omnia ſcripta ſeruantur, obſeruātur q: a Nicolao filio iur. conſ. de quo ſuo loco.

Lucilius à Tabulis Sacræ Theologiæ Doc. ſacerdos, nunc Loriæ ad Caſtrum Francum Plebanus, in poeſi verſatus valde: Antiquitatum verò ſtudioſus ſuperq; ſatis. Nil arduum adhuc publicauit; duntaxat in collectionibus Epigrammata, tum Epitaphia, atq; Elogia antiquo more, ne dixerim obſoleto, valde admiranda. porrò arduum hic agreſſus eſt opus, ac peregrinum, quod fortaſſe Antiquarum ſcriptionū obſeruationes, & themata, poſſet inſcribi: quodquidem poſt non multos annos, quis ſcit an annum? adeo feruet opus, poſſet proferre.

Ludouicus Ponticus poeta inſignis claruit circa annum 1500. Scripſit odas præcipuè, atq; Elegias. Legimus quædam illius in Trutina rerum cœleſtium, & terreſtrium Abioſi, Taruiſij impreſſa anni 1498.

## M

Marcellus Philoxenus Frater ſeruita, de quo ſuperiùs ad nomē Antonij.

Di poeſia volgari vn libro ītiero.

Marcus Antonius Curſius Theologus, & concionator, prælectorq;



Digitized by Google

ctorq; clariſs. obijt anno 1572.

Tenemus huius lectiones deſcriptas in 7 Pſalmos Pœnitẽtiales, quas è ſuggeſtu fecit in templo Cathedrali, opus aureum.

Cætera, illo mortuo, euanuerunt.

Marcus Antonius Gandinus obijt anno 1587. huius hæc leguntur expoſita.

Gli Stratagemi militari di Giulio Frontino, da lui tradotti; con vn'Aggiunta de'ſuoi.

Tutte le opere di Senofonte tradotte da lui dal greco nella lingua Italiana.

Similmente tutti gli opuſcoli di Plutarco, prima, & ſeconda parte.

Dopo la ſua morte n'è vſcita la Squara Zotta, libro di Geometria di ſua inuentione à tempi noſtri. ſtampato ſotto altrui nome: ma poi Conoſciuto da figliuoli, & fattoui porre il ſuo. vi ſono di lui altre opere di Mathematica non ſtampate, che forſe vn giorno Gio: Frãc. ſuo figliuolo Canonico, & Dottore di ciò non poco intendẽte, le porrà alla luce.

Marcus Olduinus physicus obijt circa annum 154 . Habemus præ manibus eius Tractatum ad Iulianum Maroſticãæq; medicum Tar.

An fructus febricitantibus ſint offerendi. ex Hippocratis, Galeni, & aliorum illuſtrium Medicorum Monimentis.

Matthæus Bethignolus Eques. ac legum Doc. Nob. Tar.

Matthæi viuentis auus. Emiſit cõſilia varia in iure. obijt circa annum. 1560.

N

Nicolaus Bellauſa Doctor viues Componimenti Giouanili, verſi varij. cioè,

Rime diuerſe

La Torriana. Fauola Paſtorale:

La Flauia. Comedia noua.

La Saltore del Mag. Sig. Franceſco Sugana.

Il Canto di Poliſemo à Galatea.

Præterea, Saltorium amitini Suganæ Viri Nob. nobilis Villæ deſcriptio accuratiſſima ad Illuſtriſs. Scipionem Collalto, eius, præ coniuge, conſobrinum. quod latinũ eſt, latinè refero.

Vna Oration da lui come Prouueditor Dottore, recitata nella partenza del Rettor noſtro 1592. dedicata al Veſcouo, & Conte di Ceneda; con vn breue compendio della paſſion di N. S. in ottaua rima.

Honor exulans Dial. tum Oratio funebris. 1613.

Queſte alla ſtampa: ma molt'altre in ſcritto.

Nicolaus Maurus legum Doc. obijt annorum 74. 1612. menſe maio. Typis hæc cõſignarat.

Vna

Vna Oration da lui recitata ſendo Proueditor nella partenza del Rettor Bembo. 1590.

La Vita di S. Liberal Protettor noſtro 1591.

La vita del Beato Henrico. 1600

Si aſpettaua da lui la Vita di Papa Benedetto XI. & inſieme due Orationi recitate all'entrata de' Veſcoui noſtri Cornaro, & Molino.

Hic præter Hyſtoricas obſeruationes, & familiarum hyſtoriam noſtratium Ciuiliu. fermè quarũcunq; ſcripſit Carmina Italica, & latina feliciter, quod etiam in multis Epigrãmatum collectionibus aſpectatur. ad hac in condendis Elogijs, atq; Epitaphijs, Vir erat emunctæ naris.

## O

Octauianus de Rido, vulgò dall'Oro. leg. doct. Obijt 1596. plùs minus, ad menſes.

Ha ſcritto Capitoli, & canzoni. v'è alla ſtampa quello del mal Franceſe, ch'ei fece ſtando nel le ſtudie di Padoua, è ſtato mordace, & pieno di artificio nelle Paſquinate, ſcriuendo in rima in lingua Triuigiana; & tutto che ſi publicaſſero Occol to ſin dopo alla ſua morte.

Octauianus Turrius à Templo raro ſcribit, ſed lepide, & graui ſtylo latino, quemadmodũ paſſim in aliquot collectionibus lectitamus, diximus de cantico eius tertiario ad nos demiſſo, vbi ſub noſtro nomine reſponſionem aduotauimus.

## P

Pãcratius Pyrrhuchinus iure cõſ. clariſs. vixit, & viguit circa annũm ſal. 1520.

Leguntur eius conſultationes, & ſcripta legalia, cum ſumma hominis admiratione.

de hoc Augurellus iamb. carm. 18. ad Hier. Bonon.

At parte currus altera Aduogarius,

Pancratiuſq; iuriſconſultiſſimi

Latus premebant inuicem.

Paulinus Epiſcopus Taruiſinus anni Dominici 350. recenſetur inter ſcriptores a b. Aloyſio Contar. Crucifero in eius Viridario.

Petrus Franchinus à Templo Fr. Dominicanus & Prouinciæ Generalis, obijt anno 1599.

Emiſit libellu, cui titulus. Quindeci meditationi ſopra i XV. miſterij del Santiſſimo Roſario, della Madonna. 1589. in Treuigi.

& nel 1599. queſto librerto di 4. fogli in quarto.

Lettera ſpirituale in verſo ſdrucc. del R. P. Fra Pietro Franchino Triuigiano dell'ordine de' Pre-

Digitized by Google

dicatori, ſcritta à gl' Illuſtri ſuoi Triuigiani diſcordi. eſſortandoli con molte ragioni, & eſſempi à farſi concordi, vnanimi, e pacifici, per amor di Gieſu Chriſto.

Poliphilus, tametſi credam effictum nomen .ſ. Poliç amans. audio fuiſſe hunc Seruitam monacum ingenioſiſſimũ. anno 1469. Taruiſinis typis emiſit librũ grandem, cui titulus HIPNEROTOMACHIA. nempe Amoris bellum in ſomnis, liber ſanè omni eruditione, tum artificio: ad hęc architecturę pręceptis, ac inſtitutis, typisq; eius refertus. Plurimis autem ad Vrbem Taruiſinam ſpectantibus, eiuſq; fluuios: tum ad tumulorum inſcriptiones, Priſcorum more, pluſquam eruditus. lingua autem affectata vulgari pedagogica, non ſine arte exquiſita.

Habeo recuſum librum Aldinis typis, figuris auctum ãno 1501.

Ponticus. ſeu Franciſcus Ponticus Virunius Philoſophus, orator, poetaq; percelebris, ac hyſtoricus. obijt Bononiæ anno 1520. & ibi quieſcit.

Scripſit Hyſtoriam inſularum, atq; inſulanorum Maris Oceani libris ſex.

Luciani Dialogos aliquot fuit interpretatus.

Reliqua eius opera recenſentur à Fratre Leandro de Albertis in eius Italia: magis autem in ſuplemento chronicorum.

Extat liber, cui titulus, Pontici Virunij declarationes quædã in Erotemata Guarini tumultuariæ, &c. per multa quinetiam perierunt: prætertim Epiſtolæ, in vna quarum recenſet Lucianum Atheiſtam, illum ſamoſatenſem Sancti Ioannis Apoſtoli Euangelium inſectatum fuiſſe. referẽte interprete Philopatris illius Dialogi.

## S

Symon Locarellus iur. conſ. obiit anno 1556. ſcripſit doctè perinde, atq; eleganter plurima. nihil prompſit. credo equidẽ qm. Taruiſij ſuo æuo non aderat ars impreſſoria. In filiorũ ſcrinio eius opera conquieſcunt, ſicuti mihi aliquando hæc perſpicere.

Nazareis, nẽpe, Vita Chriſti Domini, opus Heroicum inſtar Vidæ Chriſtiadis, ſatis ampliꝰ

Elegiarum libri quatuor.

Lyricorum liber abſq; ordine.

Empidomachia .ſ. bellum culicũ verſu epico.

De origine Vrbis Taruiſanę Dialogus, quem habuit cum Iulio Aduogario nob. Tar. & Leonardo Fulco bonarum litterarum Tar. profeſſore, ſumma eruditione latina lingua græca non ſemel reſperſum.

vtinam

vtinam illi impoſuiſſet extremam manum,

Compilauit porrò librum Conſiliorum, quem mirabilem admirantur iuriſconſulti.

Euexerat hic priorem filium ſuũ Io. Antonium ſcriptorem latinorum Carminum, vt nouimus, quam facillimum. illum autem ſurripuit mors; matura.

Syluester Carrari Presbiter, Curatus mox Campicrucis, nepharié, tum inhumaniter a ſuis ruſticis trucidatus anno Domini 1592. foris habet.

Il Trionfo di Roma in ottaua Rima. Opera che contiene le grãdezze del Sommo Pontefice Clemente Ottauo, & di tutti li Cardinali all'hor viuenti. ſtãpata l'anno 1591.

Fece anco le bellezze di Treuigi, pur in ottaua rima, & le ſtampaua: ma la ſcelerata morte troncò queſto, & altri ſuoi diſegni maggiori.

## T

Theodorus Angelutius medicus Phyſicus, & maſculæ virtutis homo, obijt Montanianæ Prothomedicus anno 1597. & Tar. reuectus ad D. Franciſci fanum inter affines quieſcit. hæc commiſit calcographiæ.

Quòd metaphyſica eadem ſint, quæ & phyſica.

Exercitationum, nempe mordacium, liber primus.

Ars medica ex Hippocratis, & Galeni Theſauris, quem librũ Patauij per triduũ publicè ſuſtinuit, ac tutatus fuit.

De natura, & curatione febris malignæ, libri quatuor.

Bactriorum libri contra Medicũ,

Quæda præterea poetica in vtraq; lingua in gratiam amicorum.

Atq; opere in medio defixa reliquit aratra.

Thomas de Prato coætaneus Ludouici Pontici, ad quem poetica ſcripſit non ſemel, floruit circa annum ſalutis. 1520.

Hic compegit lepidè carmina, præſertim Eglogas, ſcripſit & elegias, qualis videtur in fronte Operis Donati Horioli, cui titulus. La Magna.

Traianus Calcia Ludimagiſter ſapidus circiter annum 1550. quidnã ſcripſerit memoria dignum neſcio.

## V

Valerius Bongiocus obijt circiter annum 1580. hic poeta noſtri temporis, ſenior tamen, plurima Epigrammata hetruſca lingua conſcripſit, & calamo propalauit. quæ ſi fuiſſent collecta codicem quidem amplum compleſſent. &c.

Capitoli, Sonetti, Canzoni, Madrigali, ottaue, ſeſtine, ballate, Satire, Centoni, & ſe v'è altro, & al-

Digitized by Google

& alcuni quaternarij in forma di Epitafij nobili, & leali per morte: altri proprij, & mordaci fra viui: maſſimamente il ſuo ch'e horrendo. & è vna ſtanza intiera.

Venantius Honorius Fortunatus Epiſcopus Pictauienſis floruit circa annum Domini. 570. ſcripſit carminum variȩ lectionis libros octo: prȩſertim in his Epitaphia: vbi hymni multi, quos accæptauit Eccleſia, veluti illud.

Vexilla Regis prodeunt. & illud, Pange lingua glorioſi Prȩlium certaminis, &c.

Tum de vita S. Martini lib. quatuor. hæc viſuntur impreſſa. cætera à Trithemio relata forſitan perierunt.

Vincentius Maroſtica ſcriptor, poetaq; extra Communem hominum ſortem. vixit peragrãs. vbi gentium, aut quando mortuus ignoratur. Virum nouimus nobis anno XX. maiorẽ. hæc imprȩſſa poetica viſũtur.

Vaticinio d'Apollo. &c.

Venetia Triõfante. & ſi quæ alia.

Vicentius Venica vixit circa annum 1520. ſcripſit carmina latina omnis generis.

Vincentius Vonica phyſicus, qui nondum attigit ætatis annũ XXXIII. Vir acuti ingenij, ſcribit quandoq; carmina, vt in aliquot collectionibus ſit conſpicuum. erat prælector publ. Tar. logicæ præcipuè, & philoſophiæ, cum anno 1610. conductus fuit Med. Terrȩ Fluminis in Illyrio. Cætrum anno 1611. aſcendit Medicus Sereniſs. Principis Caroli Archiducis Auſtriæ, &c. cuius quidẽ Patroni, anno 1613. factus eſt etiam Conſiliarius.

Vitalis de Vitalibus Legũ Doc. obijt anno 1588. Reformauit Statuta Taruiſina, atq; edidit anno Dom. 1555.

Scripſit Repetitiones, tum conſultationes, atq; alia quædam ad iura, & leges ſpectantia. ad hæc panxit Italicè ſeuerius, & graui, veluti obſcuro, ſtylo.

Fortaſſis & alij fuerunt ab his Auctores: & alia quinetiam grauiora opera Compilarunt Scriptores hi Taruiſini; quorum ego inſcius (neq; n. omnia ſciet vnus) eos, eaq; minime regiſtraui. Nec imaginetur quiſpiã me propterea cunctos Taruiſinos, qui ſcripſerint, retuliſse: ſed eos duntaxat, qui cum huiuſmodi Monumentis Symbolũ tenent. Scio etenim me & Danielem Chynacium hiſtoriographum, de quo non ſemel Sabellicus; & Morganeſiũ de Morgano legum latorem Clariſſimum: & Bernardum Zenalem pictorem, ſcriptorẽ q; præceptorum picturȩ apprimè excellentem, quemadmodum Io: Paulus Lomatius Mediolan.

diolan. Pictor, picturæq; Theoricæ non minus, ac practicæ Scriptor nobilis, atteſtatur: Et Petrũ Portam ludimagiſtrũ percelebrẽ ante 40. circiter ãnos defunctũ: a cuius gymnaſio receſſi ego, dum in Patauinam Academiã me conuerterem. Et Io: Baptiſtam Citium iure conſ. qui ſcribit Elogia, & carmina varij generis: & impreſſit non ſemel. Et Gaudentium Taruiſinum, qui fecit de Iudicijs venturorum in hominibus quorumcunque per numeros libellũ. Et Dionyſium Petreium, qui anno 1608. edidit Librũ Hyſtoricũ Sereniſs. Gonzagæ Familiæ. & Ioannẽ Zappaſurgum muſices, neapolitanarumq; Cantionum promulgatorem amicum noſtrum, qui obijt anno 1597. cui meritò adiungatur Liberalis Zanchius, qui apud Sereniſſimos Auſtriacos phonaſcum agens, voce, organo præcipuè, & calamo, pluribus madrigalium libris editis, ibi deniq; ante ãnos paucos fama moritur immortali. Et Bartholomęum de Horiolo Poetam Italicum: & alios harum Claſſium multos debuiſſem referre. & Ioannem franciſcum Marconum Iur. Conſ. poetam lyricum, qui, præter alia, ſeptem pſalmos pœnitentiales fecit hendecaſyllabos, illoſq; Angelo Gabrielli Patr. Ven. nuncupauit. Et Petrum Paganum græcæ perinde, ac latinę linguæ profeſſorem Erudituſſimum, Academiæ noſtrę, prioris ætatis, ſplendorem ſummum. qui Obijt in cænobio D. Nicolai ante XXX. circiter annos. & multos, quinetiam plurimos, ætatis noſtræ præſentis viuentes, aut recèns mortuos, ſed alij viderint: ſiquidem mea non eſt mens propoſitos mihi terminos tranſilire: ne cadens in obſcurum diminutus, aut inofficioſus aliquibus tandem euaderm, aut viderer, Hæc igitur propterea ſatis ſunto.

Sed ſimplicem illorum nominum duntaxat Catalogum ſubnectamus.

| | | |
|---|---|---|
| Albrigetus Rainaldus | Angelus Caſilinus Ep. | Auguſtinus Beatianus |
| Albrigetus Rainldus | Antonius de Fantis | Auguſtinus Muſæus |
| Aloyſius Federicius | Antonius Filoxenus | Auguſtus Auogarius |
| Aloyſius Rouerius | Antonius Paſius | Aurelius a caſellis |
| Ambroſius Spiera | Antonius Spineta | Aurelius Augurellus |
| Andręas de Quero | Antonius Vonica | Aurelius Palatiolus |

H 1 Aure-

Aurelius Solicus.
Bartholomęꝰ Agolãt'
Bartholomæus Bur-chelatus.
Barholomęus Zuccatꝰ
Benedictus Boccaſſinus Pont.
Benedictus Zinus
Bernardin' Bononius
Bernardus de Albertis
Camillus à Cornu
Carolꝰ Coquinatꝰ Fag.
Ciprianus Iambelli
Claudius Adelmarius
Conſtantinus Leonida
Daniel Contrarius.
Daniel Prendipartes.
Donatus ab Horiolo.
Emilius Vulpatus.
Fabricia Carrari
Florenus Vonicus.
Franciſcus Fuſcus,
Franciſcus Noualēſis
Franciſcus de Quero
Franciſcus Rolandellꝰ
Franciſcus Turcius.
Franciſcus Varagus.
Fulgentius Pattari
Gaſpar Ancaranus.
Gaſpar Curtius Naſc.
Georgiꝰ de Lazaris Ep.
Gionus Menegaldus
Gradenicꝰ prēdipartes
Guidus Caſonius
Heliſeus Caſtellanius
Hieronymus Berlodiꝰ
Hieronymus Bononiꝰ
Hieronymus Reiecti-nus Ep.
Hieronymus Vonica
Hortenſius Niger
Iacobus Ant. Benaſius
Iacobus Caſtellanius
Iacobus Neruiſia
Iacobus Vonica
Innocentia Carrari
Ioannes Bombenius.
Ioannes Bonifacius.
Ioannes Bononius.
Ioannes Pinadellus.
Ioannes de Quero
Ioannes Serrauallius.
Ioannes Spineta.
Ioannes Turrius.
Io: Antonius Oliua
Io: Franciſcus Arquatꝰ
Io: Franciſcus Perāda
Io: Maria Vantus.
Io: Petrus Maphæus.
Ioſeph Manzonius.
Ioſeph Policreti
Iulianus Maroſtica.
Iulius Gettus
Iulius Gratianus.
Iulius Rouerius
Iulius Solicus
Laurentius Criſaorius.
Leonardus Maurus
Lodouicus Ponticus.
Lucilius à Tabulis.
Marcellus Philoxenus.
Marcus Ant. Curſius.
Marcus Ant. Gandinus.
Marcus Oldouinus.
Nicolaus Bellauſa
Nicolaus Maurus
Octauianus de Rido
Octauianus Turrius
Pancratiꝰ pyrrhuchin.
Paulinus Epiſcop. Tar.
Petrus Franchinus.
Polifilus.
Ponticus Virunius
Simon Locatellus.
Sylueſter Carrari
Theodorus Angeluci.
Thomas de Prato
Valerius Bongiocus.
Vincentius Maroſtica.
Vincentiꝰ Vonica ſen.
Vincētius Vonica iun.
Vitalis de Vitalibus.

## Tum qui in fine obiter.

Bartholomęus de Ho-riolo.
Bernardus Zenales.
Daniel Chynatius
Dionyſius Petreius.
Gaudentius Taruiſinꝰ
Ioannes Zappaſurgus.
Io: Baptiſta Citius.
Io: Frāciſcus Marconꝰ
Liberalis Zanchius.
Morganeſius de Morgano
Petrus Paganus
Petrus Porta.

Aucto-

Digitized by Google

Auctores exteri, quorum teſtimonijs, atq; auctoritatibus in his noſtris ſolutis Orationibus vſi ſumus.

Achilles Bocchius
Actius Syncerus Sannazarius
AElius Lampridius
Aimoinus
Albericus Longus
Alcidamus Rhet.
Aldus Manutius
Alexāder ab Alexādro
Alexāder de Villa Dei
Alexander Maſſaria
Alphonſus de Villegas
Amborſius Calepinus
Ammianus Marcelin'
Anaxagoras
Andręas Alciatus
Andręas Cæſalpinus
Andręas Mocenicus P.V.
Andręas Stella Som.
Angelus Grillus
Angelus Politianus
Antoni' Fanēſis cōm.
Antonius Poſſeuinus, Ieſ.
Antonius Torquemada, hyſp.
Apollodorus phil.
Apuleius
Ariſtophanes
Ariſtoteles
Ariſtoxenus
Arnaldus devillanoua
Athenæus
Aulus Gellius
Auſonius Gallus.

Balaam Propheta
Balthaſſar Caſtilione'
Bartholomæus Amantius.
Bartholomęus Anulus
Bartholomęus Caſſaneus.
Bartholom. Meduna
Bartholomæus Peregrinus Berg.
Bartholomęus Sybilla
Bernardinus Guidonius
Bernardinus Scardeonius
Bonauentura, Moron'
Caius Iuriſconſ.
Sanctus Carolus Borrhomęus.
Catullus
Chriſtophorus Finot'
Cnoglerus Quirinus Teut.
Coelius Malaſpina
Coelius Rhodiginus
Columella
Conradus Peuntiger'
Cornelius Muſſus Ep.
Cornelius Tacitus
Dauid Propheta
Didacus Couaruuias.
Diodorus Siculus
Dionisius Areop.
Dionisius Halicarnaſſeus
Diuus Ambroſius

Diuus Auguſtinus
Diuus Baſilius
Diuus Gregorius pōt.
Diuus Gregorius Niſſ. Epiſc.
Diuus Hieronymus
Diuus Io: Euangeliſta
Diuus Iſidorus
Diuus Mathæus Eu.
Diuus Paulus Apoſtolus
Diuus Petrus Apoſtolus
Eccleſiaſticus liber
Ennius
Eraſti liber vulg.
Erycius Puteanus
Eſter lib.
Eucherius
Euripides
Euſebius Cæſarienſis
Euſtathius
Eutropius
Ezechiel Propheta.
Fabius Gliſſentius
Fabius Pictor
P. Feſtus
Flaminius Nobilius
Flos Sanctorum
Franciſcus Maurus hyſpell.
Franciſcus Petrarcha
Franciſcus Pola
Franciſcus Sanſouinus
Franciſcus Scotus
Fulgentius.



Digitized by Google

abriel Flamma
Georgius Pilumnus
Georgius Vaſari
Gregorius Giraldus
Gregorius Oldouinus
Guirandus Aloſ.
Hercules Vtineus
Herodianus
Herodotus
Hieremias Propheta
Hieronymus Capugnanus
Hieronymus Mercurialis
Hipponax
Horatius Flaccus.
Iacobus de Voragine
Ianus Douſa
Ianus Gruterus
Ianus Vitalis
Ioannes And. Anguillata
Ioannes Azorius
Io: Baptiſta Egnatius
Io: Baptiſta Fonteius
Io: Baptiſta Marinius
Io: Baptiſta Raſarius
Ioannes Bonifacius
Ioannes Britanicus
Ioannes Cholerus
Ioannes Cotta
Ioannes Marias Mattius
Io Paulus Lomati' Pict.
Ioannes Stobæus
Ioannes Stringia
Ioſeph hebræus
Ioſeph Scaliger
Iouius Ep.

Iudocus clichtoueus.
Iulius cæſar Imper.
Iulius Cęſar Scaliger
Iulius cæſar Valentinus
Iulius Camillus Delm.
Iulius Capitolinus
Iulius Iacobonius
Iuſtus Lipſius
Iuuenalis.
Lactantius Firmianus
Laurẽtius Schrad.
Laurentius Surius
Lazarus Bonamicus
Leo hebræus
Leonardus Craſſus ver.
Leonellus Fauentinus med.
Linus
T. Liuius
Liuius Andronicus.
Lucanus
Lucianus Samoſat.
Lucilius
Lucretius
Ludolphus de Saxonia
Ludouicus maioranus
Ludouicus Rota B.
Ludouicus Viues.
Machabeorum liber
Macrobius
Mancinellus
Manilius
Maphæus Vegius
Marcus Ant. Nata
Marcus Fundanus
Marcus Marulus
Marcus Velſerus
Marius Equicola

Marius Nizolius
Marſilius Ficinus
Martialis
Melinus
Matthæus Villani
Mutius iuſtinopolit.
Mutius Panſa.
Nicolaus Erithræus
Nonius
Oroſius
Ouidius
Patritius ſenẽſis Ep.
Paulus Diaconus
Paulus iuriſc.
Pauſanias
Perſius.
Petrus Bembus
Petrus Crinitus
Petrus de Stephano
Petrus Natalis
Philoſtratus.
Pierius Valerianus
Platina.
Plato.
Plautus
Plinius Cæcilius.
Plinius ſecundus.
Plutarcus
Pogius Florent.
Polyanthæa
Pomponius lætus
Pontanus Iel. Iacob'. f.
Pontanus Iouian Neapol.
Porphyrion cõm.
Priſcianus
Procopius
Propertius
Quinctilianus
Q. Curtius

| | | |
|---|---|---|
| Raphael Volaterran' | Vital.Card. | Thucidides |
| Rauiſius Textor | Spero Speronius | Tibullus |
| Romulus Amaſæus | Statius. | Torellus Sarayna |
| Rutilius Geminius | Statuta Taruiſina | Tripho |
| Salomō Rex & proph. | Steſycorus | Tritemius |
| Saluſtius. | Suetonius Tranquillus | Valerius Maximus |
| Seruius grāmat. | Suidas. | Valerius Polidorus |
| Seruius Sulpitius | Syllius Italicus | Varro |
| Sextus Aurel. Victor | Sylueſter Prierias | Virgilius |
| Sidonius | Terentius Aphr. com. | Vlpianus. |
| Solinus. | Theatrū vitæ humanę | Zacharias Lippelous. |
| Speculum morale Io: | Theophraſtus Paracel. | Z. V. |




ELO:

# ELOGIA

## Quædam poetica in Auctoris, atq; operis laudem.

*Bernardi de Albertis Iur. Conſ. Taruiſini in Bartholomæi Burchelati Phiſ. inſignia Epinicium.*

VNDE Etymon ſibi Burchelata Familia, dudum
Quæ Taurianis floret feliciter aruis,
Duxerit, hīc noſces; ſi pauca hęc carmina, lector,
Percurres, patulæ conſcripta in cortice Lauri,
Quæ ſecus Aonium preſcribit fulmina montẽ:
Nec timet hybernas glacies, gelidaſq; pruinas:
Sed gratam præbet ſemper reſidentibus vmbram.
Huc Muſæ, huc Charites, ſpreto huc Helicone Napææ
Conueniunt ſæpe, & tardas ſermonibus horas
Carminibuſq; trahunt: fidibus nec gloria parua eſt.
Abſit ludibrio vt vertatur ſacra vetuſtas:
Cui Muſis Carus facilem imò accommodat aurem:
Sæuæ vbi diſcerptum liquerunt Menades Orpheum
(Hem pietas, tantæ ne animis muliebribus iræ?)
Fleuerunt Syluæ: fleuerunt flumina circum:
Delituitq; diu poſt turgida nubila Phæbus;
Quæ, ipſa quoq; in fletum reſoluta, dolentibus amplam
Materiam luctus, longiq; auxère doloris:
Nec lachrymas idem, & queſtus tenuiſſet Apollo,
Numina ſi humanus cæleſtia tangeret angor.
Fælix, qui limbum, aut poterat lacera inde referre
Membra domum: ligulas adamanti æquabat, & auro,
Ceu Spolia æternùm ſæclis rediuiua futuris.
Solemur: Virtus etiam poſt funera viuit.
Tuq; Lyram ſtudio partam, & caput, Hebre, potiris

Dum

Dum nimio ripas fletu præterfluis ambas:
Illa ſecus flumen ſpirantibus excita nimbis,
Ceu minurizans inter philomela cupreſſus,
Neſcio quid reſonans inconſolabile murmur
Infidum genus, & muliebres increpat iras.
Nil vnq̃ tulit interitu crudelius Orphei
Thracia, quam meritò hinc cæli inclementia plectit.
Huc erat omnis vis, huc effundenda pharetra,
Phæbe: nec vt crimen tantum tranſiret inultum,
Debuit Endimion ſuſpendere tela ſorori.
Experta eſt Niobe leuiori (parcite) noxa.
Veſtra quid ira, & honor, quid vindex dextera poſſit:
Num patri externa eſt illata iniuria Nato?
Quam tibi non æquem Terrarum? Hyrcinia quamuis
Sæuitiam ſpiret; mortemq; Numidia iactet?
Infælix tellus, totidem quæ monſtra tuliſti?
Quot fert illa feras? & quot ſcatet anguibus iſta?
Quæ tantum es perpeſſa nefas? procul ite ſerena
Sydera, tuq; orbis decus, vnàque altor, Apollo
Treicijs virtus ſecedat finibus alma:
Humanoſq; procul Gens pellat barbara mores:
Quin neq; vitales ſpirent in te amplius auræ,
Sed quales Pluto Stygijs eructat auernis:
Areſcat gelidus pimpleis fontibus humor:
Nec poſthac viridis libethro planta ſuperſit.
Quis canet Euridicem? Quis bina Cupidinis arma?
Quis domitos auſus æterna clade Gigantum.
Orpheu iamq; vale: Iſmare iam, Rhodopeq; valete.
Et Sonus heu vocat, ingeminatq; nouiſſimus Orpheum.
Donec ad huc amnis modulantem exponit in vlua;
Qua it propior ponto, ſterileſq; impinguat arenas.
Accurunt nymphæ, haud ignaræ ſortis, & vlnis
Excipiunt hilares Libethri inſigne Trophæum,
Auſpice dein Cælo alterius noua præmia Vatis
Sæcla relaturi priſcos per ferrea mores:
Quod tibi, Burchelate, datum fæliciter ætas
Iſta videt; Patrię nec parua eſt gloria noſtræ.
En tibi miſſa Chelys, quà Lunam educere cælo,
Et lenire feras, Syluaſq;, & ſaxa mouere,

Paſce-

Digitized by Google

Paſcere aues, fluuioſq; ſoles conſiſtere cantu:
Cur, Chelys elatus dulcedine ad aſtra, decorem,
Burchelate, igitur tantum contemnis? amaſq;
Nota magis patrijs ornare inſignia Chelis.
Non A bauis conceſſa tuis cognomina caſu,
Sed iurè annuerim in Vatis tam nobilis omen.
Quin tu illam potius ſumis? quin proijcis iſtas?
At ſi muneribus cælum te dignet vtriſq;,
Iam Chelæ, & Lyra non imis in partibus inter
Aſtra micant: Tuq; Heroas iam laudibus æquas,
Gratulor: & duplicis referes Exordia Famæ.

*Bartholomæi Burchelati Phyſici Reſponſio.*

*NUnquam auſim, Bernarde, Chelym mihi ſumere cultam*
*(Bernarde Alberti, præclari gloria metri)*
*Orpheus Euridicem ingeminans quam perdidit ira*
*Bacchantum, vitamq; ſimul, quam denique Diui*
*In cælo voluère nouum inter ſydera ſignum:*
*Quò & Vatis Virtus poſt funera clara maneret;*
*Non etenim tanti me noui: non mihi namq;*
*Dulce melos, ſuauiq. lyra lactare Camenas.*
*Propterea nomen quiqui inuenère meorum*
*Ante Atauũm, BURCHELATI, ſeu fata tuliſſent.*
*Ignoro; an à Burchellis, quas dicere Cymbas*
*Tu potes, aut lintres, deductum? non ego credam,*
*Non etenim quemquam cymbas duxiſſe repertum eſt.*
*Nec feciſſe minus Burchellas arte paratas;*
*Cum de Germanis veteres veniſſe perampla*
*Inſtrumenta meos doceant. Vendramus & ille*
*Induperatoris primus ferretur in oris*
*Iſtis, obliquo in caſu: aſt auus ipſe paternus*
*Burchelatorum cognomen maluit: vnde*
*Filius, atq; Nepos nomen ſectemur auitum:*
*Et ſectabuntur Nati, Natũmq; Nepotes,*
*Donec erit noſtro quiſquam de ſtipite ramus.*
*Hocq; dedit Coniux; cuius penetralia, quando*
*De Coneglani Terra migrauit ad oras*
*Taruiſi, ingreſſus, mulierem, remq; petiuit.*

Non

*Non auſim deferre Cheli, quod tradere Chelis*
*Ipſe humilis volui: cum ſerpant Carmina, cancri*
*Inſtar, humi: tollam nihilominus altius illas:*
*Et caput interea forſan laturus ab vndis,*
*Quà locus Erigonen inter, chelaſq; ſequentes;*
*Uſque adeo mens noſtra petit ſublimia Anhelans,*
*Conſpiranſq; ſimul generoſis Vatibus Vrbis:*
*Inter quos, veluti Mæonides ſpectatur Apollo*
*Inter, ades, nomenq; tuum ſuper æthera tollis.*
*O ſi Ego mellifluis, vt mens eſt, carmina dictis*
*Ferre, referre tuas poſſem dicentia laudes,*
*Quàm me inter celebres reputarem ſtare poëtas:*
*Vnde Cheli vſq; diu merita, & tua vota referrem,*
*Vota hominis grati & Diuis: ſibi namq; dederunt*
*Tanta diu, ac tribuunt, Natos, bona, deniq; mentem*
*Cæleſtem, ſimilem qua te illis reddere monſtras.*
*Sed qua, quæſo, chelym ſumam ratione canentem?*
*Cum doleam ſortis ſatis infælicis, iniquæ,*
*Vulnera? contemptus noſtrum, Natumq; ruinas?*
*Præcipuè illius Baptiſtæ, præcipuiq;:*
*Cui illuſtrare Domum florentem tunc erat omnis*
*Cura, mali, ah infandum, ſclopo morientis amici:*
*Quem tu etiam mecum luxiſti verſibus aureis?*
*Iam repeto, Bernarde, chelym, chelas vè meorum*
*Signa Patrum, Chelaſuè chelym & ſimul, auſpice tanto*
*Omme, diuino quod ponis carmine dignum*
*Atq; feram, vicibus me alternis ſumere chelas,*
*Siue Chelym: recinens tua geſta excelſa: tuorum*
*Stemmata, virtutes, inſignia ſiue Potentum:*
*Ipſe chelym capiam plectro decoratus eburno:*
*Vrbis opes triplici Decoratæ Virginis ore*
*Sæpius vt cecini noſtræ: illam; acta Regentum.*
*At quia contingit Scribentē carpier inde:*
*Aemula ſeu fuerit Virtus, ſiue inuida penna:*
*Vt Conſpirantes Academos quando Seuerus*
*Inter eas tendēs, MELIVS NON TANGERE CLAMO.*
*Chelis vtar item ſtringentibus, atq; cruorem*
*Altiùs interea elicientibus à nocituris.*
*Cum tamen ingenium noſtrum, mens, atq; voluntas*

 Anno-

Digitized by Google

*Omne aliud curent : ſolùm iſtud quippe coactè :*
*Scilicet extollens hæc brachia ad alta notare*
*Velle ſuum, ſurſum rationem ferre Deorum*
*Allectam ſtudijs loca prima & tendere ad alta :*
*Alta loca, vnde ſemel miſſa eſt in pectus anhelum :*
*Iſta nimis quantumuis noxia corpora tardent.*
*O vtinam nobis finem copulare liceret*
*Principio, atq; animum ſupremo reddere Diuûm,*
*Mentis opus, ſtudijq; mei, cordiſq; calentis.*
*Siſte, Cheli, Chelis ni tangere, pectinis inſtar,*
*Longiùs expediat virtutes, ardua geſta*
*Mores, & Patrias Alberti: & tanta ferendo*
*Carmina, quæ Sophoclis ſunt certè digna cothurno.*
*Carmina, quæ vincunt: meritantq; Epinicia Vatum.*

Octauianus Turrius à Templo C.T. ad Bartholomæum Burchelatum Phyſ.

ET nunc è ſomno tantum virtutis amore,
Oærumnis oppreſſa malis exurgere Muſa
Fas eſt: vt quæ ſunt cordi promamus amico
Dulciloquo, qui cuncta animo, calamoq; reuoluit,
Vt Patriæ edendo, atq; ſibi componere poſſit
Immortale decus. Tu, Burchelate, benignè
Accipe, quæ fidus ſcribit tibi Turrius vltro.
Non ne Cupidineos tractaſti carmine luſus
Tu Tyro, & ſacris Monumenta inciſa ſepulchris?
Felſina quæ admirans quæſiuit, & inclyta Roma
Exemplar, nullum cum bibliopola teneret.
Deliciaſq; tuæ, quæſo, Charitatis amænas,
Dic mihi non proprio voluiſti expromere ſumptu?
Stemmamundi humilem Caſulam:normamq;decentẽ
Viuendi Parcè: atq; Hominum tu corpora plena
Spiritibus: Dictum Breuius: Querumq;, Rapinam:
Taruiſij atq; Etymon: ſenſumq;& munus Amoris:
Præſidis atq; Silim recinentem Geſta verendi:
Natorumq; duo Funebria iuſta ſeorſum:
Et quid Opinetur quis: Tu ſupponere prælo
Auro non ne tuo curaſti? candida & Arbor

Herculea,

Digitized by Google

Herculea, illuſtris quam tollit Guazzius ille:
Quam tollit Beſſas præ multis ille Nigrinus:
Prodijt: atq;tuo nunc nutu, & munere noſtra eſt.
Quartus & expoſitus Prætoribus eſt tibi ſermo.
Vidimus & Nihilum ſumma ratione probatum:
Sunt pia præterea tua carmina fixa tabellis:
Innumeriſq;alijs quæ ediſti plurima, Vatis.
Hyſtorici, & Medici, & cuius facundia præſtat:
Et Vigilum Excurſus poſtremò, A cademia quales
Commemorat Conſpirantum tua clara Virorum:
Vt qui cunctorum Solus cognoueris artes;
Nonne omnes docti gaudent, atq; apta iuuentus?
Attamen in Patria, vt nullus, non ipſe Propheta
Stare potes gratus, cum & tu tibi ſcripſeris vni,
Vt nihil Vrbs vnita ſibi contingere credat.
Eia, age, rumpe moras. & quod iam inſigne paraſti,
Prome opus: inuidiam ſuperas equidem, ordine nullo
Excepto: Egregios Ciues comprenderis omnes
Laudibus: & quodcumq; liquet Memorabile narras,
Cmq; hic Mecęnas non ſit, vel nomine notus,
Tu tibi Mecænas eſto. Fortuna beatis
Arriſit donis, conceſſit & horrea plena.
Maxima quippe tibi ſtabit, ſi prompſeris, annis
Gloria perpetuis, & quam acquiſiuit Athenis
Tercentis ſtatuis olim Demetrius ille
Nobilis eximia, atq; omni Virtute ſuperbus.
Sed cum poſt obitum hucuſq; obtinuiſſe putaris
A' Patria meritæ non grata præmia laudis,
Hoc equidem credas, perlectis, optime, libris,
Grati viuentes Ciues te ad ſydera tollent:
Orbis quinetiam totus, liuore remoto.

### *Burchelati Reſponſum.*

*TVrri, qui Tyro mecum Tyrone priori*
*Tempore certabas Scala ſpectante magiſtro:*
*Turri, qui Turris Dominum, Turriq; notantem*
*Me verſus, proſaſq; mag is, modò carmine vexas,*
*Vt monumenta velim nunc vrbis promere noſtra,*

Quæ Calamo aſſiduo conſcripſimus, ordine, & arte:
Certè magna canis, vix & credenda poeta,
De Burchelato, Celato forſitan: vt qui
Non titulos, non ambit opes, ægros vè ferendis
Muneribus, nummiſq; bonos: non deniq; plauſus;
Aſt meliùs, nihili quia ſunt opera illius, vſque
Detrectante ſibi famam deferier vnquam:
Edere contento duntaxat ſigna vigentis
Ingenij, & Genij, ſint qualia, quanta, ſecundi.
Scripſi Ego, & vt cernis, ſcribo, ſcribamq;, ſorores:
Donec fila neant: modò mens ſtet firma, manuſq;,
Sint humiles proſæ quamuis, verſuſq; ſupini.
Omnia quæ, octaui, tu Octaua ad Sydera tollis.
Iam reſpondendum tibi, amicorum optime Turri;
Qui vt me collaudes, Muſam quatis, excita ſomno.
Quæ meliore nota profert modò carmina digna;
Et quoniam non vna mihi expoſita extat opella,
Experta eſt illas cenſere pòemate dulci:
Vincto ſeu fuerint latæ, aut Sermone ſoluto:
Italica dictæ fuerint, ſeu voce latina.
Accipio, reddoq; libens, laudeſq;, bonumq;
Velle: id amicorum non fictum pignus amoris;
Quod cupis, ad facinus nimis impar at mihi Virtus,
Vt valeam Patriæ, cunctis & ciuibus vno
(Cum ſapias Patriæ acceptum minùs eſſe Prophetam);
Codice ferre pares laudes, grateſq; mereri:
Atq; ſimul cordi ſapientum cætibus eſſe,
Cuncta qui ad examen ſubtili indagine vergunt.
Vſque adeo vt verum iam dixerit ille pòeta,
Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus:
Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno.
Eſt mihi grandis amor patriæ, fateorq;, ſimulq;
Profiteor: ſtudium mihi ſummum tollere noſtrùm
Plurima Geſta Patrum: atq; opera ardua dicère: ſacra,
Siue profana ſient, præſertim tanta ſepulchris.
Themata cæſa notis referentia facta referre:
Mænia quid miri teneanq;, palatia, Turres:
Deniq; & hyſtoriam breuibus comprendere noſtram:
Quæ liber vnus habet digeſta ex ordine, ſectis

Diſtin-

Digitized by Google

Diſtinctus tribus: vt Terriſi Symbola poſcunt:
Symbola quæ innumera ex libro publicauimus vno.
Vis modò, vt iſtud opus iam ſcriptum hoc tempore promam,
Mecœnaſq; mihi ſim, ſumptum largiùs edens:
Accipiatq; ſuas quicumq; operarius. ah ah.
Parua mihi ſunt rura, tamen non indiga, Turri:
Spiritus eſtq; mihi, tenuis licet: vnde Camœnis,
Et Sophiæ ſeruire datum: vulguſq; malignum
Spernere: cum vulgo ponatur & inuida turba,
Detractorq; rudis, ſiue æmulus impiger iſtos
Promptus ad infenſo lacerandos dente labores;
Non tamen eſſe volo Mecænas riſus, ab omni
In terea populo expendens propria, vt mea tollant,
Illuſtrentq; viros Dictamina: quis Ego quicquam
Non teneor certè; quod ſi quis dixerit aurum
Miſiſſe, argenti aut pateram, mentitur ineptè,
Candidus hæc animus non optat, ſeu petit vnquam.
Sunt mihi tres Nati: mihi ſunt & quinque puellæ:
Tradita & vna Viro tantùm, ter mialibus aureis,
Inſuper & Centum, tribuit quos munda ſupellex;
Illos conſului: mihi conſuluère frequentes,
Quòd non expendam, ſat nobis eſſe ferentes,
Me vigilaſſe, diu peragraſſe, vagaſſe per Vrbem;
Cartas ſumpſiſſe, atq; oleum, longoſq; per annos:
Complures voluiſſe libros nocteſq;, dieſq;
Ingeniumq; acres noſtrum exanthlaſſe labores;
Liquiſſe interea non vnum, & fertile lucrum.
Quòdq; dies anni ſtatuis æquauerit ille
Phalereus Virtute grauis: non hæſito quicquam
Ambitione carens; ſi quid nam dixero magni
Dignum laude, Deo ſit honor, ſit gloria ſoli;
Si quid at incompti, ſi imperfectiq;, meum ſit.
Vnum eſt in votis, Patriæ vt faciam ſatis, atq;
Vt Natis ciues faueant: pro me nihil opto.
Crede mihi, repeto, Turri dulciſſime, nulla
Ambitione trahor, quòd opus publicetur, inani:
Non vllo faſtu: nec ſcriptis venor honorem:
Sed nec opem, nec opes opere hoc, nec munera mercor;
Aſt ne decidui fierent, vacuiq; labores.

Tantù

Digitized by Google

*Tanti, gnatorum cauſa nihil iſta putantum*
*Forſitan. vtqui iudicio careant, animoue.*
*Præſertim ſexus muliebris ſi modò vincat:*
*Vnde etiam ſcombris veſtes euadere cartæ*
*Poſſint, aut tineis, & muribus eſſe leuamen.*
*Quare agè, id accipias, Turri, quod mente reuoluo.*
*Qu mprimum iſtud opus dabitur, mihi crede, legendum:*
*Namq; modum inſector, quo non Ego, non pueriq;*
*Perpetiantur: item nec Ciuis quiſq;, nec vllus*
*Mecænas veniat, nummis qui ſubleuet ægrum;*
*Indigus id tractet: leue opus mendicet amicum.*
*Macte animo eſto bono, Turri, anno hunc, euge, ſequenti*
*Hic Memorabilium ad calcem liber vndiq; ductus*
*Cimerias fugiet tenebras, longoſq; receſſus;*
*Vt tibi ſic referam, Phœbus mihi vellicat aurem;*
*Tuncq; modum, & ſtudium forſan laudabis, & artem.*
*M. D. C. XIIII.*

Nicolai Mauri iuriſconſ. Taruiſini
ad Lectorem.

QVæ latuere diu Lethæis tecta ſub vndis,
Nunc emerſa patent, nomina clara Virûm.
Hos ſoluit Natura potens; Tauriſia Tellus
Membra ſinu ſeruat: celſa animæq; tenent.
Burchelati Opus hoc eſt; nec ſine numine Diuûm
Ipſe adijt Ditis regna: Iouiſq; ſimul.
Hoc Medico tantum licuit cognoſcere Vati,
Qui fuerint homines, cætera ſcire nefas.
Manibus at requies data ſit: ſtent corpora terræ
Condita: qui fuerint, ſit tibi noſſe ſatis.

Eiuſdem ad Manes.

PHarmaca ſi poſſent, Manes, vos ducere ad auras
Vitales, Medicus nunc daret vſq; libens;
Sed quia fata volunt, quòd mors medicabilis arte
Sit nulla: hæc præſtat, quæ meliora iuuent.
Præſtat opem ad ſuperos precibus: celebratq; per orbem.
Nomina: ſic Vobis tuta parata quies.

Nico-

*Nicolao Mauro legum Doct. ſcriptoriq; verſatiſs.*
*Barth. Burchelati Phyſ.* Reſponſio.

*Pharmaca noſtra valent nullam deferre ſepultis*
*Prorſus opem: nam ſunt vermibus eſca putris:*
*Verba ſepultorum aſt animis, & Carmina noſtra*
*Aureolam augebunt fortè: dabuntq; ſatis;*
*Sic velit vnuſquiſq; mihi conferre iuuamen*
*Orans ad Dominum pro me, itidemq; meis:*
*Pro te etiam, qui digna refers: pro deniq; cunctis,*
*Qui huic operi officium contribuère ſuum:*
*Siq; boni tantum de me hæc referente tulerunt*
*De te Maure, magis, plura notante, ferent.*
*Hæc tibi reſpondi viuenti, & plura notanti:*
*Nunc tibi det ventum mortuo at oro Deum;*
*Aq; tuo Gnato, mihi nunc pro vxore Nepote,*
*Expeto vt ad lucem proferat ipſe tua:*
*Ne ſi forte ſuam tranſcendāt ſcripta virentem*
*Ætatem, pereant & ſenio, atq; tabe.*

Carmen Non Cogniti ad Lectorem operis Memorabilium Taru. Excellentiſſimi Burchelati.

Est Memorabilium Memorabile ſemper in omni
Climate terricolùm Burchelius, vnicus inter
Scriptores, inter Doctores vnicus, atque
Pro patria nunquam feſſus memoranda, & ad aſtra
Tollenda: oſtendunt hæc ſcripta hucuſq; legentum
Exhibita ante oculos: venturis vndiq; ſæclis
Admiranda: etenim præſentia ſæcula rarò
Præſentem gratum ſibi monſtrant affore Vatem.
Ecce Viros Memorans dignos exaltat: & Vrbem
Magnificat Priſcam priſco de ſanguine natam:
Præclaros ciues, generoſos Martis Alumnos;
Religione Patres, Matres quoq; ſumptibus actis
Inſignes, Templis, atq: aris conficiundis:
Hyſtoricos, Oratores, cultoſq; Poetas
Scriptores legum Medicæ velut vtilis artis:
Quotquot ab antiquis inuenit ad hos ſimul annos,

Tempora

Tempora dinumerans quis horum vixerit annis.
Colligit hyſtoriam ſtrictim ſermone latino,
Quem, nedum latium, totus ſed precipit Orbis:
Pridem quæ fuerat præclare idiomate noſtro
Fuſius expoſita, ad præſens nec condita tempus.
O quem Philoſophum ſe præfert Auctor, Anhelans,
Conſpiranſq; ſimul, mortem meditanſq; locorum,
Oppida deſtructa, & defunctas protinus Vrbes,
Inſignes Vrbes aqua tellure ſolutas.
Mortem hominum ſpectans pariter, monſtranſq; nec vno
Argumento, Oculis præſentem: adiunctaq; morti
Cuncta palam faciens, auctoribus vndiq; latis:
Funera, funerea, & tumulos, rituſq; locandi,
Ornandiq; modis varijs, miriſq; feretro
Vita homines functos, arcas, pariterq; ſepulchra.
O quem Chriſticolam ſe monſtrat in arte paratis
Colloquijs coram ſanctis, regnoq; potitis:
Coram præcipuè Domino, Matre, & Benedicto
Pontifice: hunc etenim veneratur, voceq;, corde,
Vt qui adeo claram Taruiſi reddidit Vrbem.
Siq; cupis normam faciendi Epitaphia, & artem,
Iſte tibi monſtrat liber aureus omnia prorſus:
Et generis cuncti profert exempla latina,
Vel Romanorum, quæ paſſim cernimus infra
Mænia, perq; agros, perq; oppida Taruiſina:
Ordine præcipuo ſectis tribus Eloquiorum.
Singula quid referam? lege, lector, perlege librum:
Percurras Vrbis publica, & priuata locorum,
Et ludos varios terreſtres, ſicut aqueſtres,
Omnia poſtremo contenta ex ordine libro,
Quod procul á dubio referes me vera tuliſſe:
Plurima quinetiam calamo liquiſſe ferenda.
Vnde tibi veniat meritò Burchelius vnus
Et penna, atq; animo ex animo tollendus, amandus.
Viue diu: natis, ſeriſq; nepotibus iſtum,
Lector, Conde librum: ventura quòd efferet ætas.



Digitized by Google

Anonimi. ex Gu. Vir. Hor. & al.

SCripſit, plorauit, cecinit, flagrauit, & alſit:
Suſtinuit Burchelatus, depreſſus, & altus:
Nunc triſtis, nunc lætus agens: fortis tamen vſq;:
Pulchrior eueniens, merſes licet vſque profundo:
Nec macer ille, magis pręinguis rebus opimis.
Sors, caſus, fortuna potens, variatio rerum.
Neſcia mens hominum fati, ſortiſq; futuræ.
Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis.
O vanas hominum mentes, ò pectora cæca.
Quàm bene, ſi tot amore Dei exanthlata fuiſſent:
Fortè & amore Dei tulit hæc: velut Vrbis: agetq;
His maiora, velit Deus hunc ſi ferre volentem:
Ferre ſui vt dedit hoc Monumentum, & pignus Amoris.
Reſtituens veteres, & donans luce ſepultos.
Prorſus proſpiciens ventura haud inuida ſæcla,
Burchelatus homo ſapiens, malè notus ad vnguem.

CRESCO PERCREPAS:
GAVDEO PERPLORAS:
INVIDE MORERE.

Ouidius.

RVmpere, liuor ędax; magnum iam nomen habemus:
Maius erit tantum, quo pede cæpit, eat.

Ioannis Mariæ Vanti ad Lectorem.

TV, qui ſparſa Cupis totam Monumenta per Vrbem
Cernere: in hoc libro, candide lector, habes.
Hic tibi Taruiſij breuiter pandetur Origo,
Hic Ciues, leges, Oppida, Bella, Duces.
Scriptores, mores; Tumulos hic, Templa reuiſes;
Quæ ſint, quę fuerint, denique cuncta leges.
Miraris, frontemq; trahis? iam deſine: ſcripſit
Hæc Burchelatus. Quid cupis vltra? lege.

K Bur-

*Burchelati ad Vantum.*

*TV qui noſtra canis verſu monumenta venuſto,*
*Quæq; meis Memoro grandia Geſta notis:*
*Et Celebres quæcunq; Viros, quos inclyta cunctis*
*Noſtra tulit ſaclis Vrbs, Caput vnde Triplex.*
*Iure amplexaris, velut vnus de grege noſtro:*
*Sis licet ex Vantùm gente Bononigena;*
*Aſt Ego te & doctum peramo: tu me licet vltra*
*Nunc meritum celebres, Vir generoſe, meum.*

Anonimi Votum pro Burchelato ſuo, ex A.

CLoto neat: Lacheſisq; neat: fractiſq; bifurcis
Forficibus, fractiſuè humeris, manibuſq; reciſis
Atropos inde fiet longè: quò longius acta
Fila tua ad fuſos longiſſima tempora præſtent:
Tithoni & vincas, vincas & Neſtoris annos:
Burchelate decus Taruiſi, gentis, & Vrbis.
Vt Patria, atq; Vrbes Patriæ, gens Itala, mundus
Denique fælici te natum ſydere cernens,
Tollat ad aſtra ſimul: ſimul & tollaris ad aſtra
Cætibus Angelicis tandem, diuine, beata,
Perfruiture Deo meritis te iure ſecutis.

R. P. Fulgentij Pattaris Aug. Baccal.

HAc iter ad ſuperos: hàc Burchelate, ferente
Fama itidem tendes docta per ora Virùm.
His tibi prudentum laudes mercaberis amplas:
Vrbis & obſequium quodlibet vſq; tuæ.
Viue diu medicans qui viuere cogis Egenos:
Quò & poſſis Natos tollere iure tuos.

*Reſponſio.*

*SI his mihi mercarer ſapientum, Vrbiſq; fauorem,*
*Omnia me indubiè puncta tuliſſe feram.*
*Fama meum referat ſiq; his ſuper ardua nomen:*
*Ni beer in terris, quid mihi, quæſo, deeſt?*
*Ipſe* Deum *rogita, vt viuam; dum longior ætas,*
*Educam natos: auxero ſorte & opes.*

Digitized by Google

COMMENTARIORVM

# MEMORABILIVM TARVISII

LIBER PRIMVS

## AVCTORIS PRAELOQVIA

### Suſceptæ prouinciæ inſinuatio. Caput I.

SI quando res meas mente, ac cogitatione complector: atq; animi mei, Genij inquam mei, propenſionem, ac voluntatem conſidero: quod mihi ſæpius euenit, nihil apud me fuiſſe antiquius compræhendo, quàm Ciuitati noſtræ illuſtrãdæ omnem meam nauare operam, ac induſtriam: vt cuiuſcunq; ordinis Ciuibus perinde inſeruirem, ac patriæ meæ: ipſorumq; gratiam, niſi mihi ad præſens tempus, vt fert hominum conditio, profuturam, filijs ſaltem, quiqui fuerint, & nepotibus, vt fors tulerit, ſubcontinuatis ſæculis promererer; ſcio etenim me mihi ipſi nihil propterea gloriæ, veluti & vtilitatis, in præſentia pariturum: cum potius quemadmodum Dionyſius Halicarnaſſęus dicebat, in eius Antiquitatum Romanarum proæmio, de ſeipſo, laudes meas moleſtas eſſe indigenis certò ſciam. Diō. Hal. Signum autem iſtius meæ propenſionis, ac voluntatis, non leue duco Septem illos meos Epitaphiorum Dialogos, caros adeo ingenijs peregrinis, ad illuſtriorem Taruiſij, Ciuiumque memoriam propagandam iam antea publicatos: neque nihili faciendos reputo meos Tyrociniorum libros duos, perinde atque non parum ſtatuo me iſtam Conſpirantium Academiam efformaſſe: triginta ſex inquam Eleuatorum noſtræ ætatis ingeniorum animos, & nomina, mihi virtutis æq;, ac neceſſitudinis Symbolo reſpondentia coniuxiſſe: ex



Digitized by Google

quo ad huc trigeſimus eſt lapſus annus: Excurſusq; , dialogos , ac ſermones aliquot ſatis varios , curioſoſq; , veluti ipſius vigentis Academiæ partus, vna cum tot carminibus varij generis quoquo tẽpore protuliſſe : donaturum & alios ad ſtatutum numerum , ſi ferret occaſio , jam conſcriptos , vt in operum meorum catalogo typis expoſito ſit oppidò legentibus manifeſtum: quemadmodum preter tot alia opuſcula , & Charitatis Pagi noſtri ſuburbani Conuiuiũ in poſtremis, neq; inter minimos labores litterarios noſtros ponendum iudico per inde , atq; Populum illam noſtram , forſan non adeo leuem , expoſitam , ac publicatam : vt ex inde clariùs dignoſcatur, Taruiſinum mediocris fortunæ Ciuem quantumuis œconomicis ab ineunte ætate , tum medicis etiam , ac conſanguiniorum occupationibus diſtractum à mane ad veſperas , non parum forſitan fuiſſe humanioribus litteris addictum , ac ſtudijs: futurum magis , ſi plus in dies ocij nactus eſſet ; vt propterea a quibusdam, niſi à multis , niſi ab omnibus dici valeat Taruiſinam Ciuitatem & his temporibus ſatis peſſimis habere aliquot præcipuos , quibus virtutis opera ſunt curæ non minus , ac cordi : quiq; nullum verentur laborem , aut ſumptum , quinetiam damnum , vt Ciuitati , vt patriæ debitum ſoluant Officium , ſeu vectigal : Turcium nomino , Gandinum , Naſcimbenium , Turrium , iam defunctos , tum & Maurum Cronologum proximè vita functum : Policretium , Aduogarium , Vulpatum, Pinadellum Equitem , nunc viuentes & alios cunctos dixerim , quorum opera iam diu verſantur per virorum manus , per ora , per lumina. Cæterum quid nunc Ego ? quæ nam ſum in præſentia tractaturus tanto , dicet aliquis , boatui reſponſura ? Non Ego nunc Platonis , aut Ariſtotelis libros , ſeu dogmata exponam : neq; nouam , aut obſoletam certè inducam philoſophiã; Ecquis valet ãplius ab ea, veluti ab altera Aphrica, noui aliquid expectare ? an non vſq; quaq; cernũtur libri philoſophici , logici phyſici, metaph. theologici? paraphraſes, gloſſæ, gloſſemata; expoſitiones, lectiones, ac cõmentaria? vt nullus propemodũ relictus ſit in ijs deſiderio locus : quapropter neq; in arte medica pertractanda verſaturus erit calamus meus , tametſi tot libros habeam, vt & philoſophicos , a me diurna , nocturnaq; manu ex induſtria ventilatos: quandoquidem , & in Theoreticis , & in Clynicis , aut Therapeuticis : &, vt latius proferam , in phyſiologicis , pathologicis , æthiologicis , ſimiothicis , prognoſticis , prorrheticis , tum ygijnis, prophilaticis , externis , quinetiam coſmiticis, & vel commoticis, com-

ptoris

Digitized by Google

ptorijs inquam, ac adſcititijs: quid in hac arte cupiam, aut cupere debeam, non ſat ſcio; non theorias, non praxes, Empiricas, dogmaticas, ſeu rationales: non canones, non aphoriſmos, non methodos, non ſummas, non tabulas, aut Syntaxes: non Auctorum Principum commentarios: non ſublimium Prælectorum viuentium, defunctorum vè Lectiones, epiſtolas, reſponſa, centurias, controuerſias, aut Conſilia: cum his omnibus iamdudum imbuti ſimus, atq; muniti; ſed de his alibi, atq; alias, quod fors tulerit, vt non ſemel, aut decies tantùm contigit, & voce, & calamo referemus: interim ſufficiet vel vnum Andrææ Ceſalpini Archiatri Romani codicem de Arte Medica, iam ante Romæ expoſitum, nunc verò .ſ. iam ſeptennio, Taruiſij recuſum legere, ac perluſtrare: vt qui octo lectionibus admirabilem morborum omnium, & venenorum Theoriam cum Praxi coniunctam abſolutè æquè, ac ſuccinctè contineat, ac exponat: cui ſi Alexandri Maſſariæ medici eminentiſſimi praxim admodum luculentam, itidem Taruiſij eomet anno VI. huius ſæculi recuſam adiunxerimus, per quam optime: Quibus ſanè imprimendis præfuimus diligentes, & ſignum etiam in eis liquimus noſtri nominis. Quid igitur in te eſt aliud, feret aliquis, quod tibi Virorum gratiam, aut familiæ Burchelatæ gloriam valeat comparare? an fortaſſis aliqua, vt aſſoles, poeticè figurabis? parum ſanè eſſe, quinetiam minimum reſpondebo, ſi opus hoc inſpicias, vt ſic explicem, operatum: multum autem, atq; maximum, ſi propenſionem meam perpendas, ac deſiderium; ſed, poeſim in præſentia prætermittens, iam ad rem venio a me nunc deſcribendam potius plurimum, vt videris, quèm tractandam. hoc age.

And. Ceſalp.

Alexand. Maſs.

## *Auctoris Propoſitum, & Occaſio operis componendi. Cap. II.*

CVm meum illud Epitaphiorum opus, quod vt cognoui, non pauci tunc temporis vti Taruiſinam hyſtoriam expectabant, non omnibus meis conciuibus ſatisfecerit: quandoquidem multi non mediocriter doluerunt, quòd in tanto opere, quod quidem Ciuitatis noſtræ decus, ac ornamentum præmonſtrat, eorum digna quippe, ac illuſtria Epitaphia non fuerint recenſita: tametſi in promptu reſponſum erat, me ex arbitrio Franciſcana Elogia, ac Epitaphia, atq; inſuper ea duntaxat cum illis ſymbolum retinentia mihi recenſendum, de ijsq; pertractandum ſumpſiſſe; Non ſemel excogi-

Digitized by Google

excogitaui quonam medio & ipſis ſatisfactionem, ac oblectamentum afferrem: & Genio meo etiam, niſi plenius indulgerem, in aliquo ſaltẽ non reluctarer: omnibus eteni Taruiſinis meis rẽ gratã facere pro viribus à memetipso ſemper deſpondi. Hinc factum eſt, vt, cum mȩ mortalem videam, & conſiderem breui temporis curriculo hanc communem vitam cum communi morte me fore commutaturũ, quod philoſophum hominem decet, mortem ipſam meditans, ac contemplans, libenti animo per templa, per Eccleſias, per ſepulchreta verſarer, ac cæmeteria: quod Chriſtiano Viro, nedum philoſopho, vt puto, conuenit valde: & propterea continuè mihi pẽſitanti, oculis in terram pronis, ſiue ad aras, ad parietes ijs altius eleuatis, occurrerint inſpectanda Epitaphia, Elogia, Cenotaphia, & id genus aliæ Inſcriptiones, atq; Scripturȩ in marmoribus, vt plurimum memorabiles: ſenſim, ac ſenſim in animum meum irrepſerit tale propoſitum, nempe, me forte fortuna operis pretium eſſe facturum, ſi Taruiſinas eius modi Inſcriptiones, quotquot, qualeſq; fuerint, relictis vilibus, regiſtrauero, illaſq; ſub certo aliquo, atq; eo ab arte non prorſus alieno, ordine repoſuero, ratus ob eorum copiam perinde, atq; elegantiam, omnium ferme familiarum dignam memoriam me fore in mediũ locaturũ: quo infra animi mei propenſionem iam conſtituto: ordinem mihi habendum prætera cogitanti, illico ſe ſe hic obtulit admirabilis, iuxta ſcilicet prærogatiuas, gradus, ac ordines Ciuitatis, dictata huiuſmodi, quotcumq; digna viſa fuerint, recenſere: illud forſitan ex tali opere relaturo, quòd cuislibet conditionis, & familiæ homines Taruiſinæ talibus inſcriptionibus inſignitæ, ſint amore non vulgari, ſummaq; animi beneuolentia me, & filios meos in dies proſecuturi. Ecquid aliud tibi dignius optandum venit, ac optabilius, quam quibuſcum victitas Virorum gratiam, ac ſtudium diutius promereri? Faxit Deus Optimus Maximus. Faxit Glorioſiſſimus Papa Benedictus Ciuis noſter, iamdudum ætates Cæleſtis Ciuis, quem mihi & fautorem, & protectorem propono, vt hoc opere, vt hac induſtria ſatisfatiam: & virorum principum, & priuatorum hominum, ac ſingularium, & vniuerſȩ demum Ciuitatis beneuolentiam conſequar, ac fauorem, vt quandoq; nedum meæ, ſed & prognatorum dignitati, ac perpetuo decori ſit prouiſum: illiſq; non mediocre incrementum gratiæ, ac gratitudinis ſit adiũctum. iam verò propiùs ad rem accedens, quem ego ſim habiturus ordinem referam clariùs, & qualem modum.



Digitized by Google

*Ordo habendus in Inſcriptionibus reponendis, tum ordinis ratio: digna quadam inſuper excuſatio.* *Cap. III.*

CVm non pauca, quinimò plurima ſint iſthæc Epitaphia minimè exprimentia numquid ſint nobilium, aut priuatorum Ciuium, an Doctorum, an Tabellionum, an mercatorum: Ego, pro ea, quam Ciuitatis noſtræ notitiam teneo, hæc ſub ordine illo, quem maiorem tulerint, digvioremq; recenſebo: nomina verò alia, præter illa, quæ fuerint in Epitaphijs exarata, non ponam: tametſi cum ad Doctores legum, & medicinæ deuenero, quorum cumq; Doctoratorũ illius Familiæ, Cuius Elogiũ reponetur, quot quot fuerint, ex quo aliqua habetur memoria, nomina decreuerim recenſere: præſertim cum eorum ſit breuis numerus, multa ferre etenim, multaq; pati, ſudare, algere perinde, atq; à plurimis ſenſuũ illecebris ſe abſtinere fuit perpetim paucorum; Nobilium autem, aliorum vè Ciuium, ac Scribarum, cum maior ſit numerus, ac refertus, vt vnius duntaxat familiæ & triginta, & quinquaginta, & centeni etiam eſſent ſæpe ſæpius ſubnotandi: ab hmôi longiori, confuſoq; nominum catalogo calamum abſtinebo: qua de re ſi quis fortè induxerit Supercilium, id demat obſecro, Doctori cum Doctoribus aliquid condonando; Præterea ſi alicuius familiæ duo occurrerint, aut tria, aut plura Epitaphia, quorum aliud ſit Canonici, puta, aliud Patricij, aliud Doctoris, illa, tametſi familia repetita veniet, ſuis proprij locis, ac ordinibus deſcribentur; non aliter, atq; ſi in vnico Elogio & Canonici, & doctoris ſimul aut nobilis mentio fiat, illud inter Canonicorum ordinem referetur: quin etiam niſi prorſus inter Doctoratorum Catalogum regiſtrabitur, illius ſaltem memoria aliqua ibi inferiùs reponetur, & ſigno, aut nutu, lector ad prçſcriptum Epitaphium facile reuocabitur: ne alicui vnquam gradus proprij, atq; ij prçcipui derogentur, aut etiã abrogentur. ſiq; proinde vnius familiæ mentio in tribus, quatuor vè templis, aut pluribus extiterit, aut paucioribus, illam referens, quę mihi primaria, ac alicuius templi prçcipua viſa fuerit, iſtuc alias propter ſymbolum reuocabo: quod ſi quandoq; aliter factum videris, id non ſine aliqua cauſa factum putes: veluti ſi interdum etiam aliquod Elogium fuerit locis varijs repetitum.

Obſecro autem, & obteſtor, ne doleant ij, præſertim nobiles Ciues, primores aliqui & optimates, quibus in marmore

genti-

Digitized by Google

gentilicio nullum vnquam inciſum eſt Epitaphium, ſi illa tacitus præteriero, cũ de illis nulla in eiuſm. marmoreis tumulis fuerit facta mentio: dolendum quippe eſſet, niſi deſcripta Elogia poſuiſſem: quandoquidem in hoc mortuali opere, nil propemodum ago aliud, præterquam quòd Elogijs, atq; Epitaphijs impleo ex ordine hunc librum meum: illudq; vnico illi, ac Sanctiſſimo Ciui noſtro liberè libens dedico: vt noſtrûm ille miſertus omniũ, pro noſtra pariter omnium ſalute dignetur Deum Opt. Max. exorare; cuius Vnigeniti filij vices Sanctiſſime geſſit in terris; tametſi neminẽ prædictorum Ciuium ob hanc rẽ iure vnquã crediderim doliturũ: cum præſertim apud Plinium Cęcilium legatur alterius mentis fuiſſe Frontinum, ac fuerit Ruffus: cum hic voluerit ſpecioſum in marmore monumentum eius glorioſis titulis inſignitum, nempe,

Plin. Cæc.

*Hic ſitus eſt Ruffus, pulſo qui vindice quondam*
*Imperium adſeruit, non ſibi, ſed Patria.*

Ille autem, hæc omnia vana reputans, nihil inſcribi aſſeſerit in Eius marmorea Sepultura. Et Cato ille Cenſorinus, vt apud Marcellinum legimus, interrogatus, quam ob rem inter multos nobiles ſtatuam non haberet, malo, inquit, ambigere bonos quamobrẽ id non meruerim, quam, quod eſt grauius, cur impetrauerim muſſitare: nec minus enim eſt, dicebat Tullius, Spartiates Ageſilaus ille perhibendus, qui neq; pictã, neq; fictã imaginẽ ſuã paſſus eſt eſſe, quam qui in eo genere laborarunt. Et Patritius ille Senenſis Gaietę Epiſcopus, in poſtremo cap. noni, & vltimi libri ſui de vero Principatu, aſſeruit, mereri ſatius eſſe titulos, ac mauſolæa, quam à ſe ipſis ſibimet ſepulchra conſtruere, & elogia procurare.

Marcell.

Cic.

Patr. Sen.

*Quinam videantur vera laude digni, ponentes, an non ponentes Epitaphium, ſiue Elogium in Sarcophago. Cap. IV.*

VErum enim verò & illud mentem meam exagitat, ac perſtringit, vnde ſit inquam, quod hominum plurimi ſtatuentes, conſtruenteſq; ſepulturas, illas charactere aliquo inſignire contemnant, & quodcunq; Epitaphium, qualem cumque memoriã penitus prætermittant, cum alioqui multi, ac plurimi (qui, nec ne, illis plures fuerint, neſcio) ſepulchra & Epitaphio & inſignibus & tropheis, & temporis inſtantis curriculo decorent, ac exornent:

vnde

vnde perpendere ſubeat, numquid hi, an illi potius, ſint laudibus honeſtandi. ſed, amabò, à nobis ipſis rationes horum effectuum, ac defectuum perinde, atq; cauſas penſitemus, laturi deinde iudiciũ, nũq̃d priores, nũq̃d poſteriores laudẽ mereãtur, ac vtros cęteri homines debeant imitari. Non apponunt inſcriptionem aliquam Monumento illi certè, vel quia ſuperbè negligunt has memorias, vt de Frontino mox dicebamus, vel quia neſciunt, ac ignorant litteras: vel quia renuũt, aut timent ſumptum: vel quia tametſi amãt Elogium, nihilominus reſpuunt à ſe ipſis apponere, expetentes, expectanteſq;, vt a poſteris cum debitis, ſeu meritis magnificis eorum titulis inſcribantur; vel poſtremò quoniam ſibi vitam longam promittunt, & dicunt interim, hoc menſe, hac æſtate, hac hyeme id faciam, dum ocium nactus fuero, dum nummi ſuperfluitent è marſupio: & ita ſemper parturientes nunquam pariunt, atq; interim grauidi moriuntur; aliqui præterea tametſi habeant paratũ Elogium, aut Epitaphium pro ſe, vel pro aliquo ex conſanguineis, non audent illud promere, ſpectant id bis, atq; iterum tertiò, addũt, mutant, detrahunt, comunt, oſtentitant ſcientibus, & poſteaq̃ optimè illud depexerint, reponunt: emergunt interea caſus, negotia, lites, decubitus, quid ſcio? obliuioni traditur Inſcriptio, & quod vno verbo concludam, ſubrepit mors interea, & intereunt inopini abſq; eo, quòd quicquam de Epitaphio decreuiſſent. memini me quondam allocutum Doctorem Compatrem meum, dum eius pater, qui & iuriſperitus erat egregius, matri defunctæ ſeniculæ nobilem marmoream ſepulturam in luculento monacorum phano ſtruxiſſet, gentilicio inſigne ſuperiniuncto: Ecquid non poſuit Epitaphium, inſcriptionem aliquam pater? retulit compater, & ego quidem id cogitabam: ſed vt tibi verum fatear, nolui poſtea, vt inureret Epitaphium, propterea quia expecto, dum ille è vita exceſſerit, quippe eſt ſenex, ponam etenim ego tunc Elogium tanto homine dignum; at quid euenit? teſtor Deum, quod vera hæc omnia, præmoritur filius doctor, & abſq; Epigrãmate tumulatur: interit eius frater, & tacitè reconditur, deinde pater vietus obijt diem ſuum, & cum alijs componitur illaudatus: &, ne longum faciam, adhuc ſepulchrum hoc ne verbum quidem retinet, aut characterẽ: nec præterea compatris vnicus filius id reponet, cum ignarus prorſus ſit litterarum: omniſq; alia ſit eius cura, quam Epitaphio parentum ſarcophagum honeſtare; porrò ſunt & aliæ cauſæ, at leuiores, cur homines non inſcribant propria monumenta, quæ certè ad ſu-



Digitized by Google

prædictas, modico quidem negocio, poſſunt reduci. Videamus modò qua ratione, ex qua cauſa inſcribant alij proprias ſepulturas, profectò, vt hæ ab alijs dignoſcantur: vt manifeſtetur illius familiæ quietis locus: vt quis indulgeat Genio: vt obtemperetur inſtituēti, & debiti ſolutio palam fiat: ad hæc, vt debitus defuncto tribuatur honos: & vt qualis fuerit, & quo tempore in hoc mundo vixerit ſit conſpicuum: cum nihilominus hæc vt plurimum in Elogijs ad muros ſtantibus reſeruentur: alij quinetiam deſignant marmora ad virtutis ſpecimen præmonſtrandum: alij vt excitent ſuperſtites, præſertim domeſticos, ad bene agendum, ad patiendum fortia, ad æmulandum: alij ad exprobrandum hæredibus debitum ab alijs alijs non ſolutum: alij poſtremò, vt volitent eorum glorioſa nomina perpetuò per ora virorum, per lumina, & vt ſibi laus, honoſq; meritus omni ſæculo deferatur: quæ duo poſtrema facilè colliguntur ex tetraſtico illo ad Enij poetæ tumulum, nempe.

Enn.

*Aſpicite, ò Ciues, Senis Ennij imaginis vrnam.*
*Hic veſtrùm finxit maxima facta Patrum.*
*Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu*
*Faxit: cur? volito docta per ora Virum.*

Et noſter Horatius ode vltima ſecundi libri ſcriptum reliquit,

Hor.

*Abſint inani funere næniæ,*
*Luctuſq; turpes, & querimoniæ:*
*Compeſce clamorem, ac ſepulchri*
*Mitte ſuperuacuos honores.*

Soloni autem viſum ſecus, ſic etenim dixit,

Sol.

*Mors mea non careat lachrymis: linquamus amicis*
*Mærorem, vt celebrent funera cum gemitu.*

Accedat & alia cauſa penſitanda, ſepulchri .ſ. inſcribendi, nempe, quò legentes defuncti nomen, niſi aliud ſint prolaturi, ſaltem dicant, ſigno crucis præmiſſo, requieſcat in pace: ſiq; aliæ ſunt lapidum incidendorum cauſæ, vti leuiores, leui quippe negocio eas ad iam dictas poſſe reduci penitus cenſeo. viget hic, meo quidem iudicio, difficultas, numquid horum hæc ſit ambitio, &, vt aſſerunt quidam

Digitized by Google

quidam, iactantia, aut vanagloria: illorum autem ſuperbia, ſiue etiam exinanitio, & ſui ipſius proprium vilipendium: quæ ſi vera eſſent, firma adhuc perſiſteret difficultas, quippe quia partes ambæ peccarent, & quidem grauiter: cum non minus iactantia, aut vanagloria ſit peccatum, quam ſit ſuperbia, & illa ſui ipſius abiectio, ac vilipendium interea ſit hypocriſis; quocirca neutri erunt procul dubio laude digni: vnde ſuperſit cum ſapientiſſimo Eccleſiaſte colligere. Vanitas vanitatum, & omnia Vanitas. Occurrit menti meæ me legiſſe in quodam Luciani Samoſat. Dialogo, cui titulus Charon, ſeu contemplantes, ſex heroica carmina huic propoſito inſeruientia mirandum in modum, nempe, Salom.

*Mortuus eſto æquè tumuli qui neſcit honorem,* Luci.Sam.
*Et qui ſortitur ſpectandi funere ſaxi;*
*Atq; bonor vnus adeſt Regi Agamemnoni, & Iro.*
*Therſitæ & ſimilis Thetidos formoſus Achilles.*
*Vmbræ nam pariter ſiccæ, nudæq; pererrant*
*Aſphodeli campos perfracto vertice cunctæ.*

Cæterùm liceat mihi in præſentia fateri, quod ſentio. Gloria eſt quoddam ſupremum donum, imò bonum mortalium. Quiſnam tantos labores diurnos, nocturnoſq; domi, militiæq; ſuſciperet, ſi iiſdem finibus gloriam ſuam, quibus vitam, eſſet terminaturus? Optimi cuiuſq; animus maximè ad immortalitatem gloria nititur. Vix inuenitur, qui laboribus ſuceptis, periculiſq; aditis non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam. Omnes ego, qui magnum aliquid, memorandumq; fecerunt, non modò venia, verum etiam laude digniſſimos iudico, ſi immortalitatẽ, quam meruère, ſectantur: victuriq; nominis famam ſupremis etiam titulis prorogare nituntur. Si quis è communi hominum vita laudis, & gloriæ amorem ſublatum eijceret, quidnam ampliùs præclare rei nobis ille faceret reliquum? aut quiſnam facinus aliquod magnum, & memorabile concupiſceret? Breuis vtique vita data eſt homini, at memoria vitæ bene redditæ ſempiterna: quę ſi non eſſet longior, quam hæc vita, quis eſſet tam amens, qui maximis laboribus, & periculis ad ſummam laudem, gloriamque contenderet? Themiſtocles noctu ambulabat in publico, quòd ſomnum capere non poſſet, quærentibuſq; reſpondebat, Milciadis Trophæis ſe è ſomno ſuſcitari; hic cū ex eo quæreretur, quod ἀκρόαμα, id eſt dictum, ſeu iucū- idem Sam.



Digitized by Google

dam narrationem, aut cuius vocem libentiſſimè audiret, respondit, eius, à quo ſua Virtus optimè prædicaretur. Honos, mehercule, & gloria eſt Virtutis præmiũ: atq; ea profecto eſt iucunda laus, ac gloria, quæ ab his proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt: & præclarè cum ijs actum eſſe ſentio, quorum Virtus nec obliuione eorum qui ſunt, nec reticentia poſterorum ſepulta eſſe poterit: quippe gloria eſt illuſtris, & peruagata multorum, & magnorum, vel in ſuos Ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. legatur, legatur Cicero præter antiquos alios: legatur Oſorius, Nobilius, Nata, Caſſaneus præter recentiores alios de Gloria.

Cic.
Oſor,
Fla. Nob.
M. Ant. N.
Bar. Caſr.
Val. Flac.

*Tu ſola animos, mentemq; peruris Gloria:* dicebat

Valer. Flaccus in primo Argonaut. quocirca breuitati conſulens, ſpernentes famam, ac gloriam inglorios ego abſq; hæſitatione protinus æſtimarem,

Virg.

*Enſe leuis nudo, parmaq; inglorius alba,*

Dixerat Virgilius de Helenore nono Æneidos, quippe qui nullum aggreſſus fuiſſet facinus, nullam adhuc prouinciam ſuſcepiſſet veluti non abſimilem protulit ſententiam Horatius de ſeipſo ſecũdo carm. .ſ.

*Eſt celerem fugam Senſi, relicta non bene parmula.*

Neq; dicant iſti lucifugæ alteros eſſe tot Thraſones Terentianos tot milites glorioſos: quandoquidem veritas eſt filia temporis: & ſi vera præſcripſerint, veram laudem, ſi falſa, dedecus, ac ignominiam interea conſequentur; dicebat etenim Cicero, vt leuitatis eſt inanem aucupari tumorem, vt omnes vmbras etiam falſæ gloriæ conſectari: ſic leuis eſt animi lucem, ſplendoremq; fugientis, iuſtam gloriam, quæ eſt fructus veræ virtutis honeſtiſſimus, repudiare. an ignoramus, an excidit memoria quanto in precio ſint antiqua marmorea monumenta? vt vel decurtata, & mutila, & vel illorum fruſtula, tanquam gemmæ nobiles fuerint, in magna æſtimatione, ac precio teneantur? nonne ex marmoribus ſæpe rerum geſtarum hyſtoriæ retexuntur, vel ſaltem honeſtantur, ditantur, corroborantur? magnificant non pauci, qui .ſ. abſq. liuore legunt librum illum meum Epitaphiorum, forſitan iurè; qui nihilominus

abſq;

Digitized by Google

abſq; Epitaphijs nullus, aut nudus eſſet; & Flaccus de illis, quorum non fuerint hyſtoriæ, memoriæ, aut Epitaphia, dixit aliquando,

*Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli*
*Cauſa: ſed ignotis perierunt mortibus illi.* Hor.

Magis autem propriè idem auctor carminum libro quarto ad M. Loll.

*Vixère fortes ante Agamemnona*
*Multi: ſed omnes illachrymabiles* idem
*Vrgentur, ignotiq; longa*
*Noctе, carent quia Vate ſacro.*

quod ſanè proſaice tetigit Boetius ſecundo de cõſol. inquiens, ſed quã multos clariſſimos ſuis honoribus Viros ſcriptorum inops deleuit obliuio. Boet.

Cuiuſquidem mali, defectuſq; præcipua cauſa eſt torpor animi, qui, vt dixit Petrarca libro illo de Remedijs vtriuſq; fortunæ, cunctando ad inglorium finem cum multitudine ſe rapi permittit. Alexander ille Magnus cum in Sigæo ad Achillis tumulum aſtitiſſet, ò fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ Virtutis Homerum præconem inueneris. & verè: nam niſi ars illa extitiſſet, idem tumulus, qui corpus contexerat, nomen etiam obruiſſet. Vliſſes ille ſapientiſſimus ita loquitur apud Euripidem. Petr.

Eurip.

*Atquì mihi quidem viuenti in dies,*
*Et ſi puſilla habeam, omnia vtiq; ſufficiunt;*
*Sepulchrum verò cuperem honoratum*
*Meum conſpici; in longum enim hoc durat officium.*

Legitur ad hæc Machabeorum lib. primo cap. 13. in hunc modũ. Et planxerunt Ionatham omnis Iſrael planctu magno, & luxerunt eum dies multos. Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificium altum viſu, lapide pollito retrò, & ante: & ſtatuit ſeptem pyramidas, vnam contra vnam patri, & matri, & quatuor fratribus, & his circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam æternam: & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare: lib. Mach.

colligat

Digitized by Google

Fab.Gliſs. colligat modò aliter ex eius inſtituto Fabius Gliſſentius Dial. quarto eius Athanatophiliæ capitibus, 16 & 17 nihil moror. His igitur hunc in modum conſtitutis, diſticho hoc, quod Romæ legitur, regiſtrato; ad reliqua repedamus.

Marm.

*Certa dies nulli eſt: mors certa: incerta ſequentum*
*Cura: locet tumulum, qui ſapit, ante ſibi.*

Plin.

Enimuero dixit Plinius, Tam rara in amicitijs fides, tam parata obliuio mortuorum, vt ipſi nobis debeamus conditoria extruere, omniaq; hæredum officia præſumere.

*Opiniones ac ritus hominum plurium ſtruendæ cauſa ſepulturæ. Cap. V.*

Haud diſſimile forſitan eſt argumentum, cur iſtic, tum alibi, pauca, eaquè illuſtria Epitaphia videamus: homines .ſ. & mortualia vel naturaliter abhorrere: & maiorum ſuorum inſcriptiones nolle, vel in minimo, derogare: nempe, vt exemplo rem connotemus, adeſt ſepultura priſcorum è familia aliqua cum inſcriptione ſatis humili, aut etiam vuulgari: pro ſtatu, & captu hominis illius illam conſtituentis: euenit poſtmodum, vt eiuſdem familiæ ingenui, imò præclari, & inſignes exoriantur alumni: hi nihilominus, relicta veteri illa tumuli Inſcriptione, ſicco pede id negocij, quandoq; nec animaduertentes, tranſire permittunt, indignum fortè putantes, aut arrogans, cum faſtus nota aliqua ex litterarum ampuloſa, veridica tamen mutatione, illorum auctoribus de ſe bene merentibus memorias abrogare: ſicuti etiam qm̃ abhorrent homines, vt tetigimus; mortis, mortuariorumque memoriam triſtem nimis, cum ſcirent, penſitarentq; neceſſariò eam eſſe corporis huius, huius inquam nobilis compoſiti horrendam diſſolutionem, ac exterminium, & hac de cauſa clari alioqui homines oſcitanter prætereunt, & redduntur obſcuri, ne dicam nomine etiam, veluti corpore, re ipſa defuncti; hoc illud eſt forſitan, quòd Petrarca inter hetruſcos Clariſſimus in mortis triumpho innuit, quando dixit,

*Tutti tornate à la gran madre antica;*
Petr. *E l'nome voſtro à pena ſi ritroua.* Nempe,

*Ad ma-*

*Ad magnam antiquam matrem conuertitis omnes;*
*Et nomen veſtrum vix reperitur ibi.*

Vix etenim nomen doctorum, ac principum hominum glorioſum reperitur poſt mortem in terris, cum glorioſi vnà cum inglorijs tacitè vt plurimum tumulentur: & ſi inuenitur illorum nomen, vel in aliorum hyſtorijs, vel in proprijs operibus, vel deniq; ſi id à ſe ipſis procurauerint, in ſumptuoſis marmoribus, ac titulis reperitur: & hæc eſt illa uis, quæ, vix, dictione notatur, vulgò à pena, ideſt, quæ labore, ſumptu, periculis, aut aliqua generoſa induſtria, contra temporis, ac obliuionis iniurias acquiritur, & diutiùs obtinetur. Quot nam fuère Canonici, Equites, Doctores, vt Epiſcopos prætermittam, Taruiſij quoquo tempore glorioſi, ſi ab antiquioris illius, quod comperimus, Epitaphij tempore tantum modò calculos ducere incipiamus? Centenaria quippe inſignium horum hominum ſurrexère, qui quidem mortui in maiorum ſuorũ munimentis repoſiti, ne verbum quidem de ſe ipſis in inſcriptionibus ſepulchralibus reliquerunt; addã & illud, ꝙ veluti rẽ inauſpicatam aliqui ſepulturas condere prætermittunt (eſt etenim quædam opinio, eaq; ſuperſtitioſa non minus, ac religioſius obſeruata ab illis, qui tritum illud habent in ore prouerbium, Nido facto Pica mortua) verentes, imò etiam perinde, ac augurium mortis proximæ reputantes, conſtruere monumentum, condere ſepulturam; vt deinde ob hanc præcipuè cauſam ſummatur occaſio euacuandi, exenterandi referta cadaueribus ſepulchra: inquietandi inquam oſſa, & pulueres defunctorum.

*Grandiaq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris,* Virg.

Dicebat Virgilius: interim contra voluntatem, ac decretum conſtituentium ſepulturas penitus operantes, illorumque inſcriptiones irritas, falſaſq; prorſus reddendo: cum vt plurimum ſit in marmoribus inciſum, Hic talis, talis, & talium ſita ſunt oſſa, quod quanti fieret, quantum inq̃ deteſtarentur priſci homines, non eſt aliquis libros legens, qui neſciat, preſertim hyſtoriarum, tum Vlpiani, & aliorum iuriſcriptorum, vbi de ſepulchro violato: & pręcipuè Alex. ab Alexandro Dierum Genial. libro 6. vbi res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ, quæ apud veteres cenſerentur, examinat & tã Romana lege, quã Solonis, pæna grauiſſima indicta, cautum fuit, ne Vlp. Al. ab Alex

Digitized by Google

ne quis alienum buſtum violaret, aut deijceret: neuè quis ſepulchra delêret, aut alienum inferret in gentilicia. memini mè quodam in loco tale Epitaphium legiſſe.

QVISQVIS ES, Hoc te ſepultus rogat, ſua ne moueas,
Aut inquietes oſſa: vt qui viuus nunquam quieuerit,
ſaltem quieſcat mortuus.

Quod autem ad ridiculum illud prouerbium ſpectat, quod dicebamus, contrarium penitus ſentientes ſunt aliqui (idq; moris deteſtor omnino) qui ſternunt alacriter adeo, & lætanter has domos cadauerum ſempiternas, vt dum effoſſæ, ſtratæ, aptatæq; fuerint, illas ingrediantur, ſeſe in illis proſternant, procumbant, extendantq;: vbi commode ſe velut mortuos componentes menſurant, an, cum in eorum fata conceſſerint, bene ibi collocabuntur, ridẽtes interim, ac iubentes, vt eò fercula, panis, vinum, obsonia tunc afferantur, vbi fronte hilari reſidentes manducant, bibunt, propinant, geſtiunt perinde, ac ſi bacchanalia celebrarent. quod vidimus, teſtamur. non abſonum puto hic Epitafium Veronæ poſitũ recenſere.

Mihimet Felicianus Veronen. Sacrum conſt. Qui inquietus viuus, nunc tandem mortuus non lubens quieſco. Solus cur ſim quæris. vt in die Cenſorio ſine impedimento faciliùs reſurgam.

Cæterùm, vt ad penſum reuertar, ſi forte fortuna alicui ex aduerſo propria Epitaphia typis publicanda minimè placuiſſet, quod vix adducor, vt credam: ſciat illum, eiuſuè auctores in marmore publicè exculpenda pariter curare non debuiſſe, an non vel exterus quilibet liberè valet ea deſcribere, & publicare? quòd ſi dixerit id factum duntaxat ad proprium tumulum vniuerſæ familiæ internoſcendum: ſciat & illud, dena, quinquagena, & centena eſſe marmorea monumenta, in qubus ne verbum quidem inſcriptum eſt: nihilominus nullum intercedere errorem in cadaueribus inhumandis, nullam mutationem: norunt bene omnes, qui ſunt ex familia, ipſorum hanc perpetuam domum: norunt hæc clerici, monaci, æditui præſertim, norunt ſepulchripetæ veſpillones; tunc quidem accidit, vt ignorentur huiuſmodi ſepulturæ, quando ex conſtituentis incuria, ſiue inſcitiam malis dicere, ſeu ſuperbiam, nulla familiæ mentio in marmore facta fuerit, & deficit poſterorum linea, ac deſcendentia, vt proinde ſæpius alijs inhumandis cadaueribus

Digitized by Google

rimus etiam aliquo exiſtente ſuperſtite abraſis litteris fuiſſe alienis, ſeu alienigenis etiã perſonis huiuſmodi marmora adiudicata: quod paſſim quippe hic, illic conſpicere integrum eſt: & quod deploro nõ minus, ac valde abominor nobiliũ non ſemel atq; Equitũ inſignia, ac Epitaphia dempta, abraſaq; conſpectamus: & ſubinde ſertali reſtiario, ſutori, aut Ephippiario marmora conſignata, tabernæ, aut officinæ rudi ſigno interea ſuperiniuncto. Vt ſubinde eueniat illud quandoq;, quod contigit ſuperiori ſæculo in Cauedio Franciſcano: vbi in rubro marmore ſic inciſum eſt.

INSIGNIA SVPRASCRIPTA
INDEBITE ABRASA
IVSSV SVPERIORVM RESTITVTA
AVGVST. VRSIN. LV. IVRIS DOC.
COMITE, ET MILI. FILIO
PROCVRANTE.

*Quòd Sepulchrorum amor, Reliquiarũq; defunctorum ſit hominibus inteſtinus, exemplis probatur. Cap. VI.*

IAm verò qua veneratione antiquitas ſemper coluerit, atq; obſeruarit Monumenta, ſepulchraq; mortuorum, nemo, vt credimus, eſt, qui neſciat .ſ. quòd maxima: & quòd pro illis pugnabant, veluti pro aris, & focis, & pro penatibus ſuis: & ſi quid contra per aliquos factũ fuiſſet, quod vlciſci minimè poſſent, diris, ac maledictis protinus, ac diu penitus inceſſebant, atq; execrabant, non referam, quæ infra leges leguntur, vbi de ſepulchro violato, de ſacroſanctis Eccleſijs, de ſumptibus funerum, & huiuſmodi neque tot hyſtoricorum paſſus adducam, vt huiuſcemodi comprobem veritatem omnibus ſatis notam: referam tamen aliquod Epitaphium, quod præ ſe ferat ſanctum hoc defunctorum perinde, atq; viuentium deſiderium, vt citiùs inſtitutum penſum abſoluam. Romæ trans Tyberim reperitur hoc Monumentum.

*TV, QVICVNQVE titulum noſtrum legeris, rogo per*
*Superos ſic vt ad inferncs partes receptaris,*
*Ne velis tribus ſepulchris moleſtari.*

M E tin

Digitized by Google

Et in æde Sanctę Anaſtaſiæ extat id nobile Munimenti Fi deicō-miſſum.

D. M.

MARCVS AVRELIVS ROMANVS, ET ANTHISTIA Chreſima Vxor eius, Fecerunt ſibi, & liberis, poſteriſq; eorũ: itē libertis, libertabuſq;, poſteriſq; eorũ. Monumentum cum AEdificio neq; mutabitur, neq; Veniet, neq; donabitur, neq; pignori obligabitur: ſed nec vllo modo alienabitur.
Ne de Nomine exeat Familiæ ſuæ.

Vbi, & alterum non minus dignum ſpectatur: in quo ad finem ſic eſt inſcriptum;

FIDEI VESTRAE Committo, nequis vendat, aut abalienet. H. M. H. N. S. Sed vt His, qui ſupraſcripti ſunt per me, & Meos, poſteroſq; ſingula hæc beneficia facienda præſtabuntur.

Præterea inter Baias, & Auerſam repertum eſt longius Epitaphium in cuius fine hæc leguntur.

SIVE SERVVS, ſiue Libert. ſiue liber inferatur nemo. Secus qui feceri Mitem ISIDEM iratam ſentiat. Et ſuorum oſſa erruta, atque diſperſa videat.

Id autem Capuæ.

INFERRI Hoc non licet, niſi quorum nomina ſcripta ſunt. Et quibus cauero. M. POMPEIO Ithaco, Pompeiæ Vrbanæ ITHACI Conlibertæ.

Ibidem vetuſtiſſimum.

STABERIAE P. L. FLORAE oſſa hic ſita ſunt.
Rogo te, Mi Viator, Noli mi nocere.
Rogo te, mi Vator. Noli mi nocere.

Iſtud apud caſtellum capuanum:

GN. POMPEIVS Euphroſinus, & Lemia Gemella vxor, Ex omnibus bonis ſuis hoc ſibi ſumpſerunt.

Et apud Bucinum Lucaniæ oppidum eſt tale marmor.

IN QVEM induxi Sarcophagum, in quem dum receptus fuerit Corpus meum, nulli vnquam liceat accedere, neq; vexare oſſa mea.



Digitized by Google

Non filius, neq; nepotes, neq; de affinitate vllus. Si quis autem Infringere, vel aperire auſus fuerit, iſtum inſerci pœne Nomine Reip. Folies mille ſane NEVIA PRISCA ſi permanſerit Vſque in diem finitionis ſues, recipietur ibi iuxta maritum ſuum.

Et Neapoli reperitur hoc marmor, non antiquum tamen.

ANTONIVS ROTA, & Lucretia Blancia Viui ſibi monumentum poſuère, & qua vixère concordia, vt mortui quoq; vna conquieſcerent. Neuè eorum inquietarentur oſſa cauerunt. Ne quis homo omnino monumentum ſequatur. Bene viuant Boni Coniuges. Bene etiam moriuntur.

Et Pontanus in Eius Coniugis Epitaphio poſt multa ſic in marmore reliquit inciſum.

HAVE igitur mea Hadriana: Vbi enim oſſa mea tuis miſcuero Vterque ſimul bene valebimus. Viuens tecũ vixi ann. XXIX. Dies IX. Victurus poſt mortuus æternitatem æternam. &c.

Qui idem Iouianus Pont. poſt annos XV. ſibi Epitaphium parauit, quod ſic orditur.

Viuus Domum hanc mihi paraui, in qua quieſcerem mortuus. Noli obſecro, iniuriam mortuo facere, Viuens quam fecerim nemini. Sum etenim Ioannes Iouianus Pontanus, quem amauerũt viri probi: Honeſtauerũt Reges Domini. Scis iã qui ſim, aut qui potius fuerim. Ego verò te Hoſpes Noſſe in tenebris nequeo, ſed te ipſum vt Noſcas Rogo. VALE. mortuus eſt anno Chriſti MDV.

Et in alijs locis multis perinde, atq; legitur apud nos illud Dominici de Monico, quod inter legum Doctorum monumenta com peries regiſtratum. nec pigebit adhuc ſuccenturiare duo alia Romana, ac proinde antiqua Epitaphia huius generis, quæ mihi vide re contigit percurrendo oculis maximum Iani Gruteri librum Inſcriptionum totius Orbis Romani: tertium inibi viſum non ſatis recens, ſed Chriſtianum, inſuper ſubſtruendo. en, antiquitatum curioſè lector. Ian. Grut.

Dis Manibus.



Digitized by Google

C. LARINATIS Attici. quod ſi Quis oſſa Eius proiecerit,
Aut Hanc Aram apſtulerit, Habebit ſacra
ISIDIS illius Quieta irata.

Alterum itidem Romæ.

A. TERENTIVS Terẽtiæ Domiti l. Heracleo Quisquis es Homo,
& Vos Sodales meos cunctos Rogo per Deos Superos,
Inferoſq; ni Velitis oſſa mea Violare.

Adhuc Romæ in Baſilica quatuor Coronatorum

Omnes Qui intratis in hanc Aulam Dei orationem orate PRO me
peccatore. Si Deum Abeatis Protectorem. Quia cod eſtis fui.
Et Quod ſum eſſere abeatis. & ſi quis ſe præſumpſerit contra
hunc tumulum meum biolare abeat inde inquiſitionem
ante Tribunal Domini noſtri.

Cic. Cicero libro ſecundo de legibus ſic ſcriptum reliquit. De ſepulchris autem nihil eſt apud Solonem amplius, quàm nequis ea deleat, neue alienum inferat: pænaq; eſt, ſi quis buſtum, aut monumentum, aut columnam violarit, deiecerit, fregerit. nec ab re, aut indignum, quod reponatur, eſt id, quod ſequitur in ſaltu Maciano inuentum, ac recenſitum a Didaco Couaruuias Variarum reſolutionum iuris, &c. libro quarto.

C. Suberius C. F. Pompt. Calenus. Qui oculos ab occidente Italia
auertens cum multis amicis tranquillitatem expectantib. Hyſpa-
Dida. co. niam veni; vbi ſæuiſſimo coorto bello mortem cum vita com-
mutaui, Vos filij in viu. parent. pientiſs. in mortuum pien
tiores patern. cineres ex hyſp. exportate, communiq;
ſepulch. condite, quò auitis cineribus immixti ſacro
gaudeant anniuerſario parentari.

Libet hoc caput claudere his Pauſaniæ verbis, quæ in prima eius librorum facie regiſtrata comperiuntur, nempe. Et non longe à Pauſ. maximo, de tribus portu, Themiſtoclis ſepulchrum: ſiquidem Athenienſes, ſui aliquando facti in Themiſtoclem pœnituiſſe tradunt: atq; eius oſſa ex Magneſia recepta ab ipſius neceſſarijs in patriam reportata. cùm & in Arcadicis idem ſic referat. Oſſa Philopæmonis Arcades Megalopolim reportarunt; in quo ſanè viro bonorum, & fortium Virorum omnis propè eſt in Græcia conſum Can. pta progenies. porrò habetur ad hæc id regiſtratum in Canone de conſecratione diſtinct. prima cap. 37. Corpora Sanctorum nullus

transferre

Digitized by Google

transferre præſumat ſine Conſilio Principis, vel Epiſcoporum, ſanctæq; Synodi licentia. Tanta eſt ſeruandorum, cuſtodiendorumq; in proprio loco cadauerum cautio æquè, ac deſiderium: ac demum in illis amouendis dignitas, & religio.

### *Quòd Epitaphia latinè ſint inſcribenda, & quare ſint omnis generis. Cap. VII.*

QVod autem ad rem noſtram attinet, ò mei Ciues, ſi aliquod vulgare Epitaphium, lingua inq̃ vernacula conflatum, à me latinum redditum fuerit, id vitio mihi quæſo, non imputetur: cum potiùs laudem videar meruiſſe, quoniam iſtud egerim ob illius familiæ decus, ac dignitatem; latinè ſiquidem fore ſcribenda legimus Epitaphia, nempe vt maiorem contineant grauitatem, ac reuerentiam: nec mehercule optimum eſt, vt ab omnibus hæc paſſim intelligantur: non etenim cupiunt homines, vt apud ruſticos & ſordidos eorum memoria conſeruetur, ſed in nobilium, ſapientumq; virorum ore verſetur diutiſſimè; Idcirco græci poetę ea quatuor Heroicis Carminibus, quod etiam Solonis lege cautum fuerat, inſcribebant; Quapropter non debent omnibus exponi litterarum pulcherrima Monumenta, ne præ abundantia, atq; ſatietate apud multos ſordeſcant, vileſcant vè: dum etenim æq; imperiti, atq; periti homines ea intelligerent, nihil in his a prudentibus, & bene doctis viris differrent ſtolidi homines, ac vulgares. Quòd ſi tot alia, materna ſanè lingua conſcripta, eaq; hominum vt plurimum vulgarium prætermiſero, ne pugillo Ciuitatem vniuerſam claudere voluiſſe videar: & ne humiliori, viliori uè huiuſmodi additamẽto opus noſtrum vileſcat, id factum puta. Nihilominus ſi viderit interea quiſpiam Epitaphia non nulla, tametſi latina fuerint, inſipida, pinguia, leuia, & id genus alia abſq; vlla arte compoſita, ne miretur: neq; propterea credat me mihi ipſi contrauenire: ſiquidẽ in vniuerſo, in Ciuitate qualibet, & in iſta pariter, ſunt Epitaphia, veluti homines: õnis generis: nõ õnes docti, nõ õnes ſapiẽtes, nõ õnes illuſtres: ſũt & inſipidi, & pinguis mineruæ, & leues, &, quod vno verbo concludam, vulgares pleriq; homines, ac ineruditi: quorum aliqui marmor proprium voluerunt Epitaphio, vt vt ſors dederit, deſignare: ſinepoeia autem, & propoſitum me impulit meum ad ea, quoniã & latina, qualiacunq; fuerint, in medium afferenda; ꝙ ſi quis inſulſum, indecorum, ac vilem propterea dicere voluerit librum



Digitized by Google

brum meum, perinde illum flocci pendam, & negligam, ac facerem, ſi quis dixerit hominem eſſe brutum, & turpe pecus, quoniam ſicuti beſtiæ faciunt, manducat, bibit, mingit, atq; egerit, nullam habens rationem rectitudinis corporis, decoris faciei, oris ſublimitatis, exteriorum, interiorumq; ſenſuum ad amuſſim diſpoſitorum: ad hæc, ſenſus communis, imaginatiuæ, phantaſiæ, cogitatiuæ, æſtimatiuæ, memoriæ, reminiſcentiæ, intellectus item, mentis, ac liberæ voluntatis, animæ inquam rationalis, quæ omnium creatorum, præterquam angelis, eſt quid ſpecioſius, excellentius, diuinius: quæ eſt propemodum mundi totius Epilogus, perfectio, atq; endelechia, quæ eſt æuiterna, ſempiterna, perpetua, & immortalis.

Lud. Viu. exer. ling. lat. c. 2.

*Quòd ab hoc opere nec hyſtoria, nec Ciuium Catalogus expectetur, aut commendatio, niſi inquantum in fine operis per Epilogos Illam, illorumq; plurimos, ex publicata Doc. Bonifacij recenſebo. Cap. VIII.*

INſuper minùs Ego crediderim (& id dictum volo) aliquem in hoc libro meo velle propterea Taruiſinam hyſtoriam, egregiaq; Taruiſinorũ Ciuium facinora penitus perluſtrare: neq; hoc in præſentia meũ eſt inſtitutum: cum ex profeſſo hæc fuerit lingua noſtra à Ioanne Bonifacio Doctore percelebri, atq; Aſſeſſore probatiſſimo (quod in Epitaphiorum ſermone ſeptimo iam prædixeram) alacriùs præſtita, ac diligentiùs abſoluta: cuiuſquidem hyſtoriæ in meis illis Dialogis non fui certè, vt cernitur, aut inſcius, aut inanis: imò quidam vocant hyſtoriam eiuſmodi librum meum, veluti Gruterus ille Antiquarius nunquam ſatis laudatus, recenſẽs vnum ex Epitaphijs Poliphili, ſic aſſerens. Producit iſtud Burchelatus in Hyſtoria ſua: & Georgius Pilumnus Doctor Bellunenſis in eius hyſtoriæ libro 3. recèns editæ ſic adſcripſit, come narra il Burchelato Fiſico Triuigiano nella ſua Hiſtoria, ad hæc non expectet aliquis in hoc opere noſtro ſingillatim cunctos generoſos, glorioſoſq; Taruiſinos homines intueri, aut etiam ſingulas paſſim elatas ilorum familias: tum quoniam non ego eorum, illarum ve exactum catalogum texam: tum etiam quoniã & prædefunctis famĩlijs, & alijs indies nobilitandis aliquatenus viderer ſic defeciſſe: vt præterea quiſpiam minimè valeat expectare me relatorum Virorũ laudes, ac merita explicaturum, quemadmodum cernitur factum à Bernardino Scardeonio libro illo aureo de ſuis Ciuibus Patauinis

Io. Bonif. — Ia. Grut. — Geor. Pil. — Bern. Scar.



Digitized by Google

perinde, atq; a Bartholomæo Peregrino in Vinea illa ſua Bergomeis ſuis, quin & exteris adeo grata: cuius quidem operationis (ni fallor) ieiunus haudquaquam fui, dum ſeptem illas Epitaphiorum Sectiones cum Alexandro Vonico latiùs pertractarem. Bar.pereg. Equidem ſcio Nicolaum Maurum Doctorem indigenam circa Taruiſinas Familias, earumq; origines grandi ſtudio laboraſſe, adeo, vt librum integrum compoſuerit exquiſitum. eia curioſi, ac ſtudioſi ciues, ætas eſt illi vltima, figura mundi præterit, cogite illum, ſumpto amoris veſtrum, & patriæ medio, vt tandem proferat in publicum tantum opus, nobis omnibus futurum quippe gratiſſimũ. obijt hic. maij 1618 Cæterùm audite, ó ciues mei cariſſimi, ſuſtinete tantiſper, dum Epitaphiorum, Elogiorumq; hominum defunctorum ordinibus cum adiunctis mihi propoſitis finem imponam: &, ne in hoc aliquibus defeciſſe videar, vobis ſpondeo libri noſtri coronidem adeo veſtrùm propriam, vt niſi eam hyſtoriæ Taruiſinæ ſummam dixeritis, & compendium, ſaltem Ciuitatis noſtræ actionum perilluſtriũ, ac ſucceſſuum: præclarorumq; ciuium facinorum, aliorumq; his attinentium per Epilogos, per Elogia ad certum numerum, ab ouo ad nuces, ab eius inquam origine ad hæc vſq; tempora ſpecificam narrationem à reliquis quibuſcumq; alijs denudatam, ſitis auidiùs perinde, ac breuius quantum potis fuerit, conſpecturi.

## *Cur aliqua poſuerit Epitaphia, ac Elogia, quæ non extent: & ſi quæ liquerit. Cap. IX.*

VLteriùs ſi viderit quiſpiam Inſcriptiones aliquas, titulosq; Epigrammata, iſtic repoſita, quæ in marmore inciſa, ſiue depicta muro haudquaquam conſpiciantur, ne miretur, aut doleat: quoniam id euenit, vel quia tumuli ad tempus conditi lateritij poſtmodum fuère deſtructi, & cum his Epitaphia corruerunt: nos autem eorum exemplum fuimus à ſenioribus expiſcati: ſeu quòd adhuc ancipites aliqui noluerunt illa reponere, quantumuis parata, fuerunt autem nobis credita: veluti & aliqui nobiles, ac præcellentes Viri liquerunt, & linquunt eorum poſteris grauioribus titulis eſſe marmor cohoneſtandum; cum nihilominus ex iſtis aliqui, vt dicebamus, aut neglexerint, aut ea obliuioni penitus comendauerint, quorum aliqua nos æqui, boniq; conſulentes conflauimus, & cum his regiſtramus; vel poſtremò ſi aderit iſtic Epitaphium, Elogiumuè aliquod a me, ſiue ab alio quopiam excitatum

honoris

Digitized by Google

honoris gratia alicuius, de nobis, aut de patria, aut de Repub. litteraria optimè meriti: veluti etiam pietatis ſtudio, ac obſeruantiæ, ne alicuius, vſq;adeo Virtutibus inſigniti Viri, perpetuò memoria delitescat: credo medius fidius neminem eſſe propterea doliturum, mihiuè etiam detracturum: niſi voluerit iſte me de bono opere lapidare. Vereor & aliud è contrario, aliquot fortè fortuna Epitaphia, eaq; relatu digna, fuiſſe a me in præſentia prætermiſſa, vt quæ non viderim, quippe quæ fuerant ſub ſcamnis, ſub ſuppedaneis abſcondita, aut poſt parietes, aut tellure, itemq; gramine cooperta, aut etiam nondum expoſita, ſiue quopiam caſu alio mihi incognita: non quidem ex animo, ac de induſtria: cum lęter admodum nimis, dum aliquod a me priùs non viſum Elogium, aut epicedium, mihi fit poſtea caſu aliquo manifeſtum, quocirca ægrè feret quidem iniuria: & præter rationem carpet quicumq; me incuſauerit malitiæ, aut negligentiæ.

## *Cur non Comperiantur antiquiora Epitaphia. tum de mutatione Vrbium ac interitu.* Cap. X.

VErum enim vèro vnum adhuc, illud.q; magnum, in hoc propoſito mihi penſitandum propono: quod inquam ex quo tempore Taruiſina Ciuitas fuit à B. Proſdoſimo Patauij primo Epiſcopo baptizata, hucuſq; vltra mille, & quingentos, & quinquaginta anni præteriere: & Templa prius Deijs, ac Deabus inferis conſtructa, præſertim Diuæ Prudentiæ trinam ferenti faciem, numini præcipuo, ac tutelari: tum & alia tot, tantaq; extructa denuo, Chriſto Domino, Beatæ Matri Mariæ, & ſanctis particularibus, tum & ſimul omnibus dedicata, illorumq; ſacris nominibus nuncupata: in quibus, in quorumuè Cęmeterijs, ſiue alibi ad pomeria, mortui homines continuatis temporibus proculdubio condebantur: nec propterea vllum Epitaphium adhuc comperi Chriſtianum, quamuis ſedulò, ac diligentiùs indagaſſem, quod ante quadringentos, & minùs annos fuerit exaratum: vt propterea iudicem id iniuria temporum potius eueniſſe, quam quod non fuerint compoſita, & expoſita pro ratione, & natura illorum temporum, epitaphia: vt inquam coniectarer ego temporaria in muris, ſeu tumulis deſcripta Elogia pennicillo, quam facillimè decidiſſe, fuiſſeq; deſtructa, & abolita in reformandis, in incruſtandis, in dealbandis Eccleſijs, in remouendo huiuſmodi tumulorũ impedimenta, præ-

ta, præſertim dum non ſuperat aliquis ex familia: opere inquam tectorio vt plurimum, ſiue albario, ſiue marmorato, læuigatis muris, ac tunicatis; marmorea verò Elogia pariter fuiſſe deſtructa, abſcondita, aut adnihilata, tum propterea, quia obruta ſunt terris, & ſepulta ſepulchra ipſa, vel maceriebus, ac ruinis, & ruderibus cooperta ſuperq; ſatis, tũ propterea qa conceſſa fuerint marmora inſcijs, aut iniquis deſtructoribus litterarum: tum etiã auocando in alios vſus huiuſmodi lapides ſubtus, vel ſupra terram, in fundamentis ædificiorum, templorum in primis, in parietibus, pergamis, ſuggeſtis, podijs, gradibus, mutulis, antibus, aris, columnis, paraſtatis, porticibus, arcubus, puteis, liminibus, limitibus, & vel ſub ſtillicidijs reponendo, adeo vt longa annorum ſerie omnia illa Epitaphia, quotquot fuerint Taruiſij ante illud Nordiliorum anni MCCXXXVIII. huiuſmodi infortunia paſſa ſint. comperi nihilominus in ædicula S. Nicolai infra Canonica Templi Cathedralis marmor, & quidem Nobile, quod infra opus, ſecus primi libri initia inuenies regiſtratum, quòd ſanè iam quingentis, & triginta annis conflatum eſt. Deplorandum ſanè facinus, ſiue damnum: cum alioqùi per hyſtorias videre ſit integrum ante hæc tempora, ante hæc ſæcula etiam fuiſſe Taruiſinos armis, & litteris glorioſos. An nõ fortaſſe idemmet infortunium ſunt paſſura aliquando & hæc Elogia, ac, quæ deſcribimus, Epitaphia? ita ſanè, nulli dubium: cum quotidie videamus hinc inde eiuſmodi fieri iacturam.

*quoniam longæua vetuſtas*
*Cuncta ſitu inuoluens, & res, & nomina delet.* Fracaſt.
*Nec monumenta Patrum ſeri videre nepotes.*

Quod dixerat inclitus Syphili doctiſs. Fracaſtorius. ſic autem Iuuenalis ante illum per ſecula, Sat. X. Patriam tamen obruis ipſam Lucun.
» Gloria paucorum: & laudis, tituliq; cupido Hæſuri ſaxis cinerũ
» cuſtodibus; ad quæ Diſcutienda valet ſterilis male robora fici. Mart.
» Quando quidem data ſunt ipſis quoq; fata ſepulchris. vnde Martialis, Marmora Meſſalæ findit caprificus, & quæ ſequuntur, & Meninus in quodam eius Epigrammate. ſic colligit,

*Abſumtrix rerum tantum valet ipſa vetuſtas.* Qđ.Men.

Læderem quippe aliquot, nec vulgares homines, ſi non pauca his temporibus è medio ſublata Epitaphia magnifica minime recenſerem: læderem autem plures, ſi ſurreptis tumulis, pinguiora

N ſuffecta

Digitized by Google

ſuffecta Epitaphia, ſcriptitarem: Sileo idcirco, contentus innuiſſe, quòd viderim, quòdq; & mihi propemodum euenit in altero iuriũ meorum ſarcophago ad D. Laurentij, alij ferme adiudicato, quippe quia inibi cadauera poſt decennium, non ampliùs ſint illata. Quapropter cum meminerim maiores rerum mundanarum reuolutiones peractas, euerſaſq; fuiſſe quandoq; Ciuitates, & integra regna: quòd ſanè deplorabat Iuſtus Lipſius in quadam eius Epiſtola de rerum Belgicarum interitu ſummè dolens, his inquam verbis, propoſito huic meo ſatis accommodatis, nempe. Quid eſt Homo? lutum, vt ille ait, ſcitè miſtum. Quid vita? hemina vna ſanguinis, quam quilibet leuis caſus rumpit, quælibet febricula corrumpit: ſolus animus, & eius actiones, æterni. Vides hoc pulcherimum mundi corpus? ruet aliquando. Vides hanç Belgicam noſtram? iã ruit. ne indignemur interitum aliquot hominum, cum cadauera futura ſint cæli, terraq;, quod ſane propoſitum Douza in iambo illo ad eiuſdem Lipſij librum de Conſtantia, his verſiculis monſtrat valde.

Lipſ.

Ian. Douz.

*Vbi illa iam imperare ſueta Regibus*
*Superba ſepimentium?*
*Vbi Mycenæ? vbi inclyta Vrbs Agenoris,*
*Corythus, Argos, Ilium?*
*Minuta, magna, ſumma, & ima reſpice:*
*Perenne ſub polo nihil.*

Et Ianus Vitalis quatuordecim carminibus de Roma pariter loquens: quorum prima ſunt hæc,

Ian. Vit.

*Qui Romam in media quæris nouus aduena Roma,*
*Et Roma in Roma nil reperis media:*
*Aſpice murorum moles, præruptaq; ſaxa,*
*Obſitaq; ingenti vaſta theatra ſitu; &c.*

Laz. Bon. Et Lazarus Bonamicus noſter Baſſianenſis.

*Vos operum ſtratæ moles, colleſq; ſuperbi*
*Queis modo nunc Romæ nomen inane manet:*
*Voſq; Triumphales arcus, & cæloq; Coloſſi*
*Æquati, Parijs cæſa columna iugis:*
*Edita Pyramidum faſtigia, templa Deorum,*
*Digna vel æthereis amphitheatra locis:*
*Vos æui tandem attriuit longinqua vetuſtas,*
*Vos longa tandem fata tulère die. &c.*

Lau. Schr. Quæ apud Laurentium Schredærum in eius Italiæ monumentis: quòd

Digitized by Google

quod & nos in 4. Epitaphiorum Dialogo colloquentes diximus de Altini, Concordiæ, & Aquileiæ finitimarum nobis Vrbium excidio deplorando; de quibus in prima Elegiarum Gregorius Oldouinus ſic eſt locutus.

*Vrbes euerſæ, quarum veſtigia nuſquam* Greg.Old.
*Et quarum tandem vix Monumenta manent.*
*Vix nunc apparet Concordia, Ceneta, magnæ*
*Vrbes, nunc Villæ, prædia, rura, ſolum.*
*Emporium Latio vix nunc Aquileia ſuperſtat,*
*Quæ celebris, diues Vrbs opulenta fuit.*
*Altinum nuſquam, nuſquam tot mœnia: cerne,*
*Paſcua, canna, palus, & loca ſenta ſitu.*

Et poſteaquam ſermo incidit de Aquileia, legat, obſecro, ingenuus lector, carmen illud mirabile, neſcio an admirabilis Poſſeuinij quẽ nõ ſemel hic Taru. Molino Epiſc. noſtro in terris agente, in Epiſcopio fuimus allocuti: quod ſanè in illius Bibliotheca ſelecta ſecundi Tomi libro 16. legitur ad Vincentium Pinellum Clariſſimũ Virum iam Patauij nobis cognitum; quod quidem (poſteaquàm auctor tanti operis dixerat de Aquileia, Porrò ad viciſſitudem rerum humanarum contemplandam præſtat huc carmen adtexere) ſic incipit, Ant. Poſs.

*Pinelle Egregi, qui genus inclytum*
*Splendore ingenij clarius efficis,*
*Huc aduerte animum, dum tibi carmine*
*Pingo viſam Aquileiam.*
*Quamquam, heu nulla mihi viſa Aquileia eſt;*
*Vix ſparſos cineres, atraq; fas datur*
*Aſpectare oculis buſta: fuit, fuit* Ant. Poſs
*Tanti gloria nominis, &c.* finit autem
*Ad Quid multa? quod eſt diues opum Tyrus,*
*Quod Carthago ferox: quod Caput Vrbium &*
*Orbis Roma: quod & protinus omnia*
*Fient: hoc Aquileia eſt.*

Commodum crepet latrator: cur prætermittam Octauij Menini carmen ſimile, in eius Ode, cui titulus, Scriptorum Thuani immortalitas?

*Teſtis Coloſſus clara Rhodos tuus,*
*Strataq; vaſto pyramides ſolo,*
*Teſtes tot Vrbes, Vrbium nunc*



Digitized by Google

Oct. Men.

*Plena Cadaueribus ſepulchra.*
*Teſtis meæ tu eheu Patriæ Caput,*
*Tot fæta quondam Ciuibus, artibus,*
*Armiſq; , nunc tantùm ruuinis,*
*Et tumulis Aquileia nota.*
*Abſumit ætas omnia ſcilicet,*
*Deletq; res, & nomina, nec Patrum*
*Collapſa iam ſeri Nepotes*
*Aſpiciunt opera, & labores.*
*Illa illa tantùm libera caſibus,*
*Nulliq, fato, temporis aut fuga*
*Subiecta viuunt, eruditæ*
*Quæ fabricant monumentù dextræ. & cæt.*

Ro. Amaſ.

Et tandem, vt alios prætercam, Romulus Amaſæus ad longum in Epiſtola in Pauſaniã, de priſca Græcia, loquẽs & pręſenti, ſic colligit. illa poſtremò, quam reliquæ omnis orbis terrę partęs ornamẽta, & operum oſtentabat inſignia: Hęc quod ſpectandum aut viſendum ſit, nihil omnino amplius habet; quam ruinoſa męnium veſtigia, & veluti lateris, ac putris cadaueris ipſa iam conſumptas, & abolitas temporis diuturnitate reliquias. nec præteribo Equidem alterius proſaici ſcriptoris Conſilium, relatu dignum, de Romę præſertim excidio: Ioannis Baptiſtę Egnatij .ſ. in ſecundi ſui libri Romanorum Principum initio, nempe: ſequitur ab hinc ętas, in qua mihi Orbis totius clades. regnorum triſtes exitus, imperia funditus exciſa, mutationes rerum frequentiſſimę referendę ſunt, vt intelligat mortalitas nihil eſſe inconſtantius ijs; quę tantopere, vt ęterna, miramur. Adeo .n. vitę, fortunæq; iſta bona, in quibus opinione vulgi ſita ſumma felicitas eſt, fragilia, caducaq; ſunt, vt nihil his eſſe poſſit cladibus, ruiniſq; magis obnoxium; quod cum cętera illa Aſię imperia, tum vero nominis Romani maieſtas facile declarat: quę felicibus auſpicijs orta, lætiſſimis rerum ſucceſſibus aucta Viris clariſſimis inſtructa, quorũ virtute, ac conſilijs ad ampliſſimũ faſtigiũ ſit euecta, legibus, inſtitutis, Deũ pietate illuſtrata, conciderit tamen, & fũditus euerſa ſit &c. Sed ad penſũ iã reuertamur. ſciremquè idcirco nihil perpetuũ hic inferius permanere, futurum quandoq; vt vel incuria hominum, vel iniuria temporum, ſeu bellorum, ſeu ignium, ſeu inundationum, aut deuaſtationum, aut ruinarum corruentium Templorum, ſiue parietum, vel quarumcumq; aliarum calamitatum, quas Deus auertat:

Egnat.

(Hinc

*(Hinc venti rabies, hinc læuo quaſſat hiatu.*
*Fundamenta ſolo trepidant, vrbeſq; caducæ.* Extrema Virg.

Hæc noſtra Taruiſina Epitaphia, ac monumenta, ne dicam Tēpla, domicilia, & mœnia, deniq; ſint caſura, interitum, finemq; penitus habitura; vtar Lucani verbis ſeptimo pharſal. in fine.

*Omnia maiorum vertamus buſta licebit:*
*Et ſtantes tumulos: & qui radice vetuſta*
*Effudere ſuas victis compagibus vrnas.*

Operis precium pariter me facturum putaui, ſi huiuſmodi onus ſuſciperem, colligendi, regiſtrandi ordinandi, ornandi, quinetiam publicandi hæc cuncta dictata, has omnes inſcriptiones typorum medio, quibuſcumq; forte fortuna ſeculis, vtcumq; reſeuenerit, integra, ſimulq; duratura, ad gratiam, & gloriam Taruiſinorum Ciuium, quos Ego ſummo amoris ſtudio proſequor, velint, nolint: quorumq; honores, ac merita celebrare ſēper omnibus rebus meis præferre non dubitaui: vtcunq; rependatur amor,

*Nam neq; Pyramidum ſumptus ad Sydera ducti:*
*Nec Iouis Elæi cælum imitata* Domus:
*Nec* Mauſolæi *diues Fortuna ſepulchri* Proper.
*Mortis ab extrema conditione vacat.*
*Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores,*
*Annorum aut ictu pondere victa ruent.*
*At non ingenio quæſitum nomen ab æuo.*
*Excidet: ingenio ſtat ſine morte decus.*

Dixerat Propertius libro tertio, quem æmulatus Meninus, proſequens, quæ ſupra retuli ex illius penu, ſic præcinit.

*Ter ò beati, qui ſibi conſulunt,* Oct. men.
*Æternitatem nominis & parant*
*Doctas per artes, nunc legendo,*
*Quæ veterum vigilata cura;*
*Nunc lucubrando, poſtera quæ legens* Miretur *ætas. &c.*

Neq; me mali ominis, vt malum hominem, incuſet quiſpiam: quæ duo, obſecro, tollat Deus; meq; excuſent interea verba Lipſij in eius de Conſtantia libro primo ſic ſonantia. Vnus ſub Tiberio terræmotus duodecim celebres Aſiæ Vrbes euertit: totidem Campaniæ oppida alias ſub Conſtantino: & vnum aliquod Attilæ bellum plus centenas. Veteres AEgypti Thebas vix fama retinet: Centum Crætæ Vrbes vix fides. &, vt ad certiora veniam, cadauera Carthaginis, Numantiæ, Corynthi priſci viderunt, & mirati ſunt

nos

Digitized by Google

nos Athenarum, Spartæ, & tot illuſtrium Vrbium ignobiles rui-
nas. illa ipſa rerum, gentiumq; Domina, & falsò æterna Vrbs vbi
eſt? obruta, diruta, incenſa, inundata: perijt non vno letho: & am
bitioſè hodie quæritur, nec inuenitur in ſuo ſolo. Byzantium il-
lud vides? quod ſibi placet duplici imperij ſede: Venetias iſtas, quæ
ſuperbiunt mille annorum firmitate? veniet illis ſua dies: & tu, no-
Lipſ. ſtra Antuerpia, ocelle Vrbium, aliquando non eris. adhuc lipſius.
audiamus & Senecam, quæſo, Epiſtola 72. libro ſanè X. q̃ probè
ratiocinetur. Omne humanum genus, quodq; eſt, quodq; erit,
Sen. morte damnatum eſt: omnes, quæ vſquam rerum potiuntur, Vr-
bes, quæq; alienorum imperiorum magna ſunt, & decora, vbi fue-
rint aliquando quæretur: & vario exitij genere tollentur: alias de-
ſtruent bella, alias deſidia, paxq; ad inertiam verſa conſumet, &
magnis opibus exitioſa res luxus. Omnes hos fertiles campos repen
tina maris inundatio abſcondet, aut in ſubitam cauernam conſidẽ-
tis ſoli lapſus abducet. Plutarcus libro de his, qui ſerò à Numine
Plut. puniũtur addit, publicas Vrbium ob iram Deorum calamitates, e-
uenire. in rem autem noſtram modò referens pedem, vnum ani-
maduertendum reponam: obiecturos .ſ. eſſe aliquando poſteros li-
bro meo, quòd Epitaphia aliqua recenſuerim, eorumq; locos, ac
ſitus dixerim. quæ tametſi diligentiùs inquirantur, inueſtigentur,
minimè tamen vſquam comperiantur; Nec propterea falſitatis ego
equidem arguendus: extant etenim in præſentia, quæ recenſeo: &
ſicuti profero, ſic diſpoſita: ſi modò in poſterum auferantur, in-
uertantur, occulentur, mutentur, ac penitus deſtruãtur, alij vide
rint: ſi quidem non eſt meum illis tradere perpetuitatem: niſi for-
te fortuna cum ſcriptis tradam. dicebat Iulius Iacobonius in eo eius
libro pulcherrimo antiquitatum. Laborarint Romani virtute im-
Iul. Iac. perium condere: gloriam extendere factis; res præclarè geſtas vt
ſolidis, vt firmis, duriſq; lapidibus ad poſterorum memoriam cõ-
mitterent, egregiam, atque aſſiduam nauarint operam: En in la-
picidæ manu eſt, vniuſq; homuntionis poteſtate faſtos, & quicquid
Monumentis commendarint, totum confringere, diſperdere, la-
cerare. cæterũ quid ſũ miratus ſi Taru. non reperitur ãtiquius Epita
Val. Pol. phium tercentum ſeptuagintaquatuor annis; cum Polydorus ille
diligens tẽpli S. Antonij Patauini perſcrutator memoriarum, non
inuenerit vetuſtius Epitaphium precipuè chriſtianum, anno ab
hoc tempore trecenteſimo? cum nihilominus præmonſtret Tem-
pli illius nobiliſſimi, & admirandi partem antiquiorem fuiſſe ex-

tructam

Digitized by Google

ſtructam annis circiter MC. ante aduentum Chriſti Domini Redēptoris, quibus tēporibus Templum Magnę Iunonis nuncupabatur.

*Leuis laboris, ſi cuiquam talis videtur, excuſatio à ſimili: Quoddam Auctoris deſiderium: aliaq; conficiendi operis ratio. Cap. XI.*

PORrò ſi alicui videbitur fortaſſe (& id non iudico reticendum) meum id ſiccum opus, quinetiam parùm Doctore, ſeu phyſico dignum, tantummodo ſcilicet Epitaphia, ac Elogia colligere, deq; induſtria regiſtrare: quid ad me? an teneor fortaſſis Ego ex aliorum voluntate liberum meum arbitrium ſumere, deponere, aut captiuare? an vnquam fortè ex alicuius arbitrio, aut imperio ſum locutus? an non poſſum Ego Genio meo, ſi quidem laudabili, interim indulgere? veruntamen nonne ſiccius videri poſſet illud Bartholomæi Amantij magnum opus? cum .ſ. tot illas, quot inuenerit, antiquas totius orbis Inſcriptiones ex marmoribus nullo propemodum ordine retuliſſet? cum nihilominus ſummam laudem, ac nō mediocrē fuerit propterea gloriam conſecutus: &, vt alios prætermittam, an non dignus laude cognitus fuit Petrus ille de Stephano Partenopæus, qui libro illo ſacrarum rerum Neapolitanarum omnia propemodum eius Regię Ciuitatis Elogia, ac Epitaphia, modico quidem ſeruato ordine, nulliſq; proprijs ſententijs ante annos non equidem multos congeſſit? haud aliter Valerius ille Polydorus Patauus, dum Religioſa monumenta, quæcumq; in magno illo Templo percelebri: cum porticibus Diui Antonij, vulgò il Santo, Patauij comperiuntur, collegiſſet: nullo in referendis Elogijs ordine conſtituto, præterq̃ ingreſſus, ſiue inceſſus per Templum, per clauſtra: nec propterea id operis debito honore, debitaq; admiratione fraudatur. ò vtinam tale, quale nunc ego Taruiſij facio, Venetijs fieret, opus, vbi millena Epitaphia, Elogia, ac Epicedia animaduerti, digna quidem vt recenſeantur, vt ſuſpiciantur, atq; vt Encomio celebrentur, & iuro Ego, quòd ſi in vrbe illa inclyta commorarer, ſaltem per annum, id oneris humeris meis, dum ferrent; imponere non detrectarem, ratus & ſcientiam, & eruditionem, & laudem non vulgarem, ac gloriam in glorioſo hoc opere publicando, plurimorum quinetiam gratiam, me fore cōſecuturum. ò vtinam inquam alicuius alacrioris ingenij Viri iſtic Venetijs commorantis, ſeu potiùs oriundi iſtud ſit munus (quorum quidem Elogiorum non pauca cum non mediocri laude

B. Aman.

Petr. de ſt.

Val. Pol.

in eius

Digitized by Google

Fr. Sanſ. in eius Cronologia recenſuit Sanſouinus) quemadmodum illi augurer, & certam ſpondeo animi ſatisfactionem maximam, ac gloriam immortalem. cæterùm, dicet aliquis, an ignoras id oneris ſuſcepiſſe Laurentium Schraderum Saxonem, veluti apparet in
Laur Schr. tertio ſui itineris libro, qui eſt penultimus, Monumentorum Italiæ? cui quidem dixero, id non me latet: nihilominus in duobus deficit tantus labor: in vno nempe, quòd non omnia ſelectiora colligit hic Elogia, ac Epitaphia; plura etenim, imò plurima prætermiſit: in altero, quòd non tranſcendit Annum XC. huius ſæculi: adeo quòd reſtant deſcribenda Elogia, atq; Epitaphia ab anno MDXC. ad hæc vſq; tempora: quo annorum interſtitio ſciat quilibet, & certiùs phana perambulans Venetina, refertiora, neq; non excellentiora confecta, expoſitaq; fuiſſe, quaſi certatim, Elogia perinde, atq; Epitaphia quoquo Sæculo ſuſpicienda, ac religioſiùs obſeruanda. Verum enim verò (vide quomodo res humanæ ſe habeant) hic ſtudioſus, curioſuſq; Monumentorum Italiæ indagator, totam illam propemodum ſedulo, ac diligentiùs perluſtrauit, vt ne oppidulum quidem, qua tranſierit, prætermiſerit, de quò non fecerit aliquam mentionem, de quo non collegerit, niſi latas fruges, aut graues ſpicas, leues ſaltem ariſtas, aut paleas; hic inquam nihilominus Venetias cum appulerit, vt dicebam, & bis Patauium, Taruiſium noſtrum adeo his finitimum vrbibus non adiuit: quaſi ex induſtria mihi obſeruandarum Inſcriptionum Taruiſinarum opus vnum reliquerit; quod quidem, ſicuti priùs cæperam (& miror eum id non vidiſſe, & ſi vidit nihil dixiſſe, cum ante illum quaſi per decēnium opus id typis, Venetijs publicaſſem) nunc alia ratione proſequor, & Deo cæptis generoſiſq; meis auſis aſpirante, quemadmodum ſpero, ad calcem deducam; contigit
Io. Azor. his diebus legere parem caſum in Vita Hieronymi AEmiliani Nob. Ven. Somaſchæ Religioſæ Congregationis Fundatoris, de qua nos infra, nempe, quòd Ioannes Azorius Theologus Ieſuita libro 13. eius Moralium Inſtitutionum cap 11. edito iam quinquennium honorificam Religionum omnium mentionem fecerit, Somaſcam
And. St. autem prætermiſerit, præſagus forſitan illam à Reu. illius net Congregationis P. Andræa Stella Veneto breui fore diligentius recenſendam: quemadmodum ab eo accuratiſſimè anno quinto poſt ſexcenteſimum factum eſt. nec obſtat quicquam dictis liber ille anno MDXI. Vincentiæ impreſſus, cui titulus, Itenerarium Nobilium Italiæ Regionum, Vrbium, Oppidorum, & locorum. Auctoribus

Digitized by Google

bus Frãciſco Schotto Antuerpienſi I.C.& F.Hieronymo Capugnano Bonon. Viris oppidò Egregijs: qui ſanè & ipſi eiuſmodi labores, & ſtudia non abhorruerunt, nec detrectarunt: quippe qui de Teruiſio noſtro ſermonem fecerint: cum ille Vrbis hyſtoriam ſapiat potius, quam Inſcriptiones, & monumenta: cæterùm ferebat locus, iuxta illorum inſtitutum, & poſtulabat forſitan vulgatorum Burchelati operum nomen: cum illa emunctæ naris Viri aſpectare, & recenſere non fuerint dedignati; Iam verò quid quiſq; de re hac, quam nunc tracto, de labore hoc, quem ſuſcepi, dicere maluerit, proferat: ſi bonum, ago gratias: ſi perperam, ipſe viderit: parum curo: non ego ad clepſydram loquor, non rogatus, non iuſſus, quod repeto, aſt ſic duntaxat ex animi mei ſententia: nec ex illis ſupremis Viris patronum in terris quærito, aut defenſorem, illi iſtud operis nuncupans, ad commendans; vt illud à detractorum rabidis linguis, & dentibus tueatur, ac protegat adeo, vt velim ipſum eſſe ſimul & Scopum, & clypeum, ac tutamen: vtcumq; ſors ceciderit, ac fortuna; propterea nec rogo, nec iubeo quempiam legere hunc librum meum; ſic fallor; res periculo abeſt; & quibus exẽpla non placent, non legant: neminem rogo; & ſi me rogas, à paucis legi malim, ſicut quandoq; dixerat Petrarca; qui autem abſq; liuore legerint, ijs habeo gratias, & habebo. Sed, Dij voſtram fidem, ecce labor Veneticus, quem optabam, in lucem proſilit. Ioannes Stringia Canonicus in D.Marci Templo auguſtiſſimo auxit perilluſtre opus venetiarum, quod diximus, Sanſouini, ad hæc vſq; tempora .ſ. ad annum MDCIII. Cronologicam hyſtoriam hanc deduxit, & præter reliquum, quidem ingens, ſelectiora plurima, digniora q;, quaq; de Cauſa, Epitaphia, ac Elogia Templorum ferme omnium ex propoſito regiſtrauit. legite Curioſi librum nobilem. impreſſit Altob. Salicatius anno 1604. date iuremerito auctoribus laudem, & Deo Opt.max.gloriam immortalem.

Fran. Sch.
Hier. Cap.
Petrar.
Io. String.

*Cur hæc dictata non fuerint tota characteribus maiuſculis excuſa: & quædam circa ordinem. Cap. XVI.*

AD hæc, mirabitur fortaſſe aliquis, meq; ſugillabit interea, qui viderit antiquitatum, Inſcriptionumq;, Romanarum præcipuè, libros plurimos: in quibus Elogia, atq; Epitaphia omnia characteribus maiuſculis diſpoſita conſpiciuntur, imò & lineis, ornamentis, ac mutulis ad quadrati, ſiue oblongi marmoris

O ſpeciem

Digitized by Google

ſpeciem mutilati etiam figurata, cum maieſtate poſita, cum decore: vt admirationem vel primo intuitu ſtatim præmonſtrent: Ego autem non ſic ea curauerim imprimenda: vnde non leue libro huic meo præiudicium inferatur iuxta legem illã, illudvè dogma in hoc propoſito ab Ouidio hoc diſtico regiſtratum in ſui Epitaphio ſibi à coniuge reponendo, dum exularet, imperato, de domum reuertendo deſperans.

*Quoſq; legat verſus oculo properante Viator,*
Ouid. *Grandibus in tumuli marmore cæde notis.*

Pro rerum inquam, ac hominum dignitate; ceſſabit autem admiratio, ſeu ſuccenſio, dũ pẽſitarit, neq; apud duos, tres vè ĩpreſſores tot maiuſculos Rom. characteres interim reperiri, vt folium integrum, aut alterum ſimul propterea valeat explicari: quare imaginetur ille non ſemel minuſculas huiuſmodi litteras eſſe maiores, aut oculis ſpecilla admoueat, quippe ſic (imaginor) faciet caſum ſaltem imaginatio, credere etiam poſſet quis id factum à nobis eſſe, ne in immenſum creſceret liber. Quinetiam ne doleat quiſpiam, quòd in ſubordinandis gradibus ſymbolis parum quandoq; fuerim exquiſitus, vt puta, ſi Comitem poſt Equitem, aut Palatinum, ſiq; è contra ſub inde Equitem repoſuero, aut annũ priorem aliquãdo poſteriori ſuffecero: cum ſat iudicem Elogia huiuſmodi ſub proprio titulo, vt cumque commodum tulerit regiſtraſſe: & tametſi ordines ſeruo, ac regulas in his recenſendis Elogijs, non propterea ordines ſtatuo Ciuitatis; aut ordinum regulas, ſeu ſtatuta; nec aliquis naſum protendat rhinocerotis, ſi cum ſit Ciuis, e. g. viderit familiæ ſuæ Epitaphium inter opificum inſcriptiones, aut mercatorum: cum ita ſit adnotatum, atq; ita ſtet rei veritas, quam profiteor: neq; aſcendere; & ad honores prouehi, ac dignitates indecens ſit: ſed certè deſcendere; atq; nõ de Rhetore in Conſulẽ, ſed de Conſule in Rhetorem deriuare. Neq; imaginetur aliquis, bono, ſeu malo ſpiritus ductus, idq; iterum libens repeto, me propter iſtũ, quem teneo ordinem in Monumentis huiuſmodi recenſendis, velle Ciuitatem forſitan ordinare, ſiue illam ſic ordinari: ſiquidem non ego deciſiones inſequor, aut attento: neq; promulgo iura, aut leges muncipales, nouauè interea formo Taruiſinorum Ciuium dogmata, vel ſtatuta: non etenim id munus meum, minus autem voluntas, aut ſtudium: id alij viderint; iamq; animi mei propenſio, quippe cunctorum ciuium, incolarumq; Ciuitatis, ac almæ Vrbis dignitati conſulere, claudat iſtud caput.

Ope-

Digitized by Google

## *Operis vtilitas, ac oblectamentum, aliaq; ſuſcepti muneris ratio. Cap. XVII.*

DVo adhuc manſiſſe vlteriùs mihi video penſitanda: quorum alterum eſt quidnam vtilitatis, qualem vè fructum meus hic labor ſit pariturus; vt Mundanæ ſcenæ etiam videamur in aliquibus inſeruire: quemquidem Ego licet minimum ſtatuam (Ecquid ſegetis, aut racemi quis à marmoribus, & à mortuorum tumulis vult decerpere, aut aceruare?) nihilominus ipſum à pluribus atq; ijs ingenuis Viris conijcio eſſe reputandum non leuem: qualis autem prorſus fuerit, nolo eſſe meum nunc; iudicare, propter hominum varias ſententias, diuerſoſq; in litteris guſtus, ac appetitus; vnus certè erit, quòd non ita facilè huiuſmodi Inſcriptiones, quemadmodum in dies accidit, deſtruentur, abolebuntur, ab hominum oculis, ac memorijs ſubtrahentur: & hinc eſt, quòd, vt iam diximus, ante trecentos annos vix reperiuntur extãtia quatuor, aut ſex Epitaphia Taruiſina: quinimo & recentiora vel calceorum attritus cauſa, vel cæmenti ſuperpoſiti, fabrorum incuria ibi alliſi, vel propter ſuperfabricata ſedilia, aras, menſas, cathedras, aut ſuppedanea vel ex caracterum mutatione prioribus abraſis, quod hic, iſtic, illic paſſim factum ſpectamus: vel quoniam inuerſa ſunt: vel quoniam in alium vſũ marmora fuerint vſurpata, quis dubitat? vel etiã ſuperſtantis luti cauſa, telluris, aut macerierum. vel propter conflagrationes, vel quoniam gutta cauat lapidem, vt dicitur adagio, ſiue alio quopiam caſu aliquo: ſanè ob temporum iniuriam, non ampliùs fiunt, niſi aliqua mutilata, imperfectaq;, legentibus manifeſta; & quemadmodum dixit B. Amantius ad Conradum Peutingerum antiquitatum itidem curioſũ ſcribens. ſ. lapides imaginibus, & inſcriptionibus vetuſtis ſculpti, plerumq; temporum diuturnitate detriti, cõlapſi, obruti: & quod iniurię veterum accedit, ignauia, & negligentia noſtrorum hominum vel igne in calcem ſoluti, vel à fundamentis ædificiorum poſiti ſunt: docent hæc portæ, porticus, horti, domus quoq; plurimæ. Alter inſuper erit vſus, quòd, niſi mea me fallit ſententia, quilibet delectabitur regiſtratũ typis propriæ familiæ Elogium intueri, illudq; publiciùs lectitari, Commendariq; interim forſan æternitati, perinde, atq; Epitaphijs ſtudens, illiſq; delectans, erit, ita credo, ob tantam illorum varietatem, ac copiam, fortè etiam grauitatem, atq; artificium, non B. Am.



Digitized by Google

mediocriter gauiſurus. Ciuitatis autem meæ dilectiſſimæ vſus erit, ac delectatio memorare tot in quocũq; tempore generoſos non minus, ac glorioſos proprios alumnos; quòd niſi viderit & generoſiores alios, ac ſummopere glorioſos, de quibus in hyſtorijs, præſertim noſtratibus, admiranda leguntur: iſtud ne dum iniuriæ tẽporum, incuriæq; hominũ dũtaxat, & illius forſitan ætatis abuſui, ſeu magis defectui, ac negligentiæ adſcribat velim: verum etiam duobus illis ſimplicibus verbis, penè in quolibet Epitaphio recenſitis. Hæredibus inquam, ſiue Suis, aut Poſteris; in quibus ſanè implicitè veniunt intelligendi, quemadmodum ſcimus, & Epiſcopi noſtrates, & Equites, & Doctores, & Patricij, ac Proceres venerandi; &, quod duobus ego verbis abſoluam, plurimi illuſtres, ijq; optimi ſacri homines pariter, ac ſæculares. illud etiam forte fortuna hoc libro noſtro operabimur boni, quòd cautiùs, & maiori cum ſtudio conficientur in dies Epitaphia: quippe quæ in propatulo, nedum marmoribus inciſa, immotaq; in Vrbe diuerſantibus; ſed & impreſſa quandoq; omnibus exponuntur: exteris præſertim Viris harum inſcriptionum admodum curioſis: ut propterea libri illi noſtri priores tantopere cari habeantur, & cariùs emantur, Venetijs præſertim, & Romæ. Porrò alterum illud mihi animaduertendum erat, obiectionibus .ſ. non minùs, atq; detractoribus reſpondere; reſponſum autem ſatis volo, quòd trahit ſua quemq; voluptas: nec pulchrum eſſe, vel laudabile omnes vnam, eandemq; met velle prouinciam ſuſcipere, aut obtinere: alij alia tractent, aut his ſimilia, veluti & ego alia aliàs pertractaui; ad præſens autem (rebus tamen, ac officijs neceſſarijs perinde, atq; ordinarijs haud deficiens) ita volui ego ingenium, & calamum, & corpus meum, filiorum etiam adminiculo, cum non mediocri in patriam charitate, ſic exercere.

*Quæ librum curioſum reddant, & numquid ea noſter hic liber habeat. Cap. XLIII.*

SIq;, vt audio, auidiùs leguntur, ac curioſiùs, opera illa, quæ Hyſtoriam ſapiunt: quæ antiquitatem redolent: quæ ſunt variæ lectionis: & poſtremò quæ vtilitatem in ſe retineant, ac doctrinam: proculdubio legendum veniet opus noſtrum: quippe quod contineat Vniuerſæ Ciuitatis Taruiſinæ Hyſtoriam, neq; eam longa Ora-

ga Oratione, aut verboſiùs pertractatã: ſed per Epilogum, illumq; duplicem, ſingularem inquam, ac vniuerſalem: ſingularem ſanè hominum ſingularium, ac inſignium in quocumq; ordine facta monſtrando: vniuerſalem porrò, ab origine .ſ. Vrbis ad hæc noſtra tempora: vnde habemus etiam antiquitatem, pluſquam & vnius, & duorum annorum millium. Varia autem lectio in his monumentis noſtris dignoſcitur proculdubio, pro vario ſtatu hominum relatorum, ac mulierum, pro Monumentorum, dictatorumq; varietate: tum pro varia oratione, modò longa, & prolixa: modò breui, & conciſa: ſoluta interdum, ac libera: interdum vincta, ac numeris metricis complicata: priuata vtplurimum, non numq̃ vniuerſali. Quòd autẽ huiuſmodi lectio futura ſit doctrinalis, aut vtilis, lector viderit: tam varius quippe, vt prædiximus, eſt hominum guſtus, ac appetitus: renuis enim tu, quod iubet alter: vt meũ non ſit de hoc interea iudicare; bene quidem ſcio ſtudioſos illos, quorum Genij cum meo ſymbolum tenent, ac ſympathiam, plurimum vtilitatis, ac doctrinæ, neq; non delectationis, ac gratiæ fore interim collecturos: tanta eſt Elogiorum, Epitaphiorumq; dignitas, ac exiſtimatio: quinetiam animæ, nec non animi exinde conſolatio pariter, ac vtilitas. Licebit propterea, vt cum Diodoro colligam, tamquam a fonte vberrimo, quid cuiq; vſui exiſtat haurire. Diod. Sic. Quapropter ſatis de his omnibus dictum iudicans ad deſcribendas latinas ſepulchrorum, altarium, murorum, ac parietum dignas Inſcriptiones, Elogia, ac Epitaphia proximè me conuerto.

### *Quid Epitaphij, Cenotaphij, Elogij, Epicedij, Monumenti, & aliorum id genus nomine intelligatur, præcipuè ex Scaligero.* Cap. XV.

VErumtamen non ab re me facturum puto (ignorant etenim multi) ſi, antequam ad Epitaphia deſcendamus, quid Epitaphij nomen ſignificet, quid Epicedij, cenotaphij, & id genus nomina alia multa, retulero. Qua de re primùm ſubſtruere libet eá, quæ à Iulio Ceſare Scaligero in eius Poetices libro tertio, qui & Idea inſcribitur, in hunc modum ſunt explicata. Quemadmodum defunctorum imagines domi, in foro, atq; alibi ſtatuæ habebantur, Iul. C. Sca. quibus non ſolùm Virorum, fæminarumq; erga patriam beneficia ſempiterna memoria celebrarentur: ſed etiam vt ad æqualia facinora ciuium animi incenderentur: ita, quorum facta nulla poſſent arte exprimi, publica Oratione declarabantur. quæ, quod ad tumulos

Digitized by Google

los eorum, quos celebrabāt, haberetur Επιτάφιος λογος dicebatur, etiam Επιτύμβιον dicere poterant, verùm vſus non admiſit, quem admodum Επιτυμβία Venus, cuius ſignum colebatur apud Del-
Pllut. phos, vt ait Plutarcus: eſt igitur Επιτάφιος idem, quod Επικήδειος.
Seru. Solus Seruius docuit nos differentiam. Epicedium eſt pallantis, & Euryali: Funebris Oratio latinè dicitur, quæ ipſo in funere habetur, quare Epitaphium etiam Elogium ipſum dictum eſt, quod tumulo inſcribitur, de quo inter Epigrammata. Itaq; rectè Epitaphium, vel oratio, vel carmen, quod ad Mauſoli Viri quotannis Artemiſia recitari inſtituit. in hyſtorijs antiquis nomen Tragediæ poſitum eſt Mauſolus, qua Theodectem viciſſe illo in certamine prodidère. Epicedium igitur ſemel tantum dicitur. Epitaphia etiam āniuerſaria eſſe poſſunt, quemadmodum Athenis. nam & Pericles
Thucid. dixit. Extat apud Thucydidem. Plato quoq; idem effecit. item Au-
Plato ſtidæ tres ſcripti ſūt. inferiarum carmen idem, & parentalia. Threni autem laxiore vſu, atq; ampliore. in Ciuitatum namq; euerſionibus is luctus, quem lugerent θρῆνος dictus eſt. Monodia verò longè aliter, quàm ab eruditis accipitur, intelligenda, neq; .n. eſt idem, quemadmodum exiſtimarunt. fuit .n. quoties è choro prodibat vnus, qui defuncti memoriam lugubri carmine celebraret. ad tibiā fiebat in lydijs modis. quod primum feciſſe Phythoni tibicinem olympum ſcripſit Ariſtoxenus. eſt igitur Epitaphium aut recens, aut
Ariſtox. anniuerſarium: in recēti partes hæ, laudes, iacturæ demonſtratio, luctus, conſolatio, exhortatio. in anniuerſario hæc eadem omnia præter luctum. Nemo enim iam annum, biennium vè defunctum deflet. multo uè minus, ſi tantum temporis exactum ſit, vt neque patres, neque liberi illius, illorum uè ſint ſuperſtites. Materia quoq; diuerſa: pro imperatore, pro exercitu, pro vrbano magiſtratu, pro priuato Viro, fæmina, adulto, puero: quorum vnum quodq; peculiari ratione tractandum eſt, &c. idem Scaliger libro pri
Scalig. mo poetices, qui & hyſtoricus inſignitur cap. 50. Duo Hymeneorum genera: alterum purius, alterum cū Feſcenina licentia impudicis vocibus inſertis. Threni autem ſonant latinè luctus, qualis ille in libris diuinis, quo deflet vates Sanctam Ciuitatem. aiunt
Hippon. primum Linum poetam Threnos feciſſe, & c. item, Næniam verò inuentum aiunt phrygum: cuius rei meminit Hipponax. olophirmum quoq; numerant inter poemata, quæ à legentibus, aut alia qua fortuna mœſtis canerentur. quæ ad rogum dicerentur, erant Næniæ: quæ ad tumulum Epitaphia, quæ in exequijs, cum iuſta

perſol-

Digitized by Google

perſoluerētur, Epicedia: etiam Monodia dictus cantus lugubris, vſu potius, quàm ratione: namq; vox ſanè latiùs patere debuit. in monodijs ſolum affectum poſuêre κιδονιας verò nullam, proſopopæiam nullam. Elegiam quoq; in funeribus primum dictam par eſt; id, quod innuit Ouidius in funere Tibulli, &c. item Funebrium autem carminum rationes, atq; inſcriptiones ſimul cum argumentis eductæ fuerunt ex hyſtorijs, ac fabulis, ab Adoni, Daphni, Lino, Hyla Tripho poeta carmen fecit, quod Erigonem vocauit: à Virgine, quæ ſe ipſam ſuſpenderat: quo in poemate reſtis frequens mentio. ita Ialemos lugubre, idem Idyllion ab Ialemi Calliopes filij infelicitate. Tale & calira ſteſychori à puella, quæ Euachſum deperibat adoloſcentem: pro cuius coniugio vota facit Veneri: tandem deſpecta de Leucadia rupe præcipitem ſe ſe dat. Virginis oratio pudica, Nuptias optat, ſi liceat, ſi non liceat, mortem. hæc ille. illud etiam, quod nos de monumentis loquentes in Epitaphiorum ſermone quinto præſcripſimus, præter alia libro illo paſſim examinata, hic breuibus liceat referre, nempe, ſi vocabuli Ethymologiam voluerimus indagare, Monumentum quippe, ſeu monimentum dicetur, eo quòd moneat mentes ſpectantium, aut legentium, de rebus ijs, quarum cauſa talis memoria poſita ſit: vnde in Tuſculanis Cicero, quid ſepulchrorum monumenta ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare? munimentum verò, quod raró in ſepulchris cōperies, ratione molis potius, quàm rei alterius dictum puto, vt munitus aliquis locus ad alicuius mentem denotaretur. ad ſummā Monumentum generaliter res eſt memoriæ cauſa in poſterum prodita: in qua ſi corpus, vel reliquiæ cadauerum inferantur, fiet ſepulchrum, ſeu ſepultura: ſi verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ cauſa factum, quod Græci κενοταφιον appellarunt. Suetonius in Nerone honorarium tumulum vocat: vbi vnū non eſt ignorandum, cænotaphium cum ae, nouum ſepulchrum: inferre: cū oe, cōe ſepulchrū: Cenotophiū autē ſine aliqua diphtongo, ſepulchrū vacuū denotare: quod vulgò dicimus Ciboriū poſſet huiuſmodi nomine indigitari; quod quidē eſt capſa quædā ad medium culminata, nigro colore, & depictis mortibus mæſta, atq; obſcura nimis, quæ ad ſepulturas hic illic ſuperponitur in mortuorū exequijs, ſeu anniuerſarijs perſoluendis. ad hæc ſcire liceat, quemadmodum adnotauit Pontanus Ieſuita tertio inſtitit. poet. libro, Epitaphium tumulo defunctorum inſcribi ad illorum plerumq; nomē ætatem, merita, ſtatum, dignitates, laudes animi, & corporis, mortis

Tripho

Steſy.

Cic.

Suet.

Iac. Pont.



Digitized by Google

mortis genus, aliaq; huiuſmodi clariùs indicandum.

*De arte, ac methodo conficiendi Elogia, atq; Epitaphia. Cap. XVI.*

HIc expectaret forſitan à me aliquis artem conficiendi, efformandiq; Elogia, atq; Epitaphia: quæ tamen non vna eſt, ſed plures ſimul: nec q̃dē omnino certæ cōponēdorū Epitaphiorū Elogiorūq; leges, artes, regulæ, atq; præcepta: nam & in præſentium ſæculorum mutatione mutantur; à me autem non tradentur, cum ad præſens ad me non pertineat iſtud opus, opus inquam vniuerſale: tametſi in hoc libro meo nihil aliud propemodum ſit repoſitum, quàm Elogia, inſcriptiones, ac Epitaphia: ſiquidem non communis, aut vniuerſalis, ſed priuatus eſt, ac præcipuus hic noſter labor: præcipuus inquam huius Ciuitatis, ſeu Ciuilitatis nõſtrę Taruiſinæ: in cuius quidem Templis, ac cæmeterijs non omnes fortaſſe typi huiuſmodi inſcriptionum comperiuntur, non omnes modi, quemadmodum forte fortuna Venetijs, tum alibi, præſertim Romæ: & eo magis, ſi ſpectes antiquos mores: & iure id poſſet ab illo expeti, ac expectari, qui ex profeſſo librum promeret de Epitaphijs: ſiue inſpici, & addiſci ab illo opere, quod de illiuſmodi inſcriptionum conficiendarum arte, legibus, ac præceptis fuiſſet inſcriptum. reperiuntur ſanè plures, qui collegerunt hæc ex marmoribus Monumenta: ſunt item non pauci, qui abbreuiationes notarum antiquorum de induſtria elucidarunt, atq; explicarunt: inter primos Benedictum Anulum præcipuum nomino, quippe qui librum compegerit inſignem antiquis Elogijs, ſignis, figuris, ac Epitaphijs totius ferme orbis confertum: & Aldum Manutium Iuniorem, noſtrum quaſi contemporaneum, amicum etiam ſeniorem, pro eius veterum inſcriptionum totius orbis Theſauro, ab illo ſanè priori plurimum mutuato: quibus libet ſufficere Laurentium Schrœderum, vt qui & neotherica cum priſcis Italiæ plura miſcuit Monumenta; inter ſecundos verò Valerium Probum libello illo de antiquorum litteris: & eundem Manutium in eius Ortographia ab antiquis marmoribus excerpta, & in eius ſubſequenti veterum notarum explanatione: porrò inter vtroſq, ſimul venit iuremerito memorandus Ianus ille Gruterus Vir ſummè induſtrius, qui iam ſeptēnio Ioſephi Scaligeri præcipuè, & Marci Velſeri auſpicijs emiſit ingentem librum Romanarum inſcriptionum, ad cuius calcem addidit huiuſmodi notarum veterum ampliſſimam explicationem: ad quos

B. Anul.
Ald. Man.
Laur. Sch.
Val. Prob.
Ian. Grut.
Ioſ. Scal.
M. Velſ.

Digitized by Google

quos præcipuos Epitaphiarius, dum in aliquod verſatur dubium, ſtatim recurrat. Quædam nihilominus obſeruatione digna monēdos cenſeo aliquos in præſentia dictata huiuſmodi confecturos, nēpe, quód Epitaphia, ſiue Elogia non ſint adeo clara, & vulgaria, vt ab omnibus ſcruta vendentibus, ac idiotis intelligantur: neq; adeo longa, & prolixa, ne dicam languida, ac ocioſa, vt paries vnus integer non ſufficiat ad vnum duntaxat Epitaphium, ſeu Elogium extendendum: breuitas ſiquidem in Epitaphijs requiſita nil aliud eſt, quā iuſta proportio verborum cum rebus tractandis; neq; præterea ſint adeo obſcura, vt propemodum à nemine compræhendantur: neq; adeo conciſa, aut mutila, vt nec expertus, & in illis verſatus valde, verba ipſa valeat eleuare, & dictiones integras ad mentem ſcriptoris referre, veluti præſertim quotieſcumq; ſunt plures ſimplices poſiti characteres: vt ſphinx aliqua deſyderetur ad diuinandum: niſi eſſent illi vulgati, & recepti apud omnes, vt illud eſt H. M. H. N. S. in fine plurium poni ſolitum, quod eſt. Hoc Monumentum Hæredes Non Sequuntur, ſeu ſequantur, ſeu Hæres Non Sequitur. & illud S. T. T. L. quod eſt, Sit Tibi Terra Leuis. & illud T. F. I. Teſtamento Fieri Iuſſit. & illud V. F. Viuens Fecit. & illud P. Poſuit, vel PP. Poſuère: & huiuſmodi alia apud eos, qui intelligunt, ſatis cognita: veluti id quod obſeruatum reliquit Pomponius Tranquillus Palenas apud nos ante non multos annos Ludimagiſter Solertiſſimus in eius methodo grammaticali Taruiſinis typis expoſita. nempe, A. maiuſcula puncto notata ſignificat Aulum. C. Caium. D. Decium. F. Filium. Gn. Gneum. L. Lucium. M. Marcum. P. Publium. Q. nota prænominis, Quintū, nota honoris, Quæſtorem Sp. Spurium T. Titum. Ti. Tiberium. P. C. ideſt Patres Conſcripti. R. P. Reſpublica. V. C. Vrbs Condita. S. P. Q. R. Senatus, PopuluſQ; Romanus. S. R. E. Sancta Romana Eccleſia. veluti etiam apud Sabaudios Equites Nunciatę F. E. R. T. infra Crucem poſiti characteres nimis noti .ſ. Fortitudo Eius Rhodum Tenuit. Amedi nempe primi Sabaudiæ Comitis, qui fortiter Rhodum contra Turcas defendit. & apud nos in collo Dulcis inſignij Luſiorum Comitum de Vrſinico. A. E. I. O. V. Aquila Electa Imperio Omnia Vincit. & ſi forte fortuna quis obijciat in antiquis marmoribus inueniri ad octo, decem, pluresq; ſimul ſimplices characteres; & per conſequens id licere: idq; nobis etiam licitum eſſe: dixero, prout mox dicebam, licere quidem in claris; quemadmodum tunc temporis clarum erat apud ſapientes, præſertim iuriſpe- Pomp. Tr.



Digitized by Google

ritos, neq; non apud vel modicè in his verſatos, ex. gr. hos characteres A.A.A.F.F. AEre, Argento, Auro, Flando, Ferundo: & illud S. Q. S. S. E. Q. N. I. S. R. E. H. L. N R. nempe, Si Quid Sacri Sancti Eſt, Quod Non Iure Sit Rogatum, Eius Hac Lege Nihil Rogatur. & in plebiſcitis. Q. E. D. R. F. P. D. E. R. V. I. C. Quod Ea De Re Fieri Placeret, De Ea Re Vniuerſi ita Cenſuerũt. & in Edictis D.M.F.V.C. ſcilicet, Doli Mali, Fraudis Ve Cauſa, & tot alijs modis, vt Valerius Probus præter alios, obſeruauit. quare ſi ſuper Diui Pauli Equo recidentis figura in eius Conuerſione huiuſmodi litteræ fuerint adnotatæ, S. S. Q. M. P. nulli dubium, quòd leuandum, Saule, Saule, Quid Me Perſequeris. & illud in Templo D. Ioannis Baptiſtæ ad ipſius picturam in Iordanis flumine Chriſtum Dominum baptizantis, vbi ſuperiùs apparet Columba in Spiritus Sancti Speciem, ſiue typum, ſub qua extant huiuſmodi ſimplices Characteres H. E. F. M. D. I. Q. M. B. C. I. A. proculdubio proferendum venit, Hic Eſt Filius Meus Dilectus, In Quo Mihi Bene Complacui. Ipſum Audite. & alibi etiam videre contigit, & (vt verum fatear) domi noſtræ in tabella pulcherrima deaurata in Natiuitate Seruatoris noſtri Angelum ſurſum cũ ſchæda ſimili, G. I. E. D. E. I. T. P. H. B. V. nempe, Gloria In Excelſis Deo, Et In Terra Pax Hominibus Bonæ Voluntatis. idq; proculdubio factum eſt, ne totus occupetur paries cum longioribus huiuſmodi documentis grandioribus characteribus explicatis. Quapropter ſi & ego in ſecunda huius operis pagina hos poſuero Characteres E. C. H. O. F. D. S. I. S. abſque hæſitatione aliqua ſic legentur. Et Cum Hæc Omnia Feceritis, Dicite, Serui Inutiles Sumus. quorſum autem ſic ibi innuerim, non eſt, vt proferam: niſi fortè liberè fatear ignorantiam meam, aut alterius duritiem, ſeu illiberalitatem incuſem: ſed magis iuxta paſſus illius in Sacris paginis intellectum, me ſic retuliſſe fatebor: ſiquidem non ſunt condignæ paſſiones, vigiliæ, ac labores huius temporis, huius inquam noſtræ peregrinationis ad futuram gloriam capeſcendam, minus autem promerendam. pariter & quæ, ibidem vlteriùs litteræ ſunt deſcriptæ A. M. N. P. E. Ch-N. F. O. I. interpretabuntur ad Regis Salomonis nutum. ſ. Aquæ Multæ Non Potuerunt Extinguere Charitatem Nec Fulmina Obruent Illam. de quibus autem aquis intelligam, de qua charitate pronuntiem, ſatis ſuperq; apud doctos homines, & noſtrates fore, quinimo eſſe exploratum, cenſebo: ne interim cum Ouidio præcinam.

Val. Prob.

Solom.

Ouid.

*Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.*

Sed forſan meliùs, Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem .ſ. aquę contradictionis: aquæ multę populi multi. hę ſunt aquę contradictionis vbi iurgati ſunt filij Iſrael contra Dominum, & ſanctificatus eſt in eiſ. Num. 8. aquę multę populi multi unde Ioannes: in Apocalip. C. 17. aquę, quas vidiſti, populi ſunt, & gentes, & linguę: quaſi dicatur, ad nutum meum, contradictionem, & contrarietatem licet habuerim maximam in hoc libro exponendo, nō propterea ſubtraxi manum, aut calamum: ſeu idcirco mei uoluntatem Genij retardaui, ueluti ulteriùs ſi hos poſuerim characteres P.E.Q.D.D.M. Pro eo, quòd diligerem, deridebant me: Sententiam D. Auguſtini uoluerim regiſtrare. aut etiam ſi ſcripſiſſem I.A.M.R.O. nempe, L. Num. Io. Eu. D. Ang.

*Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.* Hor.

Carmen Horatij: perinde, ac ſi poſuiſſem H.S.I.T.E.F.O.A. verſum eiuſdem Flacci ſeptimæ Epiſtolæ voluiſſem exponi. ſed ipſi viderint. Ego interea præcinam cum Propertio Prop.

*At mihi quod viuo detraxerat inuida turba,*
*Poſt obitum duplici fœnore reddet bonos.*

Satis habeo bonis, doctiſq; Ciuibus, ac magnificis, tum ſapientibus quibuſucumq; & hoc opere inſeruiſſe, indulſiſſe, ſatisfeciſſe: &, vt cum Philippo Vuanemachero Belga loquar, in eius triumpho litteratorum, Videbit Orbis, videbunt Vrbes: Vos vtemini, Vos fruemini, Ciues mei; ſed pro his, alijſq; nullum Ego à vobis præmium poſtulaui, nec peto: nullum ambiui honoris inſigne, nec quæro: nullum laudis monumentum deſideraui, nec cupio; Memoria veſtra tamen, gratiq; animi indicio labores noſtri alentur, ſermonibus creſcent, litterarum monumentis corroborabuntur. Verū enīuerò licet nihilominus & in obſcuris, ac recōditis q̃doq; vti ſiplicibus Characteribus cum .ſ. quis ex profeſſo, & de induſtria non vult intelligi, niſi ab ijs, quibus id voluerit reuelare: quippe dum conceptum aliquem mentis prægnantem, vrgentemuè, vult quidem exponere, vt videatur. non autem explicare; quemadmodū feci Ego in Funerali illo Filij mei primogeniti Nonaginta nouē litteris in ſpeculi quadrati formam diſpoſitis: quinetiam ſatis antea in ſecunda Epitaphiorum noſtrorum pagina: quæ quidem curioſè ſiſcitanti alio, & alio modo: amicis autem fidelibus ex vera animi ſententia lubens expono; in quo quidem caſu ſtultum eſt diuinare quid intelligat talis auctor: cum modis centum, & milli-



Digitized by Google

bus valeant huiuſmodi characteres præter ſcriptoris germanum ſenſum eleuari, aſſumi, ac interpretari; tametſi, vt ingenuè fatear, laudabilius ſit in hac ſingularitate characterum ſententiã aliquã, ſeu cuiuſpiam clari auctoris dictum concludere, quam ex capite ſibi fingere ænigmata, aut apophtegmata: veluti fuit illud obſcuriſſimum, longiſſimum quoq;, quod ſculpi fecerat Sybilla Romæ in Ianiculo ad arcum Portæ nobilẽ, nempe P.P.P.P.E.S.S.S.E.V.V.V.V.V.V.V.F.F.F.F. Quod tandẽ ſic, ex rerũ euentu, fuit interpretatum. Primus Pater Patriæ Profectus Eſt, Secum Salus Sublata Eſt. Venit Victor Validus, Vicit Vires Vrbis Veſtræ Ferro, Flamma, Fame, Frigore. cœterùm legatur Præfatio Valerij Probi ad opuſculum de antiquis litteris, vbi ſic exorditur. Eſt etiam circa perſcribendas, vel paucioribus litteris notandas voces, ſtudium neceſſarium, quod partim pro voluntate cuiuſq; fit, partim vſu publico, & obſeruatione communi. Dixero præterea in verborum abbreuiandorum ratione illud etiam animaduertendum, quòd ſit rationabile deſyderium reliqui. e.g. ſi innuendum erit breuibus notis, Bonauentura Filius Poſuit. non fiat, nedum, B.F.P. quod eſſet prorſus à ſe ipſo inintelligibile: ſed nec Bon. nec Bona. F.P. nam poſſunt & alia nomina intelligi, & alia verba, veluti Bonus, Bononius, Bonincõtrus, Bona, Bonaccurcius, Bonannus, Bonamicus, &c. ſic Frater, Fecit, Fieri, & aliter. Sic Poſteris, Poſitum, Parauit, præter alia. quod ſi fiat Bonau. Fil. P. vel poſ. nulla erit hæſitatio: nam id ſic deſcriptum ſummo iure reſiduum ſuum aduocat, ac præmonſtrat; nec poteſt perperam iure aliquo, aut extra limites eleuari. Præterea nec in Epitaphio ſit quid ſuperfluum, quid repetitum, quid diſſolutum, quid impurum, quid demiſſum, quid deuium; ſit vt plurimum vnius conceptus: vnius linguæ duntaxat, ac idiomatis, ſiue græci fuerit, ſiue latini, ſiue hetruſci, aut Itali, aut alterius gentis. Sit nobile in primis Epitaphium, ſiue Elogiũ, numeroſum, acutum, argutũ, vſquequaq; pollitum, ac ſingulare. ad hæc, ſit concludens, quemadmodum. dicebat Pontanus: adiuuant autem plurimum exclamationes, Epiphonemata, apoſtrophæ, feſtiuitates ſimiles. Sciet inſuper lector, alia arte, alioq; Themate conficienda eſſe Elogia in muro poſita, atq; alio Epitaphia in ſtrato marmore, & Sepultura. Elogium nunc ſtrictè intelligo honoris teſtificationem alicuius defuncti Viri, præcipuè erectum in pariete: Epitaphium verò Inſcriptionem humi in ſepulchro exaratam: tametſi ſępiùs Elogiorum, ac Epitaphiorum nomina confundantur;

Val. Pr.

Iac. Pont.

quan-

quandoquidem in Elogio vt plurimũ, imò magis, merita & res geſtæ Viri vnius præcipui concluduntur: in Epitaphio autem inſtituentis nomen, familia, & quibus voluerit ſepulchrũ poſitũ eſſe: in hoc, dictatũ, fit breuius, clarius, ac familiare, in illo aũt longius, grauius, ac in omnibus ſingulare: in hoc ſemper mortuorũ habetur ratio: in Elogio verò & viuorum: quinimò ad viuos etiam duntaxat magnificandos Elogia, veluti & Encomia altiùs eriguntur, quòd clarè atteſtabitur tertius inter hos liber: cum interea & Epicedia, & Næniæ dicantur paſſim Elogia, aut Encomia propria mortuorum: quæ vt plurimum cani conſueuerunt, hæ ſepulto cadauere, illa verò corpore nondum humato: tametſi Sidonius, cum dixerit Nænia marmori inciſa, Nænias pro Epitaphio repoſuerit nec detractabo dicere Epitaphia, & huiuſmodi tumulorum inſcriptiones eſſe indiuidua illius ſpeciei poeſis, quæ Epigramma vocatur, quare cum ſint eiuſdem naturæ, regulari debent, & menſurari iiſdem regulis, & menſuris, quæ poſſunt eſſe Epigrammatis. Hæc omnia in ſe indicant aut rem, aut perſonam, aut factum: rem quidem, vt ſtatuam, arcus, Thermas: perſonam, vt viuam, vel mortuam: publicam, aut priuatam, Regem, Sanctum, Ducem, doctum, aut alios: Factum vero, vt Victoriam, vnde Epinicia, bellum, ſacrificium, & alia paſſim. ſed ne videar magis dicere, quam tacere promiſeram, conticeſcam, id ſolum admonens quòd Curioſus legat Dialogum illum Epitaphij titulo materna lingua ante annos paucos impreſſum à Franciſco Pola Iur. Conſ. Veronenſi in his experto ſuperq; ſatis: plura etenim, eaq; digna, medius fidius, quæ obſeruentur in conficiendis huiuſmodi inſcriptionibus tum ſimplicibus, tum compoſitis, ibi comperiet, nedum iuxta neothericos, ſed & magis antiquos mores. Hæc autẽ, qualiacunq; fuerint, pro iſtius noſtratis operis inſtitutione, neq; nõ intellectu, in pſẽtia ſatis ſunto.

Sidon.

Fr. Pola.

*Templorum quorumcumq; Taruiſij, Sacrorumq; cætuum diligens non minus, atq; conueniens memoratio. Cap. XVII.*

MOdò tandem de Templis omnibus, ac monaſterijs Taruiſinis, ad Vrbis amplitudinem, & Ciuium gloriam; neq; non ad operis mei clariorem intelligentiam quædam breuibus referam, & mox proſaicæ huic ſcriptioni finem imponam. Taruiſij antiquiſſimæ Vrbis hyſtoriam videre quis cupiens, ac perluſtrare, nulli dubium, quòd ad illam debet accedere, quam Ioannes Bonifacius



Digitized by Google

facius Iuriſconſultus ante annos XXIV. libris XII. refertiſſimá publicauit, vt ſuperiùs dicebamus: in quo quidem opere primo orditus ab ouo, quod aiunt, vſq; ad ea tempora, digna, quæ referantur cum adiunctis, atq; Epiſſodijs plurimis, doctè non minùs, ac eleganter omnia: regiſtrauit; qui ſanè Auctor, cum ad quædam Epitaphia deueniſſet, noſtri qualemcumq; memoriam, libro quippe XI. epilogauit: quaſi id honoris, atq; operis, ſicut fuiſſet noſtrũ, ita & abſoluendi futurum eſſe cognouerit. iam verò, niſi fallor, nulli alij hoc opus, qualecumq; ſit, iure potiſſimum obtingebat, quam mihi ipſi, qui Taruiſinus de Taruiſij nomine, ac Ethymologia ſub Ternarij titulo librum præſcripſi: qui perilluſtres Taruiſinorum Ciuium memorias, Epitaphiorum medio, ſeptem ſermonibus perſtrinxeram priùs: qui Taruiſinorum Equitum geſta, atq; haſtiludia primus expoſui: qui Taruiſinam Conſpirantium Academiam euexi pariter, ac ſuffulſi, Imprimens interea ſub Academicorum particularium nominibus opera nec parua, nec pauca, nec forſan ſpernenda, & vel annis proximis Parſimoniæ leges: ac demum de Nihilo Excurſum tradens: Qui inquam nulli alij rei vnquam ardentiùs ſtudui, quàm vt omnibus ſæculis, & quoquo tempore Taruiſinos armis, ac litteris fuiſſe generoſos perinde, atq; glorioſos publiciùs demonſtrem: eoſq; inſuper cunctis ſæculis operibus ritè perficiendis religioſiùs addictos mirandum in modum. Quapropter prætermiſſis in præſentia alijs quibuſcumq; dignitatem, ac ſplendorem Taruiſij noſtri præ ſe ferentibus, iſtud vnum, antequam ad Inſcriptiones deueniam, de Eccleſijs, deq; earum numero, ac ordinibus recenſebo, quippe qui Templa ipſa Monumentorum meorum maximam partem continentia recognoſcam. Quapropter dicam priùs eſſe ſpectabile, atq; admirandum Templum Cathedrale in medio ferme Vrbis poſitum, quippe quod ſit antiqui ordinis ac ſtructuræ, cum ſacellis pluribus, quinetiam ſubterraneis, vbi præſertim eſt corpus Diui Liberalis: cum in ſuprema baſilica ſint Epiſcopi Theoniſti, adſiantiumq; Diaconi, & Subdiaconi, Thabræ, & Thabratæ, martyrum ſancta corpora honorificentius reclinata: cum altaria illi præterea ſint XVIII varijs Sanctorum: Sanctarumq; ac B. Virginis, nominibus nuncupata: præcipuè autem Sacroſancto corpori Chriſti Domini: in horum vno iacent Sanctorum Florentij, & Vindemialis Epiſc. Reliquiæ: in altero B. Henrici Corpus, Sanguis, ac indumenta: cum & infra Canonica extẽt aræ aliæ, ac Sacella: illud præſertim ſancti Proſdocimi, qui Taruiſinum



Digitized by Google

num populum ad Chriſti fidem conuertit: qui & dicitur primum ieciſſe lapidem tanti Templi; plura his in eo quippe aderant altaria, ſed ea ſuſtulit Reuerendiſs. Apoſtolicus Viſitator; nec reticere valeo ſacram Turrim fortiſſimam, ac ampliſſimam, ſi quæ eſt alia: ad cuius ſummitatis aſcenſum vel equo ſtratum eſt iter, cum nulli ſint gradus poſiti, ſed molliter quadratim ardua fiat aſcenſio in cliui ſpeciem, via muris hinc,inde vallata:altitudo autem eius à Turri mea neq;perpaſſum differt; octo ibi campanæ optimæ compoſitionis, paruæ duæ, magnę duę, duę his maiores, & duæ maximæ, adeo ex arte conflatę & ſtudio conciliatę, vt dum ſonant ſimul omnes, videatur audiri concentus, & non incongûa melodia. Nec reticebo (dicat quid velit Momus) dignas harum Inſcriptiones tunc temporis conflatas, cum hę funderentur;in omnium quippe maxima,& vt cernitur valde ātiqua,ſuperiùs legitur rotūdis litteris, ac maioribus exaratum. MENTEM SANCTAM SPONTANEAM, HONOREM DEO, ET PATRIAE LIBERATIONEM. & altius AMEN. in Campanę corpore exciſa conſpicitur Virgo Mater cum his characteribus MT. OV. tum ad tres Sanctorum imagines S. PETRVS S. PAVLVS S. LIBERALIS. ſecus extremam oram legitur. Antonius quondā Victoris fecit in Venecijs: nec propterea quo tempore fuerit hoc opus confectum, ſcitur. in alia hæc ſunt deſcripta. CHRISTVS REX VENIT IN PACE DEVS HOMO FACTVS EST. I.N.R.I. ad medium Signa Sacroſancta: inferiùs verò, SCHOLAE SACRATISSIMI CORPORIS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI anno eiuſdem natiuitatis 1557. in alia prȩterea

CRVX EST SPES CHRISTIANORVM,
RESVRRECTIO MORTVORVM,
VICTORIA DAEMONVM.
I. N. R. I. (MDLXXIII.)

In alia, Campana d'i Battudi. in alia SCHOLAE SANCTI LIBERALIS relique minores verò, ſicuti & aliæ, ſunt ſacroſanctis ſignis, & pijs imaginibus decoratæ. Vnum præterire haudquaquam poſſum, aut debeo cum ſilentio: Occaſionem .ſ. cauſamuè illius primæ inſcriptionis in nola maxima, nempe. Mentem Sanctam ſpontaneam, Honorem Deo, & Patriæ liberationem: quod & Epitaphiorū materiæ,qua de nunc agimus conducit valde,quippe quod propriè fuerit Epitaphium; illud quidem Illuſtre, vt nūc dicam. Legitur in Vita Sanctæ Agathȩ apud Iacobum de Voragine, Iac. Vorag

Digitized by Google

Gab.Flam. ne, ſed magis, ac lucidiùs apud Gabrielem Flammam Scriptorem celebrem, quòd vita functa Agatha, dum ſanctum illius corpus magno Chriſtianorum accurſu tumulo conderetur, iuuenis ibi ex improuiſo centum alijs comitatus apparuit formoſiſſimus tabellam marmoream manu deferens prælibatis ijſdeminet dictionibus inſignitum: quam illico in ſepulchro capiti ſuppoſuit Sanctę Virginis, & ſtatim ab omniũ ſe ſubtraxit oculis, ac euanuit. verum enim uero ne hanc Orationem, vti obſcuram, aut imperfectam, cum verbo careat, prǽſertim cum ſit tanti ponderis, ac momenti, vt a Cælo indubiè credatur veniſſe, ſicco pede nunc tranſeamus, iuuat illam Flammæ illius ſapientiſſimi æq; ac eloquentiſſimi medio per paraphraſim explicare, ita enim, inquit ille, venit hæc nobilis Sententia intelligenda.

| MENTEM SANCTAM SPONTANEAM OBTVLIT<br>HONOREM DEO DEDIT.<br>Et PATRIAE LIBERATIONEM IMPETRAVIT. |
|---|

Quod, vti Scriptum de Cælo miſſum examinat: & veriſſimum fuiſſe in ſacroſancta illa Virgine ex Hyſtoria explicat, ac præmonſtrat, & niſi longior mea fieret Oratio, huc iurè cuncta transferrè: ſed hæc ſcire cupiens, eò recurrat: illi etenim optimè fuerit ſatisfactum. cæterùm quid per hoc innuerint Taruiſini in hac conflanda Campana, non adhuc ſatis compertum eſt; dixerim ego hanc eſſe Cleri, aut populi Orationem exhibentis, & deuouentis Deo Spontaneam, Sanctamq; mentem, illiq; honorem, ac debitam venerationem præſtantis: & Patriæ demum liberationem ab inſtantibus, ſeu prǽſentibus tunc temporis malis ſupplicis deprecantis, vtinam exorantis. hæc autem longiùs, quàm locus, breuius autem, quàm aurea hæc Sententia poſtulabat. Verum enim uero & aliud in iſtius modi tabellæ propoſito libenter inferrem, niſi a feſtinanti ſuggillarer lectore; dicam tamen, ille interim pagellam vergat, vel librum ſeponat, & claudat, non reluctor. Mos iſte inferendi in defuncti tumulum tabellam cum Epitaphio, non eſt adeo detrectandus, vt quæ ſimul cum mortuo tumuletur, atq; ab hominum oculis ſubtrahatur: quandoquidem illud in antiquiorem memoriam tutioremq; inibi ſeruatur Elogium: non imminet etenim tam cito periculum vt corruat, deſtruatur, ſiue auferatur. Legimus & alias

eiuſmo-

Digitized by Google

eiuſmodi tabulas in monumentis, in capſis cum cadaueribus conſepultas, inſigniorum præcipuè hominum, ac illuſtrium. mihi libet paſſum referre B. Scardeonij Pat. libri tertij vbi de Alberghet Cortuſio verba facit, pariter & tabellam ſic inuentam reponere. ſ. Is vero iacet in magno ſepulchro in atrio ædis Eremitarum: quod, dum ſuperioribus annis aperiretur, inuentum eſt æneæ tabulæ hoc Epitaphium. B. Scrad.

D. O. M. N. F.
SYLVANO CORTVSIO SPLENDIDISSIMO E
QVESTRIS ORDINIS VIRO, ET PATRI
IPSIVS ALBERGETO, ATQVE MATTHAEO
AVO CAETERISQVE PRO AVIS CORTV-
SIIS EQVITIBVS H. M. S.

Oſſibus elegit Domus hanc Cortuſia ſedem,
Elyſium petijt ſpiritus inde ſolum.
Filius Sic proauis, & auo, charoq; parenti,
Atq; Nepotibus, hæc propria buſta dedit.

Adiacent porrò Templo huic præcipuo, quod Dom, quaſi aliorum Dominus nuncupatur, Diui Petri Apoſtoli titulo decorato Canonicorum ædes non paucæ: ſed magis adiacet, quippe longiori tractu, eiq; eſt continuum, Epiſcopium, idq; illuſtriſſimum certè, ſi conſtructionem, atq; ordinem ſpectes, ſub, & ſupra, intus, & foris: ſi porticum perinde non minus ſpacioſam, atq; picturis, & laquearibus ſpecioſam, lucidam, quadraturæ longioris, foribus, & ſcalis marmoreis hinc inde appoſitè accõmodatis: præterea tot manſiones Epiſcopales, tot cubicula, ac domicilia adeo magnificè decorata, illa præſertim, in quibus excipiuntur hoſpites illuſtriſſimi: prætermitto ſacellum Epiſcopi ipſius Reuerendiſſimi nobilibus decoratum picturis, ac ornamentis, à dextris poſitum Magnæ porticus, ſiue hanc ambulacrum dixeris, ſiue atrium: veluti & à ſiniſtris Turrim ad varios vſus: fontium cuſtodiendorum præſertim inferiùs accõmodatam: amplam curiam præterea, antiquis atrium vocatam, viridarium, inſtructa Equilia, & alia multa, ſciens, quod qui viderit, me diminutionis potius, quam amplificationis crimine horum omnium incuſabit: cum maximè ſtylus ſit humilis, hæc autem omnia veluti ampla, atq; operoſa, ita & magnifica admodum, ac ſuperba. cæterùm quid dicam de xiſto illo

Q ampliori

Digitized by Google

ampliori fornicato ante Templum operoſè conſtructo, vbi ad marmoreas in gyrum ſcalas illi Leones ex rubro marmore valde inſignes: de quibus Pierius, & alij grandiloquè ſunt locuti? quid de foro illo anteriùs latiori? his poſtremis annis vſquequaque æquis ſtrato lapidibus, ac decetiùs marmoribus concinnato? quid de ſepulchretis, ac Cæmeterijs hinc inde, intus & extra, ſub fornicibus, ſub dio? niſi quòd grandia omnia, & ſibi inuicem reſpondētia. Locus poſtularet, vt ſequerer de quibuſq; Templis alijs ſingillatim faciens, quam debeo, magnificam mentionem: nihilominus breuitati ſtudens tangam duntaxat, atq; innuam, derelinquens etiam oculis volentium partem ſuam: imò inuitans homines ad dignoſcendum tot, tantaq; magnifica opera continuatum dignitatis, & ſplendoris ſymbolum retinentia. Quocirca Templum ampliſſimum cum admodum excelſo Campanili Patrum Dominicanorum ſub titulo D. Nicolai, illudq; apprimè ſpecioſum, & magni ſumptus cum eius ampliſſimo, & ditiſſimo monaſterio, ſi quod aliud, parumper proſpiciens, præteriens duplex periſtylium, porticus milliarias, hypetras, hortos, ac viridaria, non prætermittens tamen Bibliothecam XXXIIX. pulpitis libris duplicibus, ſub inq̄, & ſupra cathenis omnibus alligatis nobiliter inſignitam, dixero breuibus in altera Vrbis parte, nec quidem longè, eſſe conuentū admodum amplum Patrum Canonicorū Regulariū Lateranenſiū, cum pomario agro, pomærio, ac Viridario, amplis valde, cum fontibus, & fluuiolo peramænis: cum nouo, ac perilluſtri templo amplo equidem, pellucido, ac longiori: & quod vno verbo concludā, omnibus numeris abſoluto, ſub titulo ſanè Sanctorū Martyrum XL., His poſtremis annis Patres hi extra Portam huius nominis ad læuam per milliaris dimidium nouum excitarunt, ſed paruum Templum, Sancto Ioſepho dicatum: vbi habitat ex illis vnus ad rem diuinam faciendam, at magis ad Sacramenta Eccleſiæ ſuburbanis illis hominibus ſibi ſubiectis vel noctu, ſi fors tulerit, adminiſtranda. Eſt in plaga alia, nimis ab hac longinqua, quippe ad orientem ſecus mænia magnificum Templum Fratrum, ac Canonicorum Cōgregationis Sancti Saluatoris, cui titulus, Sancta Maria Maior (ratione quippe maioris Templi) omniū miraculorū genere refertiſſimū; de quibus, & de Templi origine librum expoſuit ante annos aliquot Frater Bernardinus Guidonius Patauus tunc Sacriſta: vbi & Cænobium dite admodum, ac ſpacioſum, hortis, ac pomario, & aquæ curſu per medium, veluti & amplitudine, atq; vtili commen-

Ioan: Pier.

Ber. Guid.

men-

mendabile. Sed quid dixero de ſpecioſo Templo illo Fratrum Frã-ciſcanorum Obſeruantium, Reformatorum inquam, tempore, & pecunijs patrum noſtrorum illuſtriùs non minus, atq; Sanctius fabricato, vbi omnia ad amuſſim facta conſpiciuntur? neque non monaſterium larga manu exædificatum inſigne: cui adiacent horti ampliores herbis varijs, tum & fructibus opulenti? Quid de Franciſcanis Conuentualibus? vbi antiquum Templum, & Cænobium, vbi inſula hortaria vndique præterlabentis fluminis impetu irrigata, vbi & alterum, & tertium hortum, ſeu pomarium conſpicimus, valde proficua. Eſt Templum Diuæ Margheritæ Patrum Cingulatorum, ſiue heremitarum Diui Auguſtini amplum valde, & admodum magnificum, præcipuè ob XII. illas marmoreas ſtatuas Sanctorum Apoſtolorum ad viuum operoſiùs exciſas, ac effigiatas, vbi & amplum, & commodum monaſterium, cum ciſterna optima, cum viridario magno, & referto nimis; nec minus cõmodum, ac ſpecioſum, licet breuius, extat Tẽplum, & Monaſterium fratrum Seruorum ad D. Catherinæ: veluti, & fratres illi B. Petri de Piſis potiuntur pulchra Eccleſia, ſublata veteri, ante annos paucos conſtructa titulo D. Mariæ Magdalenę, & congruo monaſterio, cum duobus viridarijs, ac fructetis, & aqua præterlabente, & piſcina pluris generis piſcibus ſemper conferta, inſignibus ſupra modum; & Patres illi vulgò Ieſuati, Beati inquam Patris Columbini: penès quos reperiuntur omnium propemodum ſimplicium aquæ elambicatæ: poſſident hi præter paruum Templum Diuo Hieronymo nuncupatum amplum monaſterium, & ampliſſimum viridarium, cum quo & horto, & prata, & adeo longas pergulas pono: in quo & aquæ curſus, vbi & piſces, & Cancri inſignes. Hi Patres Ciuium eleemoſinis ſuffulti, iam modò templum per magnum ſtruxerunt, & ſpecioſum: de quo alibi etiam proloquemur. Monaci Cartuſiani in Montelli vmbilico commorantes habẽt hic etiam domum amplam, & hortum, vbi eſt Sacellum D. Mariæ, Sanctiq; Hieronymi illorum Patroni. Hi ſunt monacorum conuentus, hæc Templa. Monacarum autem ſunt ſeptem alij con Templis ſuis. extat illud Diui Theoniſti ordinis Sancti Benedicti ditiſſimum monaſterium, vbi pulchrum Templũ, pulchrũ Cænobium diebus noſtris refecta, ac nobiliùs reformata; per hoc & aqua labitur ad illarum ingentem vſum. ſecus Silis vallum eſt Cõuentus Monacarum ordinis Sancti Dominici. vbi templum nobile D. Paulo erectum: & Cænobium reformatum maximo ſumptu


Digitized by Google

horti proficui, Silis ramulo vtilius irrigati. ſunt infra Vrbis Domicilia, duo contigua ſacrarum Virginum monaſteria; alterum ſub titulo Sanctorum Omnium, ordinis diui Benedicti, optimè extructum, ac opulentum: alterum Sanctæ Mariæ Nouæ ordinis Ciſtertienſis D. Bernardi: vbi mox conſumatum eſt nouum Templum teſtudinatum cupro tectum, cum duplici choro admodum illuſtre, ſumptuſq; amplioris, ſi fundamenta, ſi opus, ſi tectum ſpectes nec minùs eſt infra Vrbem cænobium Monialium Sanctæ Chriſtinæ, ſeu B. Pariſij ordinis D. Romualdi fratrum Camaldulenſiũ: & id Tēplum renouatum, amplius redditum, & cum choris magnificentius exornatum & illud Monacarum Sanctæ Claræ cęnobium eſt pariter domibus cirumdatum, & via ſatis lata, ſed muris vallatum altius Templum ſpecioſum, monaſterium verò non admodum ſpacioſũ, præ loci anguſtia, ſufficiens tamen; noua Ciſterna in primis commodum, ac proficuum. gaudent hæ omnes prouentibus quippe copioſis, plus, minus, iuxta hunc ordinem meum, ac inſtitutum. monachæ autē Conuertitæ vulgò, ad numerum forſitan quinquaginta, gaudent ſanè Eccleſia ſatis laudabili tribus altaribus exornata, & cænobio, & viridario non ſpernendis, noſtro tempore omnibus ex pijs erogationibus fabricatis: in reliquis ſunt miſerabiles, quippe quæ nil propemodum habeant in bonis; viuunt tamen, nec nimis duriter, collectis eleemoſinis, per vrbem precipuè, tùm & porrectis hinc inde, modis pluribus: & quandoq;, dum ſtrictiùs ſũptum agerent, vt inibi medicans obſeruaui, venit inopinatò erogatio largæ manus: triginta & vnum aureum vngarum ſemel vidi: nullo iniuncto onere: tantummodò vt pro benefactoribus fundant preces. Et hæc de maiori templo .ſ. Epiſcopali, & de monaſterijs Ciuitatis; addi poſſet Eccleſia Fratrum Capucinorum ad primum lapidem extra portam Sanctorum XL. cum monaſterio, horto, & fructeto, vt par erat aptiſſimè collocato: addi poſſet & illa cum cænobio Fratrũ Carmelitarum in pago Conſilij ad tertium lapidē: vt interim præteream templum, ac ditiſſimum monaſterium Benedictinorum Patrum in Villa Pyri, vulgo à Monaſtiero; ſic & Abbatiam Lapatinæ Fratrum Heremitanorum, & alia pia loca Taruiſanæ ab Vrbe longinquiora. ſciendum reſtat præterea eſſe Taruiſij Eccleſias Parochiales has, quas nomino, paſſim per vrbem magnificè extructas, ac vſu religioſiùs exercitatas. Templa inquam Sancti Ioannis a baptiſmate, Sancti Andræ, ſ. Io. baptiſtæ à Templo, Sancti Pancratij, Sancti Thomæ, Sancti Io: Euangeliſtæ de ripa, Sancti

Viti.

Digitized by Google

Viti, S. Bartholomæi, S. Stephani, S. Martini, S. Gregorij, Sãcti Laurentij, Sancti Michaelis, Sancti Leonardi, Sancti Auguſtini; præterea ſanctæ Agnetis, Sanctæ Fuſcæ. Ad hæc, ſunt & aliæ Eccleſiæ, quæ tamet ſi non ſint parochiales, nec animarum curam ſuſtineant, in ijs tamen celebrantur miſſæ, & alia bona opera frequẽtantur, intra Canonica Templi Cathedralis eſt Eccleſiola Sancti Nicolai, qui dicitur paruulus, quia parua illa: ſecus quam eſt Capella B. Mariæ Angelorum, ſecunda die Auguſti adeo ibidem celebratę: inde verò eſt illa Beati Proſdocimi, & in Epiſcopio altiùs eſt Pietatis Sacellum. extat Templum Natiuitatis B. Mariæ Virginis ſuperius in Prætorio. eſt Eccleſia B. Mariæ Carcerum. eſt illi B. Mariæ, & Chriſti Domini miraculis referta ad Sacrum Montem Pietatis. Extat ad Burgum D. Thomæ Eccleſia S. Mariæ, quia paruæ ædes, vulgò la Madonetta. Eſt Eccleſia Diui Marci in Armamẽtario, Eſt præterea Eccleſia B. Mariæ in Betheleem, ius Canonicorũ Regularium Lateranenſium. reperitur ſacellum B. Mariæ Verberatorum, eſt & in ædibus Bonifacijs illud B. Henrici, in quibuſquidem duobus non celebratur. ſunt præter has Eccleſiæ in Xenodochijs in maiori maior, & eſt Sanctæ Crucis, vbi aliquando celebratæ ſunt miſſæ: perpetuò verò tertia die maij .ſ. in feſto Crucis, & præcedenti, preces Veſpertinæ, cum apparatu ſumptuoſiſſimo & muſica percelebri propemodum omnis generis, vbi Ligni portio ſanctiſſimæ Crucis Domini, inibi religioſè non minùs, ac cautè cuſtoditi tunc exhibetur ſumma reuerentia ad oſculandum: ad hæc ad hoſpitium Fæminarum, vulgo pinzochere ſecus ſitum: ad illud Sancti victoris ad forum Præfecti: & ad illud Diui Andrææ à S. Pancratij Templo non longe. poſtremò ſecus Roleam à monacabus illis ſæcularibus tertij ordinis Diui Franciſci, vulgò pinzochere, ex pijs erogationibus extructa eſt ędicula admodum elegans, vbi quolibet die feſto miſſa quietiùs, vti remotiùs, publicè celebratur. Hæc ſunt Templa omnia, ſacræ ædes, ac monaſteria, quæ Taruiſij modò comperiuntur: de quibus qui aliud ſcire cupiũt, accedant, & percontentur. Iam ergo ad promiſſum Epitaphiorum ordinem, ac catalogum tandem deſcendam: ſi priùs ſingularia quædam ad mortuos pertinentia, non indigna, ingrataué, quæ ſciantur, ac memorentur, proponam.



Digitized by Google

## *Mortis Synonima, aut conſonantia.* *Cap. XVIII.*

Io Brit. Virgil. Cic. Mors, obitus, lethum, nex, necis genus, Fera apud veteres, vt notat Britannicus Satyra quinta Iuuen. exitus, exilium funus, Virg 4. Aen. *Nec moritura tenet crudeli funere Dido* dies ſupremus. Cic. hora extrema, poſtrema, ſuprema, ultima, ultima rerum linea, nouiſſimum, vltimum terribiliũ, vitæ terminus, finis, & defectus vitæ, vitæ diſſolutio, priuatio, interitus, interneeio, pernicies, extinctio, corruptio, animæ à corpore abſceſſus, animæ & corporis diſſolutio, ſeu ſeparatio, finis, finitio fati, finitionis dies, occaſus, fatum, extremum, ſupremum fatum, grauis hora, hoſtilis dies. Statius in Glauc.

Stat. *Cunctá in cineres grauis intulit hora: Hoſtilis q; dies.*

Eucher. Mors portus eſt, ad quem in his mundi calamitatibus miſeri nauigamus omnes: ad quem quò citius peruenerimus, eò celerius liberabimur, Eucher. in lib. de contemplatione mortis §. 8.

Varro. D. Petr. Tranſitus, calix, exceſſus, exitus è carcere, exodium vitæ. Varro. migratio, depoſitio tabernaculi, vnde D. Petrus primo capit. ſecundæ Epiſtolę dixit, iuſtum autem arbitror, quamdiù ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitione, certus, quòd velox eſt D. Paul. depoſitio tabernaculi mei, & Diuus Paulus 2. Epiſtolę ad Corinth. cap. quinto. Nam, & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati, eo quòd nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita, porrò dormitio, ſomnus, ſomnus æternalis.

Virg. *Olli dura quies oculis, & ferreus vrget*
*Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.*

Ouid. Cor. Tac. dies vltima. Ouid. ſed ſcilicet vltima ſemper expectanda dies homini eſt. Suprema abſolutè pro morte poſuit Tacitus, & celebre carmen, quo Germanici Suprema defleuerat. Orcus præterea, Proſerpina, Libitina, nigra Dea, neceſſitas, de quibus Auctores paſſim. cineres, & funus. Iuuenalis Satyra xj. de nepote, luxurioſo ſcilicet, inquiens.

*Non præmaturi cineres, nec funus acerbum*
Iuuen. *Luxuriæ: ſed morte magis metuenda ſenectus.*

qui & in Sat. xiij. hoc idem infert cum hac ſatis vera ſententia.

*Et maiore domus gemitu: maiore tumultu*
idem. *Planguntur nummi: quàm funera*

ad

ad hęc, Tres Parcæ, Nona ſcilicet, Decima, & Morta: alijs Clotho, Lacheſis, Atropos. nox, fabulæq; manes, Horatius, mortalitas κατάλυσις, θανατὸς, οἶτὸς, &c. & alia, q̄ inter phraſes poeticas legũtur, Lyſimelin pro morte poſuit Euripides, quod eſt ſomni Epitheton .ſ. membra ſoluens, vel etiam curas per aliam Ethimol. vnde aliqui Venerem hoc cognomento vocarunt: quippe quę membra nō minùs, ac ſoluat curas: quid ſi dixero Charontis nomine Lucianũ mortem intellexiſſe? legere eſt vltimam periodum Dialogi illius, cui titulus Charon: ſiue Contemplantes, nempe, ò qualia infeliciũ homium ſtudia. Reges, lateres aurei, magnifica ſacrificia, prælia, charontis autem nulla habetur ratio. Gorgoneum Meduſæ caput ſenſu, & motu priuans pro mortis ſigno poſuit Alciatus: Pontanus Perſephonem pro morte poſuit dicens, Perſephone inuidit, vellitq; à vertice crinem. Horatius Proſerpinam ſic. Hor. Eurip. Lucia. Alc. Pont. Hor.

*Nullum ſæua caput Proſerpina fugit.*

Fulmen pro morte poſuit Statius, Syluarum libro ſecundo dicens.

*Nos miſeri quibus vnde dies ſuprema, quis æui* Stat.
*Exitus, incertum: quibus inſtet fulmen ab aſtris.* Bibl.

in ſacris litteris mors dicitur flagellum inundans, dicitur & fuga, & iudicium, & fur, & porta, & venter, ſeu vterus, &c. tu vide ſuis locis. Omnes capitali iudicio damnati ſumus, dixit Seneca. Mors quippe eſt oīum pęna, oīum tributum, omnium carcer, omniũ domus, omnium receptaculum: ſicut enim maris abyſſus dicitur hoſpitium, ac receptaculum omnium fluuiorum, ſic mors eſt finalis receptio omnium mortalium viatorum, lege Nizolium ex Cic. in dictione MORS. Mors propter incertos caſus quotidie imminet, & propter vitæ breuitatem nunquā longè poteſt abeſſe dixerat Cic. Sen. Niz. Cic.

*Nec timeat mortem bene conſcia vita, nec optet.* Auſonius. Aus.

Quid in rebus humanis certius eſt morte? quid incertius hora mortis inuenitur. Non miſeretur inopiæ, non reueretur diuitias, non ſapientiæ, non moribus, non ætati deniq; parcit: niſi quod ſenibus mors eſt in Ianuis, iuuenibus verò in inſidijs. dixit B. Bernardus in quodam Sermone. idem in quadā epiſtola. Bona mors iuſti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter ſecuritatem. è contra, mors peccatorum peſſima, mala ſiquidem in mundi amiſſione, peior in carnis ſeparatione, peſſima in vermis, ignisque duplici contritione. Cæſarius tandem in admonit. 6. Percutitur hac animaduerſione peccator, vt moriendo obliuiſcatur ſui, qui viuens oblitus eſt Dei. Mortis Hieroglyphica, framea, & alia telorũ B.Bern. idem. Cæſarius.

genera:

Digitized by Google

Pier. Val. generâ: gladius, colus, penſa, pinus, cupreſſus, &c. de quibus Pierius Val. ſuis locis.

*Mortis varia non minus, ac grauia Epitheta, ſiue adiuncta.* *Cap. XIX.*

*Quæ in malam partem.*

MOrs mala, dura, exanimis, effręna, ferox, cruenta, acris, luctifica, effera, ſeuera, vltrix, minax, ſquallida, ſiniſtra, rapida, turgida, turbida, atrox, miſera, pfana, pallida, gelida, famoſa, infamis, immatura, inopina, inexpectata, properata, turpis, aſpera, cruda, importuna, ignaua, ſubita, mœſta, longaq; aĩam ſub morte trahebat. Stat. ſub initio Thebaidis, lẽta Ouid. 15. mortẽ purpureã dixit Homerus, vñ illud Plutarchi lib. de educ. lib. nẽpe, cũ Alex. Gręcis mãdaret, vt purpureas ſibi veſtes pararẽt, quippe domũ reuerſus è bello, ſacrificiũ de parta è barbaris victoria peracturus, eoque nomine gentes pecuniam viritim contribuerent, aiebat Teocritus ſe aliquando dubitaſſe, nunc autem liquidò ſentire, hoc ipſum eſſe purpuream, quã Homerus dixiſſet mortẽ: qua voce Alexãdrum ſibi inimicum reddidit. Inimicam addixit mortem D. Paulus aſſerens, deniq; verò deſtruetur inimica mors. ad hæc, inexpleta, fera, amara, immitis, rapax, dira, fęcunda, dãnoſa, inuida, liuida, nepharia, miſerabilis, indiuidua corpori, abominanda, inferna, inuiſa, triſtis, horrida, lurida, improba, improuida, tenebris operta, truculenta, ſurda, auida, arida, properans, prępropera, ſanguinolenta, gemebunda, profunda, informis, intempeſtiua, terribilis, feralis, iniqua, funeſta, horrifera, tremula, falcata, ſeu falce armata, occulta, terrifica, indomita, crudelis, impia, infeſta, auara, cita, inſperata, pallens, horrenda, horribilis, frigens, ferrea, armata, præſens, &c. primogenium dixit Iob cap. 18. Stipendia peccati mors. Pau. Rom. 23. erit enim miſeris mors ſine morte, defectus ſine defectu, &c. D. Gregorius. itidem Nex, infauſta, ſtygia, dura, nephanda, impia, perfida, hoſtilis, ſanguinea, lethalis, tetrica, auara, cruenta, horrida, miſera, violenta, lurida, turpis, obſcæna, mæſta, miſerabilis, cruda, crudelis, obſcura, horrenda, &c. Auctores vide, vt plurimum apud Textorem. mortuum ego me mauelim letho malo, Plautus in Rud. Nec enim turpis mors forti viro poteſt accidere, neque immatura conſulari, nec miſera ſapienti. Cicero.

[Margin: Stat. Ouid. Homer. Plut. Theocr. D. Pau. — Iob. D. Paul. D. Greg. in Homil. — Plaut. — Cic.]

Quæ

## *Quæ in bonam partem.*

Aſt etiam è contra Mors dicitur bona, dulcis, leuis, læta, placida, ſuauis, pulchra, ſpecioſa, precioſa, decora, honeſta, cupita, vtilis, æqua, breuis, compoſita, communis, beata, fortunata, matura, mitis, pia, liberalis, ſera, ſperata.

*Dulcis, & alta quies, placidaq; ſimillima morti* Virg. 6.
*Morte bella parea nel ſuo bel viſo.* Petrarca. Virg.
*Pulchramq; petunt per vulnera mortem.* Virg. 4. Georg. Petr.
*E bella ſembra à lui la morte, e piace:*
*Anzi inuita à morir ſeco ogni core.* Ludou. Rota. Loc. Ro.

Precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Pſal. 115. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormentum mortis. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Apocalip. Morte iuſtorum moriatur anima mea, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia. Num. cap. 23. De Iuſtorum, ac martyrum Chriſti ſeruatoris noſtri precioſa morte: & ex conſequenti de illorum gloria liceat, & quidem meritò, hic retexere verſus aliquot Venantij, Honorij, Fortunati, quem Poetam Taruiſinum cur non vocitem neſcio: cũ fuerit Oriundus a Valle duplabili, dobladinis vulgò. iuxta Plauis decursũ: q̃ regio, plagauè, eſt pars Territorij Taruiſini, diſtãs à ciuitate per xx. circiter milliaria: & ille quinetiam teſtetur, non longè à fine libri quarti De Vita, & Geſtis Diui Martini: vbi Qua me Taruiſus reſidet, &c. Carmina autem Fortunati in propoſito noſtro ſunt illius Carminum lib. 2. vbi de ſancto Saturnino. Videlicet.

Dau. ſap. 3. Io. Euang. L. Num. Hon. Fort.

*Ante ſepulchra Pij dantur modo dona ſalutis*
*Et corpus lacerum corpora multa fouet.*
*Dic vbi, mors inimica, iaces? vbi victa recumbis?*
*Quando vides Sancti funera Vota dari?*
*Quem malè credebas obitu finire ſalutem,*
*Dat vitam multis, & tenet ipſe ſuam.*
*Huc captiua cubas, quæ te regnare putabas:*
*Inuadendo peris: teq; furendo necas.*
*Te tua pœna premit, tua te fera vincula torquent:*
*Quod dare vis gemitus ipſa ferendo gemis.*
*Martyr ouans cœlos retinet: tu lucida, triſtis,*
*Mors inimica tibi tartara regna colis. &c.*

& in 4. eiuſdem Fortunati Carminum libro in quodam Epitaphio.



Digitized by Google

*Inuida mors rapido quamuis miniteris hiatu,*
*Non tamen in ſanctis iura tenere vales.*
Idem. *Nam, poſtquam remeans domuit fera tartara Chriſtus,*
*Iuſtorum meritis ſub pede victa iaces.*

Cic. Mors honeſta ſæpe vitam turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. Cicero. Statius in Genethl. Lucani ait.

*Securæ procul hinc abite mortes:*
Stat. *Nec vitæ Genialis eſt origo.*

Stob. Sophocles, referente Stobæo ſerm. 96. O mortale, miſerumq; genus hominum, quam nihil ſumus, ſed vmbris ſimiles inutile pôdus telluris obuerſamur. Video enim nos nihil aliud eſſe, præterquam Simulachra quotquot viuimus, aut leuem vmbram.

Senec. Seneca de remedijs ſortuitorum in fine. Mors, exilium, luctus, dolor, non ſunt ſupplicia, ſed tributa viuendi. Neminem illæsũ Fata tranſmittunt. & alibi Natura nihil hominibus breuitate vitę præſtitit melius; tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullum frequentius ſit votum. Idem Polyan. Quid plura? legatur Polyanthea ſub dictione MORS.

*Mors Norma Vitæ eſt optima.*

Ach. Bocc. Quod eſt ſymbolum Achillis Bocchij admirabile CXL. cum prius feciſſet illud. *Contemptio mortis metu cor liberat.*

D. Amb. Alcid. Cic. De Bono Mortis ſcripſit Sanctus Ambroſius Epiſc. Alcidamus antiquus Rhetor laudationem mortis ſcriptam reliquit. Marcus Tull. primam Tuſculanarum Quæſtionum inſcripſit, De contemnenda morte, vbi optimè philoſophatur, &c. tum alij paſſim. aſt quid non dixit de contemnenda, quin de amplectenda æquè, ac appetenda morte Iodocus Clichtoueus Neoportuenſis Theol. in illo eius opuſculo, De Doctrina Moriendi? neceſſaria ad bene moriendum præparamenta declarans, & quomodo in mortis agone varijs antiqui hoſtis inſultibus ſit reſiſtendum, edocens. ex cuius fine libri delector huc conferre octaſtichon hoc admirabile, memorabile, practicabile.

*Mors certa eſt, incerta dies, incertior hora.*
*Conſulat ergo animæ qui ſapit vſq; ſuæ.*
*Temporis eſt nobis (ſi rectè vtamur) abunde:*
*Nec malè viuentem ſæcula longa iuuant.*
*Omnia mors abolet quare non immemor: olim*
*Te fore, nunc qualem conſpicis effigiem.*

Qui

Digitized by Google

*Qui ſapit aſſiduè mortem meditatur; & horam*
*Cogitat extremam ſemper adeſſe ſibi.*

Cæterùm legatur & opus Petri Barrocij Patricij Ven. Epiſcopi Patauini, De ratione, ac modo bene moriendi, tribus diſtinctum libris, admirabile quidem: nec tamen à mox citato differens valde: & hocce diſticho ſatis vulgato abſoluamus hoc caput.

*Omnia tranſibunt: nos ibimus, ibitis, ibunt:*
*Cari, non cari: conditione pari.*

## *Varia, ac multiplicia hominum mortis genera.* Cap. XX.

HEu quot nam mortibus, mortiſuè generibus, obnoxius, ac ſubiectus eſt Homo. eſt primùm illa omnium omnibus communiſſima, ſingulis deſtinata viuentibus, omnibus ingruens, parataq; omni tempore, ſeparatio inquam animæ à corpore: vnde ſcriptum patenter legitur, ac vſq; ab huius mundi initio promulgatum ſcimus, ſtatutum eſſe omnibus hominibus ſemel mori. Stat ſua cuiq; dies: breue, & irreparabile tempus Omnibus eſt æui. Virg. Virg. quomodocumq; illa inciderit, terra, aqua, aere, igne, fumo. ijs, quæ fiunt in ſublimi, turbine, fulgure, fulmine, õisq; generis tēpeſtate: ijs, quæ fiunt ex arte: armorum præcipuè quocumq; genere: dolo præterea, caſu, iniuria, incuria, ex tempore, in ictu oculi: defectu, exuberantia, violentia, reſolutione: naturalibus ad ſummum cauſis, non naturalibus, præter naturam, & ſupra naturam: diſcraſia, intemperie inquam, praua compoſitione, ſolutione continui: morbis millibus, tum ſymptomatibus, internis, externiſq; vagantibus, popularibus, ac exoticis: faſcinatione, veneficio, veneno: animalium quorumcumq; inuaſione, vi, violentia, virulentia: dentibus, vnguibus, calcibus, cornibus, ſpumis, flatibus, eiaculationibus, ac intuitu: inſtrumentis à ſemetipſis excogitatis aſperrimis, vt Periclis in Tauro ęneo ad Phalaridis optionem, & quidem primi: veluti & Gilij illius in Gilijs carceribus peſſimis à ſemet ad Eccelini nutum Pataui fabricatis. denique iuſto Dei iudicio, quod omnium grauiſſimum. audiamus, amabo, B. Ioannem Euangeliſtam loquentem. Et ecce Equus pallidus, & qui D. Ioan. in Apoc. C. 6. ſedebat ſuper eum, nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum, & data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ, interficiendi gladio, fame, & morte, & beſtijs terræ. Eſt ſubinde mors animæ, dum peccatorum ſarcina grauata præceps ruit hæc, aut rapitur,



Digitized by Google

in gehennam: anima quæ peccauerit, ipſa morietur, mors peccatorũ peſſima: ita vt inibi morientes ſemper nunquam moriantur, nũquam, vt cupiunt, ſoluantur, redigantur ad nihilum: imò magis æternis cruciatibus, iiſq; perpetuis agitentur, lanientur, ſcerpantur, ab eo inquam tempore, a die illa Domini magna, & amara valde, in qua dixerit illis Dominus (vtinam per eius miſericordiã non & nobis) Ite maledicti in ignem æternum. recenſetur & alia mors animæ, quia morti ſimilis, in purgatorio ſcilicet: patitur enim anima eo loci cum damnatis ignis inferni vires: vnde de his memoratur Sancta Mater Eccleſia dicens, facias Domine de morte tranſire ad vitam, quã olim Abrahæ promiſiſti, & ſemini eius: ad vitam inquam beatam, ac ſempiternam in cælis. ſcriptum reliquit Macrobius in Somnio ſcipionis, Platonicos dixiſſe, animam viuere, dum immutabili parte mundi conſiſtit: mori verò cum in partem mundi cecidit mutabilem: eſſe autem lunam mutabilis, & immutabilis confinium; Et Cicero corpus modò animæ ſepulchrum, modò Carcerem, modò Ergaſtulum vocat, quod idem ſonat. Eſt & aliud mortis genus ipſius hominis, atq; id ſine morte: quando ſcilicet per ſpeculationem, per ecſtaſim, eleuationem inquam mentis, rapitur homo ad cælum: dum ſanè inferioribus, iiſq; corporeis partibus destitutis, adeo, vt nil aliud reſtet in corpore præter vim vegetalem, tollitur anima, extollitur, rapitur in Deum: veluti ſibi contigiſſe retulit Diuus Paulus aſſerens, ſe raptum fuiſſe ad tertium Cælum, vbi vidit arcana Dei, quæ non licet hõini loqui: mortem oſculi hanc pij homines vocant: vnionem ſ. animæ cum Deo: vnde Daniel dicebat, Dele, quæſo, animam meam, quia melior eſt mihi mors, quàm vita: & Apoſtolus, mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. ſed legatur Excurſus Academicus R. P. M. Ioſeph Policreti, cui titulus, Morte precioſa: vbi per 16. paginas mortem laudat, primam, ſecundam, tertiam à ſe penſitatas. Incredibili Zelo, amoreq; ſingulari detenti Homines, iuniores in primis: aiunt ſe viuere in amati obiecti ſinu, in pectore, in corde Amaſiæ in ſe ipſis autem mortuos eſſe: viuere verò eorum corpora ex animę obiecti lumine, aut participata gratia, aut ſpiritu, aut ipſa anima. legere eſt apud Poetas plurimos, Tuſcos præcipuè, id mortis genus; audiamus, amabo vos, ex neothericis Poetis, quem nunc prę manibus habeo, Ludouicum Rotam Berg. ſub illius Rithmorum initio: parcat quæſo latinus lector.

Euang.

Macrob.

Cic.

Dan. Prop.
D. Pau.
Iol. Pol.

Cant

*Cosi rara dolcezza in me ſi annida,* Lod. Ra.
*O dell'anima mia più cara parte,*
*Mentre ver me da bei voſtr'occhi parte*
*Vn raggio, che'l mio cor timido affida:*
*Ch'io temo, non lo ſtame all'hor recida*
*Morte, ſi me da me diuide, e parte;*
*Quand'ecco il cor mi laſcia, e in altra parte*
*Se'n vola, doue Amor lo ſcorge, e guida;*
*Vola ne i cari lumi, & indi à poco*
*Veloce paſſa, v'l voſtro cor ſi poſa,*
*Iui s'aſconde, e non appar più fuore:*
*E quindi il voſtro anch'ei cangiando loco*
*In me ſe'n vien: sì per virtù naſcoſa* Idem
*Viue vn ne l'altro, & in ſe ſteſſo more.*

Et in cantione illa poſt duas pagellas. ſic

*Sì del ſuo ſpirto priuo*
*Viue l'amante, doppia vita ei viue,*
*Morto in ſe ſteſſo, e viuo*
*Nel ſen, che meta à l'alma ſua preſcriue;*
*E quinci in ſe riſorge,*
*Ch'à vicenda l'amata il cor le porge.*

D.Paul.

Et Apoſtolus Paulus dicebat, Viuo Ego, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Anima magis eſt. vbi amat, quàm vbi animat. quid ſcio? Cæterùm de huiuſmodi animarum tranſmigratione, præter pytagoricos legere eſt apud Mariũ Equicolã, apud Leonẽ Hebræũ apud Speronẽ Speroniũ, veluti & apud alios recẽtiores plurimos, qui de Amoris natura, & viribus plurima cõmẽti ſunt. Diuus Paulus 6. ad Romanos epiſtola refert aliud mortis genus, & quidẽ per metaphorã, cũ dicit. Qui .n. mortui ſumus peccato, quomodo ad huc viuemus in illo? an ignoratis, quia quicumq; baptizati ſumus in Chriſto IESV, in morte ipſius baptizati ſumus? conſepulti .n. ſumus cũ illo per baptiſmum in morte: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. & reliqua per totum caput. vlteriùs ſcriptum eſt, illumina Domine oculos meos, ne vnquam obdormiant in morte: morte inquam peccati, proutaiunt expoſitores. Sumitur & impropriè verbum mori, veluti, quando dixit Balaam proph. L. Num. 123. Moriatur

D.Aug. Mar. Equi. Leo Heb. Sper. Sp. D.Paul. L.Num.

anima

Digitized by Google

animia mea morte iuſtorum: non etenim moriuntur animæ: minus autem illæ iuſtorum, ac beatorum; ſed eſt ac ſi dixiſſet, exeat ab hoc corporis ergaſtulo anima mea, quemadmodum exierunt iuſtorum: non etenim abolentur, aut ad nihilum rediguntur: ſiquidem, veluti ſcriptum eſt a ſapiente, iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis: viſi ſunt oculis inſipientiũ mori, illi autem ſunt in pace; quapropter ſubdit propheta, & fiāt nouiſſima mea horum ſimilia: ita intelligendum eſt illud Ezech. Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur, id eſt condemnabitur, punietur. Præterea eſt & aliud adhuc mortis genus in homine, quippe mors nominis: eaq; multiplex: veluti primò, ſi natus homo, moriensq; fefellit, vt dicebat Horatius. ſi incognitus .ſ. & tacitus, aut ſequeſtris, & ſolitarius vitam duxerit ſuam: prorſusque mundo inglorius decubuerit. quod nihilominus vitæ, tum mortis genus extollit, & quidem iure Angelus Politianus in Ruſtico, his carminibus,

Hor.

*Fælix ille animi, Diuiſq; ſimillimus ipſis,*
*Quem non mendaci reſplendens gloria fuco*
*Sollicitat; non faſtoſi mala gaudia luxus;*
*Sed tacitos ſinit ire dies, & paupere cultu*
*Exigit innocuæ tranquilla ſilentia vitæ.*

Aug. Polit.

Magis autem propriè mors nominis dicetur illorum, de quibus Horatius dictitabat,

*Nos numerus tantùm, fruges conſumere nati.*
*Nati ſolo ad empir di cibi il ſacco.*

Eſt item mors in nomine, ac in bona hominis fama, ſi poſita à ſeipſo, ſiue ab alijs in ſepulchrali marmore digna memoria, quis imprudens, malusuè, aut inuidus, illam abraſerit, ſuſtulerit, inuerterit, deſtruxerit, in aliumuè vſum marmor traduxerit: quod non ſemel cernimus eueniſſe: velut etiam ſi ex longo calceorum attritu, aut ſtillicidium cauſa, atq; ad nihilum reducta fuerit hæc inſcriptio, hoc Epitaphium: vel ſuperpoſitis maceriebus, cæmẽtis, terra ſub dio herbifera, & ipſa tandem, poſt hominum cadauera, ſepulta fuerint, ac defoſſa; Quinetiam ſi Domus Inſcriptio tollitur, aut palatii, illo ab hæredibus forſan alienato; ſi ſtatuæ, ſi figuræ, ceræ, ac imagines priſcorum fumidæ, fumoſęuè præcipuè, deſtruuntur, atq; abolentur; hancq; Petrarca vocat ſecūdā hominis mortem.

Petr.

Nec

*Nec Mauſolæi dives fortuna ſepulchri*
*Mortis ab extrema conditione vacat.* Prop. I.

Moritur etiam quandoq; Viri præclarum nomen, ſi forte fortuna libri eius commoriuntur: aut illi, in quibus nobilis, dignaq; eius mentio facta ſit: & hanc tertiam hominis mortem dicunt. Iam verò dixerim ne Ego hominem mori ob prauum à ſe patratum facinus, propter indignum, imò peſſimum nomen, ob id adeptum? illud vix auſim affirmare; cum inueniri audiam, comperioſq; eſſe priſcis ſæculis homines, eoſq; ſceleſtos, facinoroſos, ac peſſimos, qui dignoſcentes ſe ad nomen optimum acquirendum, ac gloriam, per bona opera, per glorioſa facinora, eſſe ineptos, ac nihili: patratis operibus peſſimis, impijs, ac nepharijs, nomen, tum hominis vitam, quantumuis infamis, ac peſſimi, ſibi perpetuam pepererunt; legitur flagitioſum, ſceleſtumq; opus, ſceleroſi illius hominis, ac nepharij, qui Dianæ Epheſiæ Templum ſuperbiſſimum, à tota Aſia ducentis, & viginti annis conſtructum incendit, ac penitus conflagrauit, non aliam ob cauſam, niſi vt ſui nominis memoriam propterea acquireret immortalem, qui inquam (quantumuis edicto publico cautum fuerit, ne vnquam ab vllo nominaretur, ne fieret voti compos) nihilominus poſt non multum temporis obtinuit deſyderium ſuum: Et diebus noſtris peſſimus ille Gallus, ac nequam, dicitur occidiſſe Henricum IV. Francorum Regem maximum, vt ſui nomen ex ſcelerato, immaniq; huiuſmodi parricidio, redderet immortale. Deniq; eſt & aliud mortis genus ipſius hominis, ipſius nominis, dum ſcilicet quis conflat libellos famoſos, inuectiuas, diras, bactria, imprecationes, atq; maledicas illas Orationes, aut carmina, quas vulgò dicimus Paſquinatas: ſi quidē his & boni homines etiam a carptoribus, à malignis, ac maledicis impetuntur: ex quibus aliquando eorum bona nomina celebrata, ac illuſtria, obſcurantur, denigrantur: quinetiam penitus tolluntur de medio, interimuntur, atq; abolentur. tu modò, lector, aſtrue alias, ſi quæ ſuppetunt memoriæ, lethæi fluminis inundationes ſuper bona hominum nomina, ac bonam famam. Rex Pſalmographus pſ. 21. mortis hominum naturalis, quantumuis nihilominus præter naturam, ordinem cenſet plurimum verſu illo 16. dicens, *Aruit, tamquam teſta, virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, & in puluere mortis deduxiſti me.* quem ſic vertit in eius paraphraſi Alberghetus Raynaldus noſter. Et ogni mia virtu, c'hauea di dentro, ſi conſuma, & coce non altrimenti di quello, Dauid. Alb. Rayn.

che

Digitized by Google

che fa il vaſo, che ſi ſecca al foco, in modo, che la mia lingua per l'ardente ſete, & ſiccità, ſi attiene alle fauci, & m'hai ridotto à tale, Eterno Padre, ch'io mi veggo eſſere arriuato al poluere della morte, cioè alla morte, che i corpi fa riſoluere in poluere.

## *Ipſius Mori Synonima.* Cap. XXI.

Mori, emori, demori, immori, intermori, fataliter mori,
Eutr. pr. Cic. Eutrop. interire, perire, deperire, pdi, cadere, occidere, con
cidere, decidere, decedere, decedere è vita, deficere, cedere, excede-
re, occũbere, procũbere, decumbere, Cic. occubare, occumbere
T. Liu. morti, Virg. occumbere morte, T. Liu. primò de Caco. occumbere
Virg. mortem idem 31., oppetere, adire, perferre mortem, obire, obire
mortem, obire diem ſuum, abire, abire è vita, exire de vita, mor-
te corripi, occupari, conſumi, reſolui, dormire, obdormire in Do-
Pet. Nat. mino, pauſare in Chriſto, Petrus Natalis in vita Sanctæ, Eugeniæ.
emittere ſpiritum, tradere, exhalare ſpiritum, extremum ſpiritum:
Hierem. exhalare animam, Hieremias in Lament. cum exhalarent animas
S. Luc. ſuas in ſinu matrum ſuarum, videre mortem, Lucas 2. vbi de Sy-
S. Matth. meone Proph. mortem guſtare Matth. 16. extremum vitæ ſuæ diẽ
Cic. morte conficere, ſupremum vitæ diem agere, Cic. in pace quieſce-
re, requieſcere, lucem deſerere, dormire cum patribus ſuis, obdor-
I. Mach. miſcere, dormitionem accipere. Machab. 2. deponere ſpiritum
Val. m. 9. Val. Max. ſpirare, expirare, expirare animam. Lucilius,

Lucil. *Expirans animam pulmonibus æger anhelat.*

Cic. Edere animam, efflare, Tull. Commutare vitam cum morte,
Colum. deſpondere abſolutè, dixit Columella, exanimari, fato defungi,
perfungi, vita defungi, fato, ſuſtolli ingredi viam vniuerſe carnis,
Lib. Reg. vniuerſæ terræ tertio. Regum ſecundo. Ioſue 23. ſupremo ſomno
Ioſ. corripi, morte ſubtrahi, conſopiri, conſumi: morte præuentus,
quem importuna mors ademit, Epitaph. ex hoc abibo prompta di-
Iac. Pont. uerſorio, Iacob. Pontanus Ieſ. Libro primo de Virg. matre ad 4
Lamprid. exitu naturali fungi. Lamprid. *Qui ſibi lethum*

*Inſontes peperère manu, lucemq; peroſi*
Virg. *Proiecère animas.* Virg. 6. idem 4.
*Et lumina morte reſignat.* & libro 11.
*Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.*

Plau. Obrepere mortem, veluti obrepit fames, vt Plautus in Poen.
Caſſ. in prologo. denaſci, Caſſius Hem. Quæ nata ſunt, ea omnia de-
naſci

Digitized by Google

naſci aiunt. ex Nonio. Horatius. Ergo Virgilium perpetuus ſopor occupat? deſiderari, Q. Curtius in eo prælio quinq; millia deſiderata ſunt, id eſt perierunt. fati violentia intercipi. Diodorus Siculus in Præfatione Regni philippi. defungi abſolutè. Filia mea modò defuncta eſt. Mathei 9. vita fungi, vitam profundere. corruere, vt in lib. Iudicum Cap. 19. mulier recedentibus tenebris venit ad oſtium domus, vbi manebat Dominus ſuus, & ibi corruit &c. qua nihil reſpondente intelligens; quòd erat mortua, tulit eam, &c. peritare frequent. a pereo. Plaut. in Capt. Qui per virtutẽ peritat, non interit. cedere è vita, diſcedere è vita, e viuis, fato cedere, concedere, fatis, Deoq; concedere, fatali neceſſitati concedere, lucis vſuram amittere, perdere, reddere, effundere extremum ſpiritum, edere extremũ vitę ſpiritũ, Cicero. iter ſupremum carpere. Horat. ſummum obire diem, vltimum, poſtremũ: ſoluere naturæ debitum, naturæ modum explere. Val. Max. migrare è vita, vitam finire, deſerere, claudere, concludere, & diſſoluere: efflare, agere animam, profundere animam, vitam exhalare, Virg. ex corporis vinculis euolare, ex corporis carcere, vel ergaſtulo ſolui, aut liberari, migrare a corpore, ab hominibus demigrare, Dionis. Halicarnaſæus libro primo, Aenea autem ex hominibus demigrãte. emigrare ex hac vita, morte confici, morte intercipi, deleri, extingui, tolli, ſuſtolli, pręoccupari, ſufferri, auferri, eripi, ex hac luce ſubtrahi, &c. vide inter Elegãtias Aldi Manut. nexos artus reſoluere, diem claudere, concludere extremum, extremum vitæ diem conficere, ſeu morte conficere: viuendi finẽ facere, efflare extremum halitum. Marſilius Ficinus in fine Plotini ſui ad Petrum Med. Laurentij Fil. Abſit, vt animũ illum minus felicem putem, quem è corporis compedibus euolantem, nouo quodam applauſu lætus æter exceperit. reperire finem ſui Val. Max. (Vixerunt R.) Saluſtius. linquere vitalia lumina, ſortiri vitæ finem, ſoluere, perſoluere carnis debitum, naturæ, &c. & mors depaſcet eos. Ioann. laborare in extremis, è corporis vinculis, tanquam è carcere, euolare: videre libitinam. Horat. idem, Nullum ſæua caput Proſerpina fugit. cupio diſſolui dixit D. Paulus: vnde Fortunatus noſter in de Sancto Saturnino dixit.

Non. Hor. Q. Curt. Diod. Sic. D. Matth. L. Iud. Plau. Cic. Horat. Val. Max. Virg. D. Hal. Ald. Man. Marſ. Fic. Val. Max. Saluſt. D. Ioann. Hor. D. Paul. H. Fort.

*Vincula terreni diſſoluere corporis optans, &c.*

Virg. ad extremum

*Aſt illi ſoluuntur frigore membra,*
*Vitaq; cum gemitu fugit indignata ſub vmbras.* Virg.

S Qui

Digitized by Google

Qui & in fine quarti AEneid. dixerat. *Omnis & vnà*
*Dilapſus calor, atq; in ventos vita receſſit.* Et in quinto
*abditaq; intus Spiramenta Animæ lethali vulnere rupit.*
Virgil. *Obuia multa virûm demittit corpora morti.* decimo.
*Tum latebras animæ pectus mucrone recludit:* eodem
*tum vita per auras Conceſſit mœſta ad manes, corpuſq; reliquit.*
demum, *Vndantiq; animam diffundit in arma cruore.*

Tit. Liu. Atque aliter alibi pluries. T. Liu. in prima primæ Decadis facie, de
morte Aeneæ ſic. Aeneæ etiã vltimum operum mortalium fuit. ad
D. Gre. N. tranquillum æterni regni portum enauigauit, dixit D. Gregorius
Niſſæ Ep. in fine vitæ Sãcti Ephremi Syri. ſucciſo vitę ſtamine, ex-
Iud. Cl. pleta ſuæ naturæ periodo, dixit Iudocus Clichtoueus. ſtãtem, dixit
Veſpaſianus Imperator moriens, Imperatorem excedere terris do-
Aur. Vic. cet. Sextus Aur. Vict. in Epit. vide complura alia ipſius mori Syno-
M. Fund. nima inter Phraſes Poeticas M. Fundani: neq; non in Nizolij The-
Nizol. ſauro Ciceroniano in dictione Morior. Sapientiſſimus quiſq; æquiſ
Cic. ſimo animo moritur: ſtultiſſimus iniquiſſimo. Cic. Virg. 3. Georg.

*Optima quæquè dies miſeris mortalibus æui*
Virg. *Prima fugit: ſubeunt morbi, triſtiſq; ſenectus,*
*Et labor & duræ rapit inclementia mortis.*

Luci. Et Lucanus. *Atq; ita præfato mors vltima lumina clauſit,*
Tibul. ,, Sed cum Tibullo rem abſoluamus, nempe Elegia tertia ter-
,, tij libri .ſ. Tunc, cum permenſo defunctus, tempore Lucis Nu-
,, dus lethęa cogerer ire rate. & in fine. Me vocet in vaſtos amnes,
,, nigramq; paludem Diues in ignaua luridus Orcus aqua.

## *Funera.* Cap. XXII.

FVnus, funebria, ordo funeris, pompa, mortualia, inferiæ,
exequiæ, iuſta, februa, parẽtalia, funeralia, humatio, ſupremi
honores, depoſitionis dies, dies mortualis, emortualis, Plautus,
Plaut. certum eſt, hunc emortualem facere ex natali die. ludi nouendiales,
menſtrua, anniuerſaria, & cæt.

Ouid. *Manibus exiguis annua iuſta dato.*

Peropportunum defuncti deſiderium in Saltu Maciano poſitum
Did. Cou. referam, quod, itidem quia elegans, à Didaco Couaruuia Variar.
Reſolutionum iuris lib. 4. vbi de Tribub. Rom. relatum eſt, nempe,
C. SVBERIVS C. F. Pompt. Calenus. qui oculos ab occiden-
te Italia auertens, cum multis amicis tranquillitatem expectanti-
bus

bus Hyſpaniam veni: vbi ſæuiſſimo coorto bello mortem cum vita commutaui. Vos filij in viu. parent. pientiſs. in mortuum pientiores patern. cineres ex Hyſpania exportate: communiq; ſepulchro condite, quo auitis cineribus immixti ſacro gaudeant anniuerſario. Iuſtitium .ſ. iuriſdicendi intermiſſio, quæ fieri ſolet in publico luctu, &c. Lucanus libro 5. pharſ. ſub initio, *mærentia tecta* Lucan.

*Cæſar habet, vacuaſq; domos, legeſq; ſilentes:*

*Clauſaq; Iuſtitio triſti fora.*

T. Liuius circa initium ſexti libri primæ Dec. Iuſtitioq; indicto, T. Liu. & alibi. Et Ouidius ad Liuiā. Incerti clauduntq; domos ſtrepitantq; per Vrbem: Hic, illic pauidi clamque, palamq; dolent. iura ſilent, mutæq; tacent ſine vindice leges: Aſpicitur toto purpura nulla foro. dies, ſeu commemoratio mortuorum .ſ. ſecunda Nouembris, necia idest præcentiones, euocationes, commemorationes, decantationes, ſimulachra, ſigna, ſtatuæ, ceræ, vota, imagines. Ouid.

*Aſſiduè libabò dapes: & pocula ſacris*

*Manibus, effigieſq; colam: te lucida ſaxa,*

*Te ſimilem doctæ referent mihi lumina ceræ* Stat.

*Nunc ebur, & fuluum cultus imitabitur aurum.*

Statius in Etruſci lachrimis; Qui & in Surrentino Pollij,

*Quid referam veteres ceræq; æriſq; figuras? &c.*

Suprema officia. Cornel. Tacitus, quòd ſupremis in matrem officijs deffuiſſet. Sepultura etiam pro funeratione, atq; ipſo ſepeliendi actu. Plinius, poſt ſepulturam aliæ manium ambages ſunt. ſilicernium, idest funebre conuiuium, quod ſenibus exhibetur. Nonius. exuuiæ porrò, chlamides, paludamenta, inſignia, & monumenta iſtiuſmodi, & quæ Fundanus in phraſ. poet. & quæ Nizolius ex Cicerone in dictione FVNVS. Ouidium audiamus. Cor. Tac. Plinius. Nonius. M. Fund. Nizol.

*Eſt honor & tumulis animas placare paternas:*

*Paruaq; in extructas munera ferre pyras.*

*Parua petunt Manes: pietas pro diuite grata eſt* Ouid.

*Munere: non auidos Styx habet ima Deos.*

*Tegula porrecti ſatis eſt vallata Coronis,*

*Et ſparſæ fruges, paruaq; mica ſalis.*

*Inque mero mollita Ceres, violæq; ſolutæ,*

*Hæc habeat media teſta relicta via.*

Nouendiales diſſipare pulueres, Horatius. nona dies, nona Aurora Virg. 5. Aen. Denicales feriæ, quibus hominis mortui cauſa familia purgabatur. Columella libro ſecundo cap. vltimo, tum Horat. Virgil. Colum.



Digitized by Google

Cic. Terent. Cicero libro de legibus. Funus interim procedit, ſequimur, ait Terentius in Andria. id eſt exequiæ. vbi vnum noto, funus accipi & pro pompa, quæ fit in exequijs mortuorum, à funalibus, quòd incenſi funes mortuis præferebãtur: qm̃ noctu efferebantur cadauera. Cal. & Cic. lib. de Amic. Quam Ciuitati charus fuerit: merore funeris indicatũ eſt. & quia verbũ, verbũ aliud, vt Linum (quod dicitur) linum trahit: aliud funeris ſubnectere non grauabor. legere eſt apud Pierium, libro 18 caput integrum, cui titulus FVNVS. quod quidem, cum & naturam pro funere præmonſtret, & vulturem, quam auem græci nonnulli animatum ſepulchrum appellant. & Plinius refert, Libro X. cap. 6. ex Vmbricij Aruſpicis ſententia, Vultures triduo, biduoue ante cò congregari, vbi futura ſunt cadauera: iſtuc tranferre puto non iniucundum futurum. FVNVS. Sunt qui Marti Vulturem dedicatum aſſerunt, quòd diuerſo ab alijs ingenio prędita omnem viuentium conſuetudinem abhorreat: ſtudiumq; omne ſuum circa huiuſmodi cædes intendat; atq; demũ funeſta omnia Hieroglyphicè ſignificet. ſanè cum natura omnia in ſeſe recipiat, ſitq; deſidentium omnium receptaculum: vulturq;, vti ſæpe dictum, naturam exeribat, non mirum, ſi quæ ſponte cadauera nanciſcatur, tam pro naturæ, quam funeris ſigno accæpta eſt à veteribus. olim autem apud Iberos vulturês erant pro ſepulchro, ſicut apud Hyrcanos canes, ob id dicti ſepulchrales. de Iberis ita Syllius Lib. 13.

Cal. Cic. Pier. Val. Plin. Pier. Syllius.

*Tellure, vt perhibent, is mos antiquus Ibera,*
*Exanima obſcænus conſumit corpora vultur.*

Virg. Homer. de his Virgilius intellexit dicens, Alitibus liquère feris. de his Homerus οἰωνοῖσί τε πᾶσι. de his Octauianus Philippenſi in prælio cuidam ſuppliciter ſepulturam precanti reſpondit. iam iſtam in volucrum poteſtate fore. funeraria dicuntur ea, quæ circa funus: vt funeraria actio Vlpianus l. At ſi quis. ff. de Relig. & ſumpt. fun. Qui mandatu alterius funerarit, non habet actionem funerariam. funeſtare autẽ, cęde polluere, aut funere inquinare Cic. pro Font. & pro Rab. & Plautus domũ funeſtatã dixit, aliquo, ſ. funere affectã. & Flaccus funeratũ poſuit pro occiſo, aut vita functo, lib. 3. car. Ode 8. paſſum refero orationis cuiuſdam docti Viri in Funere Sereniſs. Principis Grimani, & finio præſens caput. Quoties tamen hæc æquiſſimi funeris iuſta honeſtiſſima, debitaq; parenti Patriæ amantiſſimo parentalia piè, religioſèq; perſoluimus, toties Eccleſiarum atratæ aræ, pulli parietes, cænotaphij moles, ſepulcrales faces, lugubres ſoni, mæſtiſſimi cantus, conſanguineorum ſquallor, totius

Vlpian. Cic. Plaut. Flacc. Chriſ. Fin.

tius

Digitized by Google

tius Vrbis communnis luctus, ac dolor, quaſi iam obducta cicatrice Reipublicæ retractata vulnus acerbificum refricant lachrimarum, &c. cæterùm vide in lexico græco à dictione Νέμας ideſt aceruus mortuorum ad dictionem Νέμυς ideſt, mortuus. plures circa funera ſignificationes legito & apud Raphaellem Volaterranum, de modo funerandi libro philol. 32. Solenia etiam dicebantur hęc funera, vnde Cornelius Tac. libro 12. & funeris ſolenne perinde, ac Diuo Auguſto, celebratur, & Virg. 6. AEneid. Lexicon. Raph. Vol. Cor. Tac. Virg.

*Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolennia mittent.*

## *Feralia.* Νεκγια Νεμυια *.Cap. XXIII.*

FEretrum, loculus, loculamentum, capulus, capulum, ſandapila, ſcandapila, baris, geſtatorium, exaphorus, decaphorus, & lectica, vnde Martialis in Zoilum libro ſecundo. Mart.

*Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit:* Idem.

*Dum tamen hæc tua ſit, Zoile, Sandapila.*

Significat nempe zoilum in illa ipſa ſuperba, & paucorum hominum lectica ferri ad ſepulchrum: id eſt non aliud eſſe quã quod dicitur, viuum cadauer. item Libro ſexto. Idem.

*Inuidioſa ſibi quàm ſit lectica requiris?*

*Non debes ferri mortuus hexaphoro.*

Iocus inde. Mortui honeſtiores lectica hexaphoro efferebantur: at tenuiores ſandaphila, cui ſubiuncti ſaltem homines quatuor. Poeta idem. *Quattuor inſcripti portabant vile cadauer.*

Ait igitur, tam indignè homines ferunt te iuuenem, te egenum ferri hexaphoro, vt id vix paſſuri in mortuo videantur: quod tamen aliàs non inſuetum: quia lectica mortuorum. in Monumento M. Antonij Antij lupi, quod extat etiamnum in via Hoſtienſi, ſculpta lectica cum puluino, & corona cernitur: funebre .ſ. Signum, vt colligit Iuſtus Lipſius Electorum libro cap. 19. Lipſius.

*E'l letto marital barra funebre.* Ludou. Rota. Lud. Ro.

Abacus vlteriùs, cænotaphium, geſtatorium, quibuſdam tumba. capſa, capſula, puluinar, ceruical, lintea, ſtragula, opertoria, panni rubei, cærulei, &c. aurei inſtitæ, faſciæ ſepulchrales, ſudaria, feralia: ſiq; velis con Horatio, tametſi in alium vſum. Inſignia morbi Faſciolas, cubital, focalia. Pollinctus, pollinctura, conopeum, papilio, & cæt. Feriæ &c. Ouid. ſecundo Faſt. Hor. Ouid.



Digitized by Google

*Hanc quia iuſta ferunt, dixère Feralia, lucem.*
*vltima placandis manibus illa fuit.*

Apul. Quid modò ſibi velit illud Apulei libro 5. de Aſino, iam feralium nuptiarum miſerrimæ Virgini choragium ſtruitur. nihil moror: fortaſsè raptus, à verbo Greco. Lud. Rom. Ludou. Rota,

*Di rinaſcer morendo ſia ch'impari.*

Plutar. Sed Plutarchi quæſtione inter Romanas vigeſimatertia caput hoc Feralium abſoluamus. Cur quæ ad funera pertinent, in Templo Libitinæ vendunt, quam eandem eſſe cum Venere cenſent? An hoc quoque vnum eſt de Numæ Regis ſapienter inſtitutis, quo diſcerēt ab his rebus non abhorrere, neque pro piaculis eas ducere? Aut potiùs eo monebantur caducum eſſe, quod eſſet natum, vna eademque Dea & ortibus, & interitibus præſidente? Nam Delphis quoque Veneris Sepulchralis (Epitymbiam ipſi dicunt) eſt imaguncula, ad quam euocant eorum manes, quibus libant.

## *Mortuis concurrentes, & concurrentia. Cap. XXIV.*

Plutar. Funeræ, ſcilicet mulieres, ad quas funus pertinet: præficæ, trenodæ, lamentorum artifices; vnde Plutarcus in quæſtionibus Romanis. Cur in luctu mulieres albas gerunt veſtes, albaſq; vittas? an id faciunt exemplo Magorum, qui aduerſus Plutonem, & tenebras lucido, & illuſtri amictu ſe muniunt? aut ſicut defuncti cadauer albo inuoluunt tegmine, ita etiam amictos volunt eſſe neceſſarios. corpus autem hoc modo ornant, quia animam non poſſunt, quam volunt puram, illuſtremq; proſequi, vt peracto difficili, ac vario certamine iam dimiſſam. ſiue luctum maximè decent vilia & ſimplicia, &c. *Vt qui conducti plorant in funere.* Flaccus. Hor. Comploratio, idem in arte. *Vt ridentibus arrident, ita flentibus adſunt Humani vultus.* in perpetuum aue, & vale. Manes, Genij, vmbræ, &c. de quibus infra. Sacriſta, ſacrificulus, cuſtos, ædituus, æditimus, æditueus. *Onerataq; paſſim*

*Cuncta cadaueribus cæleſtum Templa manebant*
Lucret. *Hoſpitibus loca, quæ complerant æditue ntes.* Lucretius
Pomp. & Pomponius in Attelana, cui titulus Aeditimus.

Aul. Gell. Euſeb. ceſ. Pier. Val. Varro. Et poſtquàm tibi appareo, & æditimor in Templo tuo, apud Aulum Gellium. Cuſtodes hos Euſebius lib. xj. de Præpar. Euang. Paſtophoros vocat, à ſacerdotali habitu ſic dictos, vt notat Pier. lib. 43 M. Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 2. ab initio, Sementinis ferijs Tellu-

ris,

Digitized by Google

ris veneram rogatus ab æditimo, vt dicere didicimus à patribus noſtris, vt corrigimur à recentibus Vrbanis ab æditūo. Eueriator, ſcilicet, qui accepta iurè hæreditate iuſta facere defuncto debet. Feſtus. Feſt.
Rex ſacrificulus, ſiue ſacrorum apud Romanos, quod refert Alexāder ab Alexandro, Genial. lib 3. ſed nec ad rem noſtram, nec ad nos Chriſticolas ſpectat. Sacricolæ igitur, presbyteri, clerici, clericuli, vnde illud Alexandri de Villa Dei. Al.ab al. Al.de Vill.

*Scribere clericulis paro Doctrinale Nouellis.*

Cuſtodes, parochi, accolyti, &c. Fratres, monachi, cucullati, anachoritæ, heremitę, myſtę: ſacerdotes inquàm, diaconi, & ſubdiaconi, pręfecti, prębendati, quod aiunt, manſionarij, magiſtri chori, màg. cęremoniarum, canonici, primicerij, decani, & ſi qui alij, congregationes ad hæc, frataleæ, ſodalitates, confraternitates, ſcholæ, ſchola puerorū, ſeu Nominis I E S V. Initiatorum, ſchola Doctrinę chriſtianę, ſchola, ſiue ſodalitas centum Verberatorum, ſeu ſcapulariū, ſeu Batturorū dicas: ita humiliatorū, Crucifixi, Pietatis, Mortis, &c.
Nigrę ſolemnia Pompę, dixit Papinius in Epicędio in Glauciam Melioris. Quid ſibi velit ille funebriū longus ordo pōparum, apud Quintil. alias. cruces, aqua benedicta, mola uè ſalſa. Plinius, Nec minus propitij erant Dij mola ſalſa ſupplicantibus: ſic aqua luſtralis, vnde Ouidius. *Spagit aqua captos luſtrali Graia Sacerdos.* Stat. Quintil. Plin. Ouid.
tot veſtium genera, ac ſpoliorum: mytrę, pepli, capucia, crinalia, vnde idem auctor, quinto metam. Idem.

*Ornabant aurata monilia collum,*
*Et madidos myrrha curuum crinale capillos.*

apud nos albę, ſeu camiſia cum grammatis, amictus, ſtolę, tunicę, tunicellę, planetę, manipuli, ſuperpellicea, cotte vulgò, ni fallor, pluuialia, &c. vnde de Miniſtris miſſę. Vnus ſaltem miniſter, qui clericus ſit, vbi fieri poſſit, & talari veſte, ſuperpelliceoq; indutus ſacerdoti celebranti, compoſito corpore, nullo geſtu, ſed modeſtè aſſiſtens inſeruiat. adhęc capedines, ſympula, Epichyxes, &c. ſympuuia, cani, &c. vnde Iuuen. Sat 6. Lib.

*Sympuuium ridere Numæ, nigrumq; catinum,* Iuuen.
*Et Vaticano fragiles de monte patellas.*

aſpergilla, aſpergines, aſperges me Domine hyſopo. Dauid. libri, Orationes, luſtrationes, luſtramina, expiationes, parentales obſecrationes, funebres tibię, iuſta, funebria, &c. thura, timiamata, ſuffimenta thuribula, acerrę, cochlearia, cyathi, mortariola, nolę, campanę, campanulę, tintinnabula, candelę, tędę, faces. Virgilius. Dauid.

& de

Digitized by Google

*& de more vetuſto.*

*Funereas rapuere faces: lucet via longo*

Virg. *Ordine flammarum: & latè diſcriminat agros.*

Lampades, lychni, lucernę, cęrei, funalia, &c. lychnuchi, cęreoferarij, facigeri, candelabra, menſa quadrupes, tapete, ciborium, pannus rub. baldachinium, conopeum. vmbella, inſignia, &c. geſtantes, geruli, baiuli, portantes, &c curatores, corporis ſalitores apud Aegyptios. Diodorus Sicul. Veſpillo, pollinctor, ſoropigus, clynicus, libitinarius, ſandapilarius, defunctifer, buſtuarius, ſepulchripeta: deſignator, foſſor, curator funerum, &c. illorum inſtrumenta, ſcilicet, ligo, batille, ſarculum, ſcalprum, rutrum, harpago, anſula, vncus cũ anulo ferreo, corda, funis, laqueus, vectes. Hic ponite lucida Funalia, & vectes, & arcus, dicebat Flaccus vale dicens Veneri. perticę, tabulę, phalanges, repagula, retinacula, pali, paxilli, cunei, quid iam ſcio? Orator, eccleſiaſtes, &c. archerius, &c. Et quod ex Suetonio, & Corn. Tacito colligimus, pręuſto cadauere, defuncto laudato, collectis in vrna cineribus, ac ſepultis, ex adſtantibus vnus, ilicet, exclamabat: quo audito omnes ſimul ſic reſpondebãt, Vale, vale, vale; Nos te ordine, quo Natura permiſerit, ſequemur. & apud nos. Requieſcat in pace. Amen. vnum quinetiam addit Ambr. Calepinus in dictione, aqua, ſcilicet. Et qui funus perſecuti fuerant, redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi: quod & purgationis genus vocabant ſuffitionem. legatur in fine Appendicis Iulij Iacobonij De Priſca Cęſiorum gente, de his amplior, vberiorque tractatio ſuperque ſatis. Iam verò quia ad initium huius capitis de conductis ad plorandum in funere fecimus mentionem, non grauabor referre Statutum vnum Ciuitatis noſtrę, quod eſt regiſtratum, Statutorũ, Prouiſionumq; Ducalium Taruiſij lib. 3. trac. 2. Rub. 4. in hunc tenorem. Decernimus, quòd nullus maſculus maior quatuordecim annis, nulla mulier maior duodecim annis, quę ſit de ciuitate Taruiſij, vel Diſtrictu, alta voce plangere audeat aliquem defunctum, cum corpus portatur ad Eccleſiam, ſiue ad locum ſepulturę, in via, vel iuxta ſepulturam ſub pęna, & in pęna centum ſol. den. par. pro quolibet, & qualibet vice: cuius medietas ſit accuſatoris, & alia ſit Communis; quod tamen locum non habeat in vxore, matre, ſorore, filijs, & filiabus, patre, vel fratre.

Diod. Sic. — Hor. — Suet. — C. Tac. — Suet. Ta. — Calep. — Iul. Iacob. — Stat. Tar.

Additio facta per ſtatutarios, & approbata per maius Conſilium communis Taruiſij, quę talis eſt.

Item ſtatuimus, quòd quando corpora defunctorum portantur ad ſepulturam

ſepulturam ſocianteſ dictū corpus, ſtatim ipſo corpore ſepulto, debeant regratiari per amicos defuncti, & iuxta ipſam Eccleſiā, & non redire ad domū defuncti pęna 10. lib. par. pro quolibet, & qualibet vice, exceptis propinquis defuncti, & ſpecialiſſimis amicis ſuis, qui propinquos dicti defuncti poſſint aſſociare ſine pęna vſq; ad domū ſuā pro eoru libito voluntatis: & quòd mulieres ad domū defuncti, vel aliqua perſona, non poſſint conuiuari, nec cōuiuia facere, poſtquàm dictum corpus fuerit ſepultum, ſub dicta pęna: quam incurrant totiens, quotiens cōtrafecerint. M CCCXXVIII. indic. XI. die XIIX. Maij, in reformatione maioris Cōſilij cōis Taruiſij, &c.

## *Sepultura Synonima, &c.* *Cap. XXV.*

SEpultura, græcè ταφὸς. Sepulchrum, monumentum, munimētum, munimentus etiam, vt in hoc Epitaphio Romæ poſito ad D. Bartholomæi Phanum.

P. CVRTIVS ONESIMVS fecit ſibi, & CAECILIAE
FESTIVAE coniugi ſuæ dulciſſimæ:
Libertis, Libertabusq;, poſteriſq; eorum.
HIC MVNIMENTVS Hærede non ſequitur.
Dolus Malus Abeſto.

molimentum etiam, licet impropriè. Liu. buſtum, ſarcophagus, tumulus, portus corporis, domus æterna, quietis domus, domus ſimpliciter. 1. Regum, 25. mortuus eſt autem Samuel, & ſepelierunt eū in Domo ſua in Ramatha. & 3. Regum 2. Aſcendit itaque Bonaias filius Ioiadæ, & aggreſſus Ioab interfecit eum, ſepultusq; eſt in domo ſua in deſerto: Communemq; domum tenebricoſam dixit Scaliger. Ouidius ad Liuiam. T. Liu. Lib. Reg. Item. Scalig.

*Claudite iam Parcæ nimium reſerata ſepulchra:* Ouid.
*Claudite: plus iuſto iam domus iſta patet.*

iuxta quam nomenclaturā referre poſſumus Puticulos Romæ vltra Exquilias commune ſepulchrum miſeræ plebi, veluti dixit Horatius Sat. 8. primi libri, ſcilicet.

*Huc prius anguſtis eiecta cadauera cellis* Hor.
*Conſeruus vili portanda locabat in arca.*
*Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum.*

qui locus ita dictus, ſiue quòd ibi cadauera putreſcerent, teſte Feſto, ſiue quòd putrefacta cadauera ſummum ibi putorem gignerent: ſiue a puteis ipſis, ideſt, foſſis, in quibus cadauera ſepeliebantur: anti- Feſt.



Digitized by Google

quiſſimum enim ſepulturæ genus fuit, teſte ipſomet Feſto, vt facto puteo cadauer humo obrueretur: nam cremandorum corporũ conſuetudo à L. Sylla initium ſumpſit. cæterùm locus hic poſtea nobilis fuit redditus Hortis inibi Mecęnatis cõſtructis: vnde proſequitur verſu Flaccus, *Nunc licet Exquilijs habitare ſalubribus, atque*

Hor.

*Aggere in aprico ſpatiari: quomodo triſtes*

Feſt.

*Albis informem ſpectabant oſſibus agrum.*

adhæc, habitatio non æterna, quietis locus, &c. vſtrinum, ſiue vſtrina. Feſtus, vbi buſti, & vſtrinæ ethymon tradit. Terreũ, neutri gen. vt in ſepul. Vincislai Bicignoli intus ad D. Claræ. Forum. vnde Tullius in leg. lex. Forum, ideſt veſtibulum ſepulchri, buſtũuè, vſu capi vetat. Funus. Virg. 3. Aen. *Ergo inſtauramus Polydoro funus.* vt ait ibi Seruius comment. oſſuaria, olla oſſuaria, ollaria, oſſarium, oſſuariũ, cinerarium, olla, vas, vaſcellum, maſſa, vt in Epith. Flauij Seueri Romæ. vrna, cupa, amphora, pixis, orca, arca, palla, maſſa cum cinerario: crypta, cauerna, ſpelæum, ſpelunca, ſpecus, antrum: vnde paſſum Speculi moralis Cardinalis illius Vitalis Ord. Seraphici cap. de Iuſtitia, non iniucũdum iuuat referre. Cum Alexander Magnus vltimum litus Oceani perluſtraſſet, debellare voluerat inſulam Bragmanorum: qui miſerunt epiſtolam in hæc verba. Diuitias non habemus, quarũ cupiditate nos debeas expugnare: Eſca nobis eſt pro diuitijs: pro cultibus, & auro, vilis, & rara veſtis, antra nobis duplicem vſum præſtant: tegumentum in vita, ſepulchrum in morte. quare & in pace dimiſit eos. ad hæc, teſtudo, fornix, arcus, antes, cippus, cippus ſepulchralis, ara, pyra, cataſta, ſtrues, rogus, ſacrũ, capſa, locus, locellus loculus, exemplum de monimẽto, & loculo inter ſcitè dicta ſcitu dignum ex Plutarchi apophtegm. ſub initio. Semiramis, cum ipſa ſibi ſepulchrum cõdidiſſet, inſcripſit hæc. *Siquis* Rex pecunia indiguerit, is recluſo hoc monimento ſumat, quãtum volet. Darius, aperto eo, nullam inuenit pecuniam: ſed in aliam incidit inſcriptionem, cuius hic erat ſenſus: Niſi malus fuiſſes homo, & pecuniæ inſatiabilis, numquàm ſanè loculos mortuorum inuiſiſſes. loculamentum ſepulchrale, locus ſacer. hic relatu dignus eſt locus apud D. Auguſtinum de Ciu. Dei lib. primo, cap. 12. nempe, Quibus peccata dimiſſa non ſunt, a ſacris locis poſt mortẽ adiuuari nõ poſſunt: quia quos peccata grauiora deprimunt, ſi in ſacris locis ſe ſepeliri faciũt, reſtat vt de ſua præſumptione iudicetur: quia eos ſacra loca non liberant, ſed de culpa temeritatis accuſant. Clauſtrum porrò, carcer, ergaſtulum, cella, tymbus, tymbium, xenotheca,

Cic. Virg. Seru. Vital. Car. Plut. D. Auguſt.

Digitized by Google

ea,ſolium, conditorium, vnde Petronius Arbiter, in conditorium etiam proſecuta eſt defunctum.armarium,meta,puteus, quietoriū, requietorium,reclinatorium, poliādrium, mortuorum dormitorium,ſanctuarium,ſepulchretum, cæmeterium, catacumba. aula, lira,ſulcus,gleba,depoſitum,adytus,aſilum, tellus, humus, ſolum, choma,ager, agger, ſepulchrorum ambitus, in celſis aggeribus in longum porrectorum. Dioniſ. Halicarn.lib.1.Cumulus,ſinus, arena.Patauij ad D.Antonij Confeſſ.ędem. Petr. Arb. Dion. Hal.

*Annis millenis centum bis octuagenis*
*Iunctis ſeptenis bis atris trador arenis.* Ep. Pat.

mediaq; inhumatus arena. Virg.4.Aen.planum, puluis, terra, cor terræ,ex Euangelio,inferiora terræ,foſſa,lacus,ſcrobs,ſcrobem fieri imperauit dimenſus ad ſui corporis modulum. Suet. Tranqu.in Nerone. foūea. deſcenditq; cum illo in foueam. Sapient. 10. conca,theca,labrum,latebræ,latibulū,lectus,ſedes,rudera, cautes, tegmen,teſta.marmor,petra,lapis,ſaxum, Virg. Suet.Tr. Salom.

*Felice ſaſſo, che'l bel viſo ſerra.* Petrarca. & Neapoli cuidam medico Arimenſi,Qui cum oēs philoſophię Theſauri recondūtur, Petr.

*Saxum hoc Virtus,& Probitas contra vota Poſuère.* Ep. Neap.

& in Epitaphio Senecæ, quod aueo hic regiſtrare, ac ſi meum futurum eſſet.

*Cura, labor, meritum, ſumpti pro munere honores,*
*Ite alias poſthac ſollicitate animas.*
*Me procul à vobis Decus euocat. illicet actis*
*Rebus terrenis: hoſpita terra, vale.*
*Corpus auara tamen ſolennibus accipe Saxis:*
*Namq; animam cælo reddimus, oſſa tibi.* Ep. Sen.

& in illo eleganti valde Marſilij ſanctaſoph.in æde D Franciſci Bononiæ conſtituto. *Quæ mortalis erat, iacet hic, pars condita, magni*
*Exuuias animi colligit vrna breuis.*
*Cumq; procul latè reſonet ſua gloria, ſaxum*
*Accipit exiguis nomina magna notis.* Ep.Bon.

& in fine illius octaſtici ad arcam Gabrielis Dondi', Patauij in T. Cathedrali. *Corpus ſaxa tenent: cælum mens incolit alma.*

Silex præterea, vt Patauij ad D.Auguſtini.

*Hic tenet oſſa Cilex: animam ſublimia cæli:*
*Candida lethææ fama repugnat aquæ.* Ep. Pat.

lateres,cæmentum,ceſpes,moles,& tot alia; quorum ſi auctoritates reponere fuiſſet animus, nimis in longum, nec ſine tædio, no-

ſtra proceſſiſſet Oratio:aliquas ex libito ponam tamen. cœlum pr=terea, ſub dio,qui caret vrna.

*Ne me terra tegat,poſco: ſinito aëra apertum:*

Pont. *Degrauet & cineres tegula nulla meos.* dixit Pontanus.

Luc. & Lucanus 7.lib.Pharſal.prope finem,

*Libera fortunæ mors eſt:capit omnia tellus,*

*Quæ genuit: cælo tegitur, qui non habet vrnam.*

Ouid. fumoſo conditus cinis cado ex Ouid. terra vniuerſa. vt in Epitaphio Betignoli,videlicet.

*Inſignium enim Virorum vniuerſa Terra ſepulchrum eſt.*

*Pur la ſaſſoſa mole, Come ſegnò la man ſpietata, e dura,*

*Li diè morte in vn tempo, e ſepoltura.*

Io.Capp. dixit Ioannes Capponius Bonon.in Idillio. Cui A C I titulus. Tempus etiam. vnde Seneca. Quid intereſt ignis me, an fera conſu-

Seneca. mat, an tempus omnium ſepultura?

Lucan. *Fumantes hominum cineres, ardentiaq; oſſa.* dixit Lucanus. Suggrundaria veteres dicebant ſepulchra infantium, qui necdum

Fulg. 40.dies impleſſent,vt inquit Fulgentius:cum nec buſta dici potuerant, quia oſſa quæ comburerentur,non erant: nec tanta magnitudo cadaueris, qua locus tumeſceret: vnde neque tumuli appellari merebantur: vnde Rutilius Geminius in Aſtianatis Tragædia me-

Rut. Gem. lius ſuggrundarium miſer quæſieris, quàm ſepulchrum. vbi notan-

Plin. dum duco ex Plin. lib. 7. infantes ante dentitionem, id eſt ante 7. ætatis menſem non cremari apud veteres. vnde Iuuenalis Sat. xv.

Iuuen. *Naturæ imperio gemimus, cum funus adultæ.*

*Virginis occurrit: vel terra clauditur infans.*

*Et minor igne rogi.*

Cic. Gymnaſium etiam, vnde Cicero Epiſt. Famil. 4. 12 de Marcello à Magio interfecto. Pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei ſatis amplum faciendum curaui. ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra vrbem impetrare non potui: quòd religione ſe impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquàm conceſſerunt: quod proximũ fuit: vti in quo vellemus Gymnaſio eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. nos in nobiliſſimo Orbis terrarum gymnaſio Academiæ locum delegimus: ibique eum combuſſimus, poſteaquam curauimus, vt iidem Athenienſes in eodem loco Monimentum ei marmoreũ faciendum locarent. tametſi gymnaſium ibi, quaſi pro templo ſumatur, aut cæmeterio. ſed & Epitaphium pro ſepulchro poſitum reperitur, vnde Puteolis eſt tale marmor.



Digitized by Google

IN HOC EPITAPHIO Maceria cinctũ ANNIAE MAXIMINAE
Et CELERINATIS filiorum eius.
Quæ eſt Domus Aeternalis.

pyramides inſuper, columnæ, baſis, Epiſtylium, ſtilobates, ſpira, ſcapus, arcus, acus, obeli, obeliſci, Mauſolæa, &c. Martialis.

*Marmora parua quidem, ſed non ceſſura, Viator,* Mart.
*Mauſeoli ſaxis, Pyramidumuè, leges.*

venter viuus etiam quandoque ſepulchrum eſt, vt fuit Artemiſiæ ſui Mauſoli Regis Cariæ, cuius cineres cum vino bibit. cæterùm cũ lacte, & ſanguine aliquot hebræorum mulieres in diuturna Hieroſolymæ obſidione aſſatos infantes ſuos famelicæ deuorarunt: quo inquàm pacto ventriculis proprijs, ijſdemque, vnde venerant, viſceribus, ac ſi infra viuentes tumulos, propria viſcera, à ſemetipſis quippe trucidatos filios, condiderunt. qua de re Hieremias propheta, & Ioſeph Hebræus locuti ſunt. Leocorion monumentum fuit ab Athenienſibus in medio ceramico erectum; Nam cum Attica vniuerſa maximè fame laboraret, vnumq; hoc ab oraculis oſtẽderetur remedium, ſi quis liberos ſuos immolaret: inuẽtus eſt Leos quidam Orphei filius, qui tres filias ſuas Virgines, Paſitheam, Theopen, & Eubulẽ tradidit immolãdas, cuius beneficij memores Athenienſes monumentum in ceramico erexerunt. auctor Suidas. Quid ſi & lintrem dixero? legatur nobile Epitaphium Patauij in Templo Cathedrali repoſitum, quod eſt huiuſmodi. Hiere. Pr. 10. Heb. Suid.

IOANNES RVBERTVS vtriuſq; Iuris Doctor Can. Pat.
genere clarus, virtute clarior, probitate rarus, Ep. Pat.
veri Dei prius cultor, ac de pauperibus benemeritus,
Felici vitæ integritate poſitus, Hac in LINTRE
Impedimentis relictis in paratũ ABRAHAE ſinũ ſe recępit.

Quid ſi dixero & fluminum alueos fuiſſe ſepulchrorum ipſorũmet ſepulturas? legitur apud Procopium, Alarico Gothorũ Rege, poſt captam à ſe Romam, direptamque, & deinde Campaniam vniuerſam, Coſentiæ præ ægritudine vita functo, ſuos, iuſtis ſolutis, Biſentium flumen diuerti curaſſe, atque in eius aluei medio nobile ſepulchrum ſtrui: in eoque Regem ſuum condidiſſe, tum flumine in proprium alueum remiſſo, quotquot in tanto opere laborarunt, interfeciſſe, ne ab aliquo vnquam ſciretur, vbi locorum, aut gentium, Rex eorum ſepultus eſſet. Refert Rauiſius Nabathæorum Regum Cadauera deijci in ſterquilinium. Sepulchra græci dixerunt ἐρία. hoc eſt Eria, ab ea, quę mortuis inijciatur terra, quam Eram vocãt. Procop. Text.

ita

Digitized by Google

ita ἐνταφιασμοὺς, ἐντάφιον, ſepultura, parentatio immolatio. Co-
Luci. lumna ſepulchralis, Lucianus, ara ſepulchralis. Ouid. 8. metamor.
Ouid. *Ante ſepulchrales infelix aſtitit aras.*
ædes etiam. idem auctor.
*Eſt mihi marmorea ſacratus in æde Sychæus.*
Feſt. Argæa, loca quædam Romæ appellabantur, quòd in ijs ſepulti eſ-
ſent quidam Argiuorum illuſtres Viri, hæc Feſtus. Sepulchrum di-
Euang. citur quaſi ſemipulchrum, iuxta Chriſti Domini dictum, ſcilicet,
Væ vobis, ſcribę, & phariſęi hypocritę: quia ſimiles eſtis ſepulchris
de albatis, quę a foris parent hominibus ſpecioſa, intus verò plena
ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia; & tales ſunt hypocri-
Lud. Sax. tę, dicebat Ludolphus Saxo. nitidi exterius, & interius fœtidi. hic
vnum haudquaquam deſeram, tametſi in alium ſenſum poſitum à
Luci. Luciano ſamoſat. in Gallo ſuo, ad rem quippe noſtram viſum con
ferre, videlicet, cęterùm ſi immiſſo capite, quę ſunt intus inſpicias,
videbis vectes quoſdam, paxillos, & clauos introrſum prominentes,
neque non vimina, cuneoſque, & picem ſublitam, & aliam item id
genus deformitatem intrinſecus inhabitantem. omitto recenſere
muſcarum, muſtellarumque vim, quæ nonnunquam in eis man-
ſitant. referamus hic etiam quæſo paſſum propheticū: Hieremiæ,
ſcilicet, cap. 8. ab initio, obſeruatione quidem dignum non leui. In
Hier. Pr. illo tempore, ait Dominus, eijcient oſſa Regis Iuda, & oſſa Princi-
pum eius, & oſſa Sacerdotum, & oſſa prophetarum, & oſſa eorum,
qui habitauerant Hieruſalem, de ſepulchris ſuis: & expandent ea ad
ſolem, & lunam, & omnem militiam cæli: quæ dilexerunt, & quibus
ſeruierunt, & poſt quæ ambulauerunt, & quæ quæſierunt, & adora-
uerunt: non colligentur, & non ſepelientur: in ſterquiliniū ſuperfa
ciem terræ erunt: Et eligent magis mortem, quàm vitam, omnes,
qui reſidui fuerint de cognatione hac peſſima in vniuerſis locis,
quæ derelicta ſunt ad quæ eieci eos, dicit Dominus exercituum.
Plin. Porrò de Sepultura ſic Plinius lib. 7. cap. 54. ipſum cremare apud
Romanos non fuit veteris inſtituti: terra condebantur. At poſt-
quàm longinquis bellis obrutos erui cognouère: tunc inſtitutum:
& tamen multifariè priſcos ſeruauère ritus. Sed de hoc inferiùs, vbi
de exequijs mortuorum. Sepulchrorum tres habentur ſpecies: ſum-
ptuoſa, mediocris, humilis; in prima argenti talentum exponunt:
in ſecunda minas xx. in vltima parum quid ſumptus irrogatur. qui
funera mortuorm curant, eo exercitio à maioribus tradito, funeris
impenſam domeſticis deſcriptam ferunt, ſcrutantes quanti velint
celebrari

Digitized by Google

celebrari funus; conuentione facta, corpus eis tradituros, vt iuxta impēſam curetur funus, & cætera: quæ legere eſt circa mores Aegyptiorum pro corporibus mortuorum ſepeliendis, apud Diodorum Siculum, de fabuloſis antiquorum geſtis lib. 2. conſpicies non pauca ſcitu digna ex Cicerone in dictionibus ſepulchrum, buſtū, tumulus, &c. apud Nizolium. Sed certum eſt, quòd ſicut nihil prodeſt impijs celebris ſepultura: ita nihil obeſt iuſtis vilis, ac nulla. Ber. Scar. pag. 365. vbi de Iſabella Rauignana. Nec equidem prætermittenda eſt lectio illius, quod Paulus Manutius in additamentis ſuis in Calepino recenſuit in dictione ſepulchrum. vbi ſic infert. Sacra fuiſſe Romanis iura ſepulchrorum, Antiquæ legis illa verba declarant. Vbi corpus demortui hominis condas, ſacer eſto. & illa. Ne quis veſtibulum, aditumuè ad ſepulchrum vſu capito, neu buſtum violato. & illa. Deorum manium iura ſancta ſunto, quod & antea ſeruatum eſſe, irrogata violantibus pęna, poſteriores iuriſconſulti, Vlpianus, Paulus, Caius tradiderunt, &c. Et ne deſit vnum, quod deſiderari poſſet ad rem noſtram faciens vltra modum, illud reponam: e re, an ab re fuerit, lector poſtea iudicabit. Carolus Borrhomæus S. R. E. Cardinalis Archiepiſcopus Mediolanenſis, recēs ſanctus cognitus, & probatus, in eius libro primo inſtructionum Fabricæ, & ſupellectilis Eccleſiaſticæ cap. 26 vbi de ſepulchris, & cæmiterijs, poſtquàm locutus de variorum ſepulchrorum ſitu, ac numero, ſic ſequitur.

Diod. Sic. Cic. Nizol. Scard. Pau. Man.

*De duplici tegumento ſepulturæ.* S. Ca. Bor.

Operiantur ſepulchra, ne vllo vnquàm tempore fęteant, duplici integumento: quod quadrata, vel alia decenti forma, pro loci ratione è lapide ſolido ſit; ita tamen, vt inter vtrumque aliquid ſpacij relinquatur; & inferius integumentū è rudi, illud ſuperius è polito lapide ſtruatur, Eccleſię pauimento ęquale; quod ſepulchrali ori vndique aptè cohæreſcat.

*De anulo ſepulchri.*

Anulus præterea in medio integumento ſuperiori affigatur, ad illius eleuandi vſum: ita tamen, vt nihil emineat: ſed tantundem integumenti excauetur, quantum anuli craſſitudo capiat. Rurſus alia etiam ratio prætermittenda non eſt, vt illud integumentum ſuſtollatur per clauos duos: qui aliqua craſſitudine ſint; quique ab eiuſdē integumenti ſuperiori parte, in vtroque latere traiecti, nihil planè extent; ab inferiori autem, paulò oblongiores, quam integumenti craſſitudo eſt, ſinguli ferrum tranſuerſale, firmiter hęrens, habeant:

quo,

Digitized by Google

quo, dum, fune vnicuique clauo adhibita integumentum eleuatur, ſuſtineri queat. In ſuperiori porrò integumento ne crux, ſacraq; alia imago, effigieſuè ſculpatur, aut alio modo exprimatur: vt ne pulueris, lutiuè ſordibus, & ſputo inquinetur, ac tranſeuntium pedibus conculcetur. Neque verò etiam ſculpturæ ornatus, litterarũ inciſio, aut inſcriptio vlla, aliuduè quicquam fiat, quod emineat: neque rurſus quicquam etiam, teſſellato opere, etiamſi non superemineat, inſcribatur, ſculpaturuè; quod Epiſcopo ante probatum non ſit. inſequitur ſtatim de cæmiterijs; cuius quidem diſtinctę rei mihi libuit inſequenti conſtituere aliud caput.

## De Cæmiterijs. Cap. XXVI.

CVm ſepulchris coniuncta inſtructio eſſet debet de cæmiterijs: in quibus mortuos ſepeliendi morem antiquum, tantopere à patribus comprobatum in vſum, ex decreto Concilij prouincialis, per Epiſcopos noſtræ prouinciæ, vbi poteſt, reſtitui cupimus. Cæmiteria igitur, vt animaduerti licet, alia in porticu, atriouè Eccleſiarum, à fronte, ſcilicet; alia à tergo, alia à latere Septentrionali; alia à Meridionali; quædam ab omni illarum parte ſunt: nec verò vetitum eſt, quin adhuc etiam ab eiſdem ſingulis, omnibus in partibus conſtitui poſſint.

idẽ Card.

Porrò, quæ à fronte, in atriouè eccleſiæ extructa ſunt, quamuis ad excitandam, vel charitatem erga mortuos fideles, vel conditiones humanæ memoriam in ipſo proſpectu hominum ſint; tamen quoniam ob iter, ac tritam viam, qua tranſitus per, & ad Eccleſiam hac, atque illac fit; facilius patent, vel animalibus, vel ſeruitutibus, vel deambulationibus, congreſſibus, & alijs hominum actionibus, eo ſacro loco indignis, quamobrem etiam ſæpe ob alia, quæ quotidie humanitus incidunt, violari contingit; ideo à fronte in atrijs, porticibusuè Eccleſiæ, cum ab alio latere fieri poſſunt, non extrui expedit.

A Septentrionali autem Eccleſiæ parte, illorum ſitus potior deligatur: aut ab eo latere, in quo maximè ædium clericalium tranſitus quotidianus, feneſtrarum proſpectus, ſtillicidiorum etiam proiectura, aliæuè eiuſmodi ſeruitutes vitari poſſunt.

Ampla aũt cæmiteria eſſe debent pro Eccleſiæ, cui adhærent, ſituſuè ſpacio, proq; hominũ item multitudine. Forma eſſe poſſunt oblonga, aut quadratà, architecti iudicio, ac pro ſitus modo.

A parietibus

Digitized by Google

A parietibus nuda eſſe non debent: ſed vndique iỷs ſepta; Qui parietes à terræ ſolo altè exædificentur cubitis circiter ſeptem. Vbi verò tanta parietum altitudine præ loci inopia extrui non poſsūt: ita ſaltem altè æædificentur, vt animalibus aditus præcludatur: hæcque altitudo non minor ſit cubitis tribus. Vbi verò præciſæ rupes erunt, quibus cæmiterij ſitus concluditur: eæ pro ſæpimento parietum eſſe poterunt.

Parietes aūt manu facti, extrinſecus albario opere incruſtentur; in locis verò inſignioribus decens erit, ſi intrinſecus ab omni parte porticibus veſtiantur; ſacriſque picturis, hyſtorijſuè ornentur. In ijs porrò porticibus ſepulturæ, æquali ſpacio inter ſe diſtinctæ, recto ordine, ad præſcriptæ formæ rationem, fieri poſſunt.

Vbi porticibus cęmiteria non circumueſtiantur, parietes ſaltem exornari debent aliqua ſacra pictura, certis eorum locis expreſſa.

In medio eorum ſitu, Crux ex aurichalco, aut marmore, alioue lapide confecta, collocetur: quæ in columna marmorea, lapideauè, ſeu in pila ſtructili ſuffulta, aliquo decenti integumento operiatur, aut e ligno altè erecta, conſtituatur.

Cappella item paruula, eaq; in Orientem verſus, vbi poteſt, extruatur: in qua preces pro mortuis aliquando fiunt.

Habeat item vas aquæ ſanctæ, forma ſupra demonſtrata, cum aſperſorio, non tamen appenſo, ſed quod amoueri poſſit ad aſpergendi vſum.

### *De loco oſſario.*

Certus præterea locus intus ſit, pariete vndique ſeptus, & tecto, ac fornice vbi poteſt, opertus: iſque in omnium conſpectu ſit: vbi mortuorum oſſa, aliquando effoſſa, ordine ſtruantur.

### *De oſtijs Cæmiterij.*

Cæmiterij porrò tria oſtia à fronte eſſe poſſunt; niſi ſitus ratio eiuſmodi eſt, vt à latere ēt illa fieri neceſſario poſtulet. Si verò cęmiterium, Eccleſiæ ab aliqua parte continens eſt, ab ea parte ianuam item habeat, qua ad Eccleſiam aditus ſit, cum vel diuinorum officiorum pro mortuis, vel proceſſionum cauſa vſu venerit. Ab oſtij autem maioris, à fronte extructi, ſumma parte, quæ extrinſecus eſt, ſacroſanctæ crucis imago exprimatur; in extremo Crucis affixa imagine capitis, aut cranij hominis mortui.

Quæ oſtia, à quacunque parte ſint, firmis valuis, peſſulis, & claue munita, & clauſa, ne pateant; niſi cum vſus venerit.

Nullæ vites, arbores, arbuſta, ſtirpes cuiuſuis generis, non modo



Digitized by Google

frugiferæ, ſed quæ etiam nullum omnino fructum, baccaſue gignunt, in ijs eſſe, aut cenſeri debent.

Immò verò ne fœnum quidem, herbauè viréſcens, quæ pabulo detur, ſit. Abſit ſtrues lignorum, ac tignorum: tum omnis aceruus cæmentorum, lapidumuè: omnis denique res, loci ſanctitati, religioni, & decori repugnans.

Porrò illud ſubnectam, quod idemmet ſanctus Author dixit de ſupellectile officiorum funeralium ad finem totius libri, certè haud quaquā prætermittendum.

*De ſupellectile officiorum funeralium.*

Cœnotaphia, quas tumbas dicunt, in diuinorū officiorū pro mortuis celebritate adhibēda, aut in arcū, aut in acumē ducta eſſe poſsūt.

Stragulum cœnotaphij, ad baſim ſcilicet ſternendam, quæ cænotaphio ſubijci ſolet, e panno ſaltem laneo coloris nigri paretur; Aut verò baſis nigro colore pingatur, crucibus etiam, mortuorumque capitibus albis appictis.

Pallium vel tegendi cadaueris, vel cænotaphij ſternendi vſui paretur: hoc cænotaphij ſine cruce; illud vero cadaueris crucē albam in medio habeat. Vtrumque porrò ſit colore nigro; ac niſi præcioſius quis malit, è panno ſerico villoſo, quem villutum dicunt, aut ſaltem laneo contextum.

*De Crucibus cænotaphij.*

Cruces cænotaphij ex aurichalco ſaltem, aut ex ligno etiam, decorè picto, conficiantur. Quæ cruces vt rectè ſtent, baſes marmoreæ, aut ſaltem ligneæ, ad eas aptè ſuſtentandas parentur, in quarum medio foramen rectum inſit, quod earum haſtile capiat. Sint verò à parte tranſuerſa latitudinis cubitorum duorum; à recta longitudinis totidem præter manubrium.

*De Candelabris cænotaphij.*

Candelabra cænotaphij, ex ferro conflentur; alitudine conſtent cubitorum duorum, & dimidij; ſuffulciantur firma baſe, quę inſtar tripodis, aut alterius firmioris generis ſit, ne fortè præ pōdere, & longitudine cęreorum facilè corruant; orbem præterea è lamina ferrea conflatum à ſuperiori parte habeant: cuius orbiculi extremitas ſurſum reuocata cæram defluentem contineat. ſuper hoc item orbiculo apex ferreus infixus extet, cui vaſculum inſeratur, ad cæreos excipiendos aptè accommodatum.

Nec ab re aliquid me facturum puto, ſi de feretrorum, cænotaphij, & concomitantium inſtrumentorum loco ſubiunxero illud,

quod

Digitized by Google

quod ſcriptum reliquit idem Auctor Illuſtriſſimus: nempè.

*Inſtructionum Eccleſ. fabr. libro primo. Cap. 28.*

*De loco vbi feretra, & cætera id generis aſſeruentur.*

LOcus præterea alius Sacriſtiæ, aut Cæmiterio ſaltem propior, in omni Eccleſia parochiali, & collegiata aptè extruatur: in quo feretra, candelabra ferrea grandiora, cænotaphia, vaſa olearia, perticæ, ſcalæ, ſcopæ, ligones, batilla, ſuſtentacula crucum, inſtrumenta ad abſtergendi vſum accommodata, cæteraque id generis reponantur; vt Eccleſia ipſa, & ſacriſtia tum ab omni re indecenti, tum ab omni impedimento planè libera, vacuaque ſit. Iſque locus oſtium habeat, valuis, peſſulo, ſerraque bene ſeptum.

*Cubiti, qui ex 24. vncijs conſtat, pars quarta, vnciatim delineata.*



*Omnis homo. tum Homo mortuus. Cap. XXVII.*

HOmo, mas, maſculus, maior, minor, pumilio latinè, nanus Græcè, quin & vernacula lingua noſtra: gigas, titan: fæmina, mulier, fæmella, virgo, virago: androgynus. androgyna, hermaphroditus, monſtrum. His diebus androgynus Romæ viſus iuſſu auſpicum in mare merſus eſt. Eutrop. Hyſtor. Rom. libro 4 embrio, abortus, puſio, infans, pupus, pupulus. Eutrop. Varro

*Varro. Mammam lactantis ſugentem ponere pupum.* Cat.

Puer, puerus, anniculus, annicula, hornus, &c. pu.ula. Catull. puella, puera, pubes, ſeu puber, vt impubis, impubes, ſeu impuber, & depuber, imberbis, inueſtis: adoleſcentulus, adoleſcentior, adoleſcens, Hirquitallus Pierius 27. Pier.

Parectatus. ſ. qui de pueritia venit ad pùbertatem. Lucil. lib 8 Lucil.
Vnde parectato chlamides, ac barbula primum. ephebus, exephebus, adultus, iuuencus. Hor. 2. carn. ode 8. vbi Porphyrius. iu- Hor. Porph.



Digitized by Google

Plau. neculus,iunior,iuuenis, vir, ſemiſenex, ſemiſeneũ dixit Plautus,ſenex,ſenior, ſeniculus,anus, anicula: vetus,vietus,veternoſus ſenex, Terent. dixit Terent.ſenem,adoleſcentulum, & virginem,paruulos,& mu- Ezech. lieres interfice vſque ad internecionem. Ezechielis 9.caſcus præte- Varro. rea: vnde refert Varro Manili nomine celebratam fuiſſe hanc ſententiam,caſcum duxiſſe caſcam non mirabile eſt,ideſt vetulam nupſiſſe ſeni;decrepitus item,capularis, ſilicernium,ſemiſepultus,&c. mundus,microcoſmos,&c. Porrò defunctus,mortuus,de mortuus, exanimatus,extinctus,inanimus,inanimis,ſenſu ac vita carens,vita functus,fato functus, dormiens, quieſcens,&c.cadauer,& pro cada Ouid. uere vmbra,vnde Ouid.6.faſt.

*Mæſta learcheas mater tumulauerat vmbras,*
*Et dederat miſeris omnia iuſta rogis.*

corpus,caro,velum,ſtamen, ſtamen capulare, reliquiæ,exuulæ,vnde illud ſupremum ex tetraſticho Elogium ſimul, ac Epitaphium Caroli Quinti Summi Imperatoris.

*Liquiſti exuuias gelido ſub marmore: ſed non*
*Quantus eras, Cæſar, marmor, & vrna capit.*
*Pro tumulo ponas orbem: pro tegmine cælum:*
*Pro facibus ſtellas: pro Imperio empyreum.*

ſed & vmbra pro homine: vnde Finotus 4. Epigr. de Alex. Magno Imperatore omnium maximo.

Chr. Fin.

*Contudit heſperias, oras qui rexit Eoas,*
*Mortis telo ictus concidit exanimis.*
*Labilis vmbra ſumus: Morſque omnia diruit,& cui*
*Non ſatis orbis erat, paruulus orbis erit.*

cineres plurimum: vnde iuuat inſerere magni Scipionis Epit. Caietę poſitum.

*Deuicto Hannibale,capta Carthagine, & aucto*
*Imperio, hos cineres marmore tectus habes.*
*Cui non Europa,non obſtitit Aphrica quondam,*
*Reſpice res hominum, tam breuis vrna premit.*

Ouid. Ouidius in Elegia lamentatoria de Tibulli obitu.

*Oſſa quieta, precor, tuta requieſcite in vrna:*
*Et ſit humus cineri non oneroſa ſuo.*

itidem ſpolia, oſſa, cinis,puluis,morticinium,caro data vermibus; B.Iob. eſca vermium,nidulus, vnde illud B. Iob. in nidulo meo dormiam Virg. .i.moriar.&c. imago etiam,vnde Virgilius de Didone.

*Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.*

funus

Digitized by Google

funus etiam: vnde Eutropius de Domitiano in fine 7. libri, Funus eius ingenti dedecore per veſpillones exportatum, & ignobiliter ſepultum; idem poſt medium, vt etiam Neronis exequias, quæ humiliter ſepultę fuerant, honoraret. Iuſtus Lipſius Electorum libro cap. 6. inquit, mos funebris fuit, vt poſt efflatam animam cadauer cubiculo efferrent, & in veſtibulo ædium collocarent ad ianuam ipſam: id proprio verbo dicebatur collocatio. Sueton. in Auguſto &c. amplius in eius libro de funeribus ſingulari, cadauer ſepultum, humatũ, ſitum, conditum, conſtitutum, terræ redditum, &c. Cæterum ſi de omni homine in hoc capitulo me dicturum propoſui: & de cuiuſque ætatis homine dixerim, tum de mortuis: cur non & aliquid dixero de ægrotantibus? cum obuerſetur mors ægrum hominem non ſecus, ac inſtet pluuia, nymbuſque, dum obſcuratur aer, ac nubilat. aiunt ſomnum eſſe mortis imaginem: Similiorem autem morti dixerim ægrotantem, valetudinarium præcipuè, hecticum tabidum, maraſmo detentum, ſeu faciem Hippocraticam præſeferentem, cadaueroſamque: ſiue letargo detentum, qui, cum obdormierit, non amplius valeat expergiſci, præterquam ad extremæ ſonitum, tubæ; neque propterea aliter in præſentia mihi lubet philoſophari, cum bene poſſem, ac digredi: duntaxat breuem vnam ex Epiſtolis Plinij Cæcilij decreui conferre in medium: audite. Eutropius. Lipſ. Suet.

Nuper me cuiuſdam amici languor admonuit, optimos eſſe nos, dum infirmi ſumus. Quem. n. infirmum aut auaritia, aut libido ſolicitat? Non amoribus ſeruit, non adpetit honores, opes negligit, & quantulumcunque, vt relicturus, ſatis habet: Tunc Deos, tunc hominem eſſe ſe meminit: inuidet nemini, neminem miratur, neminē deſpicit: ac ne ſermonibus quidem malignis aut attendit, aut alitur. Balinea imaginatur, & fontes. Hæc ſumma curarum, ſumma votorum, mollemque in poſterum, & pinguem, ſi contingat euadere, hoc eſt, innoxiam, beatamque deſtinat vitam. Poſſum ego, quod pluribus verbis, pluribus etiam voluminibus Philoſophi docere conantur, ipſe breuiter tibi, mihique præcipere, vt taleis eſſe ſani perſeueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Vale. ex aduerſo Terentius in Andria dixit. Facile omnes, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus: qui in Heautontim. dixit, vulgò audio, adimere ęgritudinem hominibus dici diem. Sed enim, Dij voſtram fidem. Orationis meæ penſum, ac fila, vtcumque tela euaſerit, cuiuſue vis coloris, ac generis, ex liberæ mentis meæ auſpicijs retexatur, en alteram Plinij ſecundi Epiſtolam, ex 2. inquam libro primam huc conferam, Plin. 2. Lib. 7. Terent.

feram, ecquis non videt quàm nobilem, quàm memorabilem, quàm exemplarem, nec inquam à propoſito noſtro alienam. Scio Lectorem dicturum, me centonem ex lanis alienis contexere: quid tum poſtea? volo forſitan aliena facere mea? non furor, mutuor. audite Plinium, ingenui viri, ac rerum iſtiuſmodi ſtudioſi.

Poſt aliquot annos inſigne, ac etiam memorabile populi Romani oculis ſpectaculum exhibuit publicum funus Virginij Rufi, maximi, & Clariſſimi Ciuis, & perinde Felicis. Triginta annis gloriæ ſuę ſuperuixit. Legit ſcripta de ſe carmina, legit hyſtorias, & poſteritati ſuæ interfuit. Perfunctus eſt tertio conſulatu, vt ſummum faſtigium priuati hominis impleret, cum Principis noluiſſet. Cæſares, quibus ſuſpectus, atque etiam inuiſus virtutibus fuerat, euaſit. Reliquit ſe incolumem, optimum, atque amiciſſimum, tamquam ad hũc ipſum honorem publici funeris reſeruatum. Annum tertium, & octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate, pari veneratione. Vſus eſt firma valetudine, niſi quòd ſolebant ei manus tremere, citra dolorem tamen. Aditus tantum mortis durior, longiorque, ſed hic ipſe laudabilis. Nam, cum vocem præpararet, acturus in conſulatu Principi gratias, liber, quem fortè accæperat grandiorem, & ſeni, & ſtanti ipſo pondere elapſus eſt: hunc dum ſequitur, colligitque, per leue, & lubricum pauimentum fallente veſtigio, cecidit, coxamque fregit: quæ parum aptè collocata, reluctante ætate malè coijt. Huius viri exequiæ magnum ornamentum Principi, magnũ ſæculo, magnum etiam foro, roſtriſque attulerunt. Laudatus eſt à Conſule Cornelio Tacito. Nam hic ſupremus felicitati eius cumulus acceſſit, laudator eloquentiſſimus: & ille quidem plenus annis abijt, plenus honoribus: illis etiam, quos recuſauit. Nobis tamen querendus, ac deſyderandus eſt, vt exemplar æui prioris, mihi verò præcipuè, qui illum non ſolùm publicè, ſed etiam priuatim quantũ admirabar, tantum diligebam. (hic quædam ad ſeipſum pertinentia Plinius, quæ linquo, ne fiam longior) Quibus ex cauſis neceſſe eſt, tanquam immaturam mortem eius in ſinu tuo defleam, ſi tamen fas eſt aut flere, aut omnino mortem vocare, qua tanti viri mortalitas magis finita, quam vita eſt. Viuit enim, viuetque ſemper, atque etiam latiùs in memoria hominum, & ſermone verſabitur, poſtquam ab oculis receſſit. Volo tibi multa alia ſcribere, ſed totus animus in hac vna contemplatione defixus eſt. Virginium cogito, Virginium video. Virginium in varijs imaginibus, recentibus tamen, audio, alloquor, teneo, cui fortaſſe ciues alios virtutibus

Plin. Cæc.

bus

bus pares & habemus, & habebimus, gloria neminem. Vale.

*Animarum ſeparatarum à corpore ſynonima, &c. Symbol. ex Auctoribus. Cap. XXVIII.*

MOrtui, inferi, manes, mortuorum animæ, vmbræ, vmbræ parentales. Ouid. muta ſepulchra per ſynecdochen, vt Catullus in pulchro hexaſticho, quod quidem veluti admodum elegans, ac Epitaphij naturam redolens, hic reponere certè non recuſabo. Ouid.

*Si quidquam mutis gratum, acceptumuè ſepulchris.*
*Accidere à noſtro, Calue, dolore poteſt,* Catul.
*Quom deſiderio veteres renouamus amores,*
*Atque olim miſſas flemus amicitias.*
*Certè non tanto mors immatura dolori eſt*
*Quintiliæ, quantum gaudet amore tuo.*

et idemmet Auctor interius. Idem.

*Et mutum nequicquam alloquerer cinerem.* & Propertius Proper.
*Sed fruſtra mutos reuocabis Cynthia manes.* Virgilius verò, Virg.
*Dij, quibus imperium eſt animarum, Vmbræque ſilentum.* alibi,
*Quiſque ſuos patimur manes.* & alibi,
*Id cinerem, aut manes credis curare ſepultos,* & pluries.
*Et mea cum muto fata querar cinere.* Tibullus vlt. 2. libri. Tibul.

& Ouid. ad Liu. *Nullaque per ſtygias vmbra renauit aquas.* Ouid.
Eſſe aliquos manes, et ſubterranea regna, dicebat Iuuenalis. vbi Mãcinellus plura De manibus, Dijſque manibus. ſcilicet Dijs inferis, tum ſuperis, quaſi bonis dictis a ſuppliciter eos venerantibus propter metum mortis, loquitur ad longum Iulius Iacobonius 2. de Priſca Cæſiorum gente cap. 11. vbi & de Manali lapide, quem Feſtus putat Orci oſtium, per quod inferorum animæ, quæ manes dicebantur, ad ſuperos euolare credebant. Genij præterea, geruli, lemures, larua, lares, penates. Volaterranus Philologiæ 29. Erãt. n. lares Dij numina priuatarũ domorũ. inferiùs. ſacrificabatur & Genio die Natali, qui naturæ cuiuſque Deus eſt aſſiſtens: ex quo in domorũ fundamentis eius familiæ Genio inſcribebant. Erat & is Genius bonus, & malus. Plutarcus in Bruto, haud profectò procul à noſtrorũ veritate: qui duos nobis naſcentibus Angelos cõſtituunt. Iuuen. Mancin. Iul. Iac. Feſtus. Volat. Plut.

*Mox etiam lemures animas dixère ſilentum.* Ouidius. Ouid.
*Incertus geniumnè loci, famulumnè parentis* Virg.

Eſſe

Virg. *Eſſe putet*. Virgil. vbi *Erithræus in margine, nullus* Erithr. locus ſine genio. & libro 7. idem Maro.

Virg. *Gen umque loci, primamque Deorum Tellurem, &c.*

Perſ. Pont. & Perſius. indulge Genio, carpamus dulcia, & centum alij. Pontanus in tumulis,

*Hos loculos, hos & tumulos, & iura ſepulchri*

*Ecquis habet lemurum? num Genius quis habet?*

nec diſſonum erit referre paſſum Baptiſtæ Mantuani de lemuribus, nempe.

*Nam lemures, quibus ingenium penetrabile, vafrum.*

*Inſidum, verſutum, audax, auidumque nocendi.*

Cic. Macrob. de penatibus Cicero 2. de Natura Deorum, quòd penès nos nati, ex quo & penetrales à poetis vocantur. Macrobius 3. Saturnal. Penates eſſe dixerunt per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus. De his Virgilius forſan viginti quinquies, vt licet calculum ducere ex Erithræo. Quòd autem & penatum nomine ipſę domus, ac domicilia intelligantur, æquum eſt teſtem adducere Val. Max. lib. 6. mem. cap. de ſeuer. f. Quantum ergo odij aduerſus hoſtes libertatis inſitū animis antiqui haberent, parietum, ac tectorum, in quibus verſati fuerant, ruinis teſtabantur. ideoque & M. Flacci, & L. Saturnini ſeditioſiſſimorum ciuium corporibus trucidatis, penates ab imis fundamentis eruti ſunt. cęterum Flacciana area, cū diu penatib. vacua māſiſſet, a Q. Catulo Cymbriacis ſpolijs adornata eſt. nec verebor Ipſiuſmet Valerij paſſum alterū iſtiuſmodi, alteramque hyſtoriam ex lib. 9. vbi de mortibus non vulgaribus, huc transferre, nempe. Tullus Hoſtilius fulmine ictus, cum tota domo conflagrauit. Singularem fati ſortem, qua accidit, ut columen urbis, in ipſa urbe raptum, ne ſupremo quidem funeris honore à ciuibus decorari poſſet, cæleſti flamma in eadem conditione redactum, ut eoſdem penates, & regiam, & rogum, & ſepulchrum haberet. Sed adhuc de lemuribus, laruis, ac manibus quædā alia iſtuc conferamus.

(Virg. Val. Max. Idem. — marginal notes)

Ouid. *Ritus erat Veneris nocturna lemuria ſacri,*

*Inferias tacitis manibus illa dabunt*. dixit Ouid. 5. de Faſtis,

*Vos quoque felices quondam, nunc pauperis agri*

Tibul. *Cuſtodes fertis munera veſtra, Lares*. dixit Tibullus.

Plaut. Nam hæc quidem ædepol laruarum plena ſunt, dixerat Plautus.

Apul. D. Aug. Apuleius laruas appellat noctium occurſacula, buſtorum formidamina, & ſepulchrorum terriculamenta. & D. Auguſtinus 4. de Ciuitate

tate Dei inquit, laruæ dicuntur animæ hominum deprauatæ, & in malis vitæ meritis maculoſæ, quæ à corpore ſeparatæ terriculamenta ſunt mortalibus. Sunt & publici, & priuati lares, quemadmodum commonſtrat Plinius, dum de coronamentis agit, his uerbis. Et iam tunc Coronæ Deorum honos erat, & Larium publicorum, priuatorumque, & ſepulchrorum, & Manium. Plin.

Facies veluti vmbris mæſtificata larualibus, dicebat Sidonius, & Syluеſter Prierias lib. illo de ſtrigimagarũ, dęmonũque mirandis, ipſas veneficas, ſeu vt vulgo dicitur, ſtriges, aut ſtrigas, laruas vocauit. Sic etenim de illarum nomenclaturis cap. 2. ſcriptum reliquit. Hoc genus virorum, aut certè veriùs fæminarum, quibus Dæmon malus, ac ſi inſtrumentis in perniciem populorum vtitur, & abutitur, & ſi multa ſimplicia nomina obtinuerit: nullum tamen nomen omnem eorum malitiam ſonat, & complectitur. Nam plerumque Itali co ſermone maſcare vocantur. i. laruæ, aut laruatę perſonæ. ſ. quod laruatorum inſtar plerumque incedant, dæmonum virtute incognitæ, & inuiſæ, ac itidem noceant: nonnumquam verò ſtrigæ, per metaphoram. ſ. quod vel nocte præcipuè in maleficijs verſentur, eſt enim ſtrix auis nocturna à ſtridendo dicta, quòd ſcilicet clamando ſtrideat, de qua Lucanus. Sidon. Syl. Prier.

*Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna queruntur.* Lucan.

quæ & à puerorum corpuſculis ſanguinem ebibunt. Vſitatiùs verò dicuntur Lamiæ, non à voluptuoſa vita, quam cum Diabolo incubo, aut etiam ſuccubo ducunt, ſed a maleficiorum crudelitate, eſt. n. lamia beſtia monſtruoſa, cuius pedes equinos, cætera verò membra humanam effingunt ſpeciem, & figuram. vnde ſecundum D. Gregorium 34. Moral. habet humanam ſpeciem, corpus verò beſtiale; eſt verò adeo crudelis, vt proprios filios dilaniet: vnde & lamia quaſi lania dicta eſt. hæc ille. Hecatæa, & Empuſas vocat eiuſmodi terriculamenta Dioniſius. Eſſe verò Empuſam phantaſma Dæmoniades, quod ſeſe infelicibus ingerat, multifariamque de mutet formam, ac ſe meridiè plurimus oſtentet, cum inferis parentatur. Nominis ratio eſt, vt Euſtathio placet, quia vno incedat pede: verum nec deſunt, qui alterum interpretentur habere æneum pedem, & inde appellatam Empuſam, Quod in Batrachis Ariſtophanes expreſſit, vbi de Empuſa Xanthus ita pronunciat, igne micat tota facies, & crus æneum habet. qua de re legatur apud Cælium Rhod. antiquorum lect. lib. 6. c. 38. à *Theophraſto Paracelſo in ſua magna Philoſophia*, & alibi, Nymphæ, Syrenes, Syluani, Pygmæi, Salamandræ, &c. hmõi D.Greg. Dioniſ. Cel. Rhod.



Digitized by Google

ſpiritus vocitatur. Sic ille, Hoc opuſculo genera 4. hominũ ſpiritualium, in aquis, aere, montibus, & igne commorantium, vt Nympharum, Syluestriũ, Pygmæorũ, & Vulcanicorum. ſ. quibus Gygantes, Meluſinæ, Sybillæ, Syrenes, &c. compræhenduntur, enarrabimus. aquarũ vndenas vocat, aeris Sylueſtres, mõtium gnomos, ignis Vulcanos, &c. parcas Lector ſi nimis longiùs aberraui: ſique & mantiſſam addidero, & forſitan obſonio lautiorem. extat cuiuſdam apprime docti viri ſentẽtia, qua libet caput hoc latiùs, ac firmiùs, Chriſtianèq; roborare; nempe. Cæterùm admirari ſatis nequeo vllum mortalium ſaltem leuiter mentis ſenſu tinctum inueniri, qui eò dementię ſit dilapſus, vt hominem ad Dei imaginem, & ſimilitudinem creatum: conformatumque ex corpore, anima, & ſpiritu, Dei, & ſpiritus ſancti templum, rationis hoſpitium, cupidum ſcientiarũ organum, ſublimem, erectum, & ad cæli quaſi cognationis, domicilijque priſtini, conſpectum, excitatum, imò microcoſmon, cui Deus omnia ſubiecit, oues, boues, campi pecora, volucres cæli, & piſces maris, eaque propter ſolum hominem condidit: hunc inquam in lupum, beſtiam irrationabilem, peſtilentiſſimum animalium gurgitẽ, voraginemque, ſiue in ullam aliam creaturam, rei ullius potentia, vel virtute manifeſta, occulta, aut ſpecifica verè tranſmutari credat. Ordinis .n. diuini prouidentia non admittit, occlamant Sacræ Litteræ, contradicunt decreta, ipſa rerum natura, atque ratio minimè patiuntur. idem 4. de præſtigijs Dæmonum cap. 22. ad finem. Exploſis itaque, exterminatiſque noſtris diuinis, ariolis, magorum occultis antiſtitibus, & quibuſcumq; alijs ſuperſtitionum collegis, vulgaribuſque exorciſtis: abiiciamus Aegyptiacas diſciplinas, feralia carminum arcana, vanos furores, execrandas artes, & philtra vim factura Dijs, & colchicos ſuccos, & dæmoniacas factiones: Plutonica denique volumina, & vmbrarum libros, ſtygiaſque coniurationes, atq; Acheronteos ritus membrana, phylacterioue contentos, Pyriphlegetonti, hoc eſt igni, focoque tradamus, & fidamus Deo: ac in Chriſto Dei filio, per quem viuimus, mouemur, & ſumus, ſinceriter, ſimpliciterque ſpem omnem fixam habeamus.

I. V.

*SIBYLLÆ Obiter.*

Decem autem fuère Sibyllę, nempe, Perſica, Libica, Delphica, Cumęa, Erithræa, Samia, Cumana, Heleſpontica, Phrygia, & Tyburtina: de quibus, & de earum Dogmatibus de vno Deo, Lactantius Firmianus lib. 1. de falſa Religione: item D. Auguſtinus 10. de Ciuitate Dei. D. Iſidorus, & c. ſed præcipuè frater Bartholomæus Sibylla in

Spe-

ſpeculo peregrinarum quæſtionum, tum de Dæmonibus, & de mulieribus de nocte cum Diana equitantibus, & de alijs id genus, vt alios in præſentia prætermittam. Vnum addam additas eſſe à quibuſdam Sibyllas duas, Europęam. ſ. et Aegyptiã, et formis publicis duodecim deſignari: de quibus in Appendice.

### *Exequiæ mortuorum, &c. ex Auctoribus.* Cap. XXIX.

EXequias celebrare, iuſta facere, ſoluere, perſoluere, cohoneſtare exequias, exequijs aliquem honeſtare, ducere, proſequi exequias funeris, pompas funeris, indicere funus, denuntiare exequias, deducere funebrem pompam, ſoluere inferias, &c. condere mortuos, tumulare, attumulare, contumulare. ſepelire, humare, inhumare, locare, dare terræ, deponere: corpus humo patiare tegi, Virgil. 10. & illico. Virg.

*Et me conſortem nati concede ſepulchro.* idemque 11.
*Corpora per campos ferro quæ fuſa iacebant,*
*Redderet: ac tumulo ſineret ſuccedere terræ.*

funerare, facere, ducere, deducere funus, funereaſque inferre faces Virg. facere inferias, ſoluere inferias, ſacrificia: parentare: Cæſar. Cæſar. præſtare, omnes ferre acerbitates, quàm non ciuibus Romanis, qui perfidia Gallorum interijſſent, parentare, manes ſacrificijs placare, ferre, afferre inferias alicui, dare inferias, dare exequias, exercere libitinam, obſecrare, pollincire, abluere, lauare, Virg. 9. Aeneid. Virg.

*Nec te tua funera mater*
*Produxi, preſſiuè oculos, aut vulnera laui, Veſte tegens.*

his diebus ad manus deuenerunt meas Variarum Lectionum, ſeu opinionũ libri tres auctore Io. Mario Mattio Brix. in quorũ 3. c. 8. eſt titulus. Arbitria, iuſta, funera, exſequiæ, vbi infra, facere funus, facere iuſta, facere iuſta funerum, conficere iuſta, & ſoluere iuſta funeri Latinè optimè dici, vbi illud Horatij Carminum lib. 4. Mat. Brix. Hor.

*Cum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos* Fecerit arbitria. ad funerum magnificentiam accommodatum, non longè à Ciceronis ſenſu dicentis, Nondum palàm factum erat concidiſſe Rempub cum tibi arbitria funeris ſoluebãtur. & in Oratione pro domo ſua. Vidi prętextatos inimicos nondum morte complorata arbitria funeris petentes. & in Piſonem, eodem in Templo arbitria, nõ mei ſolùm, ſed patriæ funeris abſtuliſti. Confectis iuſtis funeribus dixit Cęſar lib. 6. de bello gallico. Vnum dixero non incongruum ex Va- Cic. Cæſ.



Digitized by Google

Val. Max. lerij Maximi li.4 c.4.vbi de paupertate. Valerium Publicolam illũ, qui quatuor geſſit Cõſulatus Po.Ro.acceptiſſimus:& plurimorum, ac maximorum operum prætextu titulum imaginum ſuarum amplificauit,adeo egenum,ac pauperem exceſſiſſe, vt ad faciendas exequias funeris nihil liquerit.hæc Maximi verba.Cum interim faſtorum illud columen, patrimonio ne ad exequiarum quidem impenſam ſufficiente deceſſerit.ideoque publica pecunia ductæ ſunt:non attinet vlteriore diſputatione tanti viri paupertatem ſcrutari: Abundè.n.patet,quid viuus poſſederit, cui mortuo lectus funebris, & rogus defuit. Sed rem hmõi magnificẽtia alij commodemus. meLud. Maior. mini me legiſſe in fine libri Ludouici Maiorani Grauinatis Can. Reg.Lat.de vero Dei cultu,ſolidum hoc Regium Monumentum. Karolus. IX.Rex.Galliȩ.Natus eſt.V.Kal.Quinct. MDL.Regnare cȩpit.Non. Decemb.M.D.LX Obijt.3.Kal.Iunij.M.D.LXXIIII. Iuſta ei perſoluta ſunt. Romæ. in ſacello. Pontificio. 10. Kalen. Quinct. M.D.LXXIIII. Nec grauabor,licet forſan graueris, lector, & exemplum ponere iſtius ſæculi, quò Domini mei, tum Oratoris inſignis, Virorum ſumma eloquẽtia prȩditorum memoria hic habeatur.Nicolaus inquam Craſſus Iun.in ſuis Elogiorum DeNic. Craſ. cadibus de Antonio Quirino V.Cl. loquens ad finem Elogij ſic proſequitur. Obijt LIV.annũ agens:& cũ vniuerſa Reſp.tanto funeri lachrymis, atque dolore iuſta perſolueret:nos etiam ſingulari patrono bene merenti Oratione funebri parentauimus, idem erga tantam familiam,affineſque,& nepotes ſtudium,eandem obſeruantiam conſtantiſſimè retinentes. Vngere præterea, exenterare, implere balſamo, conſuere cadauera, polire, quid iam ſcio? conburere, cremare cadauera. Virgilius,prȩſertim 11 ad longum,vbi ritus illius ſæculi, in bello præcipuè, animaduertes: &, ſi lubet, audi, non etenim ab re: &,ſi renuis,tranſilias, prætermittas.

*Iam pater Aeneas, iam curuo in littore Tarchon*
Virg. *Conſtituère pyras; huc corpora quiſque ſuorum*
*Morte tulère patrum: ſubiectiſque ignibus atris*
*Conditur in tenebras altum caligine cælum,*
*Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis*
*Decurrère rogos: ter mæſtum funeris ignis*
*Luſtrauère in equis: vlulatuſque ora dedère;*
*Spargitur & tellus lacbrymis: ſparguntur & arma.*
*It cælo clamorque Virum,clangorque tubarum.*
*Hinc alij ſpolia occiſis direpta Latinis.*

Co-

*Conijciunt igni galeas, enſeſque decoros:*
*Frenaque, ferventeſque rotas: pars munera nota*
*Ipſorum clypeos, & non felicia tela.*
*Multa boum circa mactantur corpora morti:*
*Setigeroſque ſues: raptaſque ex omnibus agris*
*In flammam iugulant pecudes: tum littore toto*
*Ardenteis ſpectant ſocios: ſemuſtaque ſeruant*
*Buſta: neque auelli poſſunt: nox humida donec*
*Inuertit cœlum ſtellis fulgentibus aptam.*
*Nec minus & miſeri diuerſa in parte latini*
*Innumeras ſtruxêre pyras: & corpora partim*
*Multa virum terræ infodiunt: auectaque partim*
*Finitimos tollunt in agros: vrbique remittunt.*
*Cætera confuſaque ingentis cædis aceruum*
*Nec numero, nec honore cremant; tunc vndique vaſti*
*Certatim crebris collucent ignibus agri.*
*Tertia lux gelidam cælo dimouerat vmbram,*
*Mærentes altum cinerem, & confuſa ruebant*
*Oſſa focis, tepidoque onerabant aggere terræ.*

Sequuntur luctus, lamentaque. Verum enimuero, ſi priſcorum mores in funeribus exercendis in bello ex Marone, latinorum poetarum coryphæo vidiſti, lector: cernito etiam neothericorum, noſtrũ inquam Chriſtianorum, in pace: ex Franciſco Mauro Hiſpell. haud indigno vatis nomine ſingulari, libro 13. vltimo. ſ. Franciſciados, circa funus, ac exequias Sancti P. Franciſci de Aſſiſio, carmina ipſo quidem Marone digna.

*Ceſſerat has inter curas è corde parumper*
*Iam matris dolor: & triſtem vis reddita mentem*
*Excierat. tunc funereum iubet ocyus omnem*
*Ornatum afferri, veſtes, funalia, odores,* Fr. Maur.
*Vela, toroſque leues. Tum membra exanguia mollis*
*Carbaſus obnubit, tenuique inuoluit amictu.*
*Mox verò Aſſyrijs reſpergunt roribus artus,*
*Coryciosque imbres, & odora opobalſama vergunt,*
*Verque Arabum fundunt: Cinyreidos illita guttis*
*Vela, Paleſtinis ſuper immaduêre fluentis.*
*Defletum hic corpus molli impoſuêre pheretro:*
*Vltro humeris proceres cui mox ſubiêre recuruis,*
*Grande miniſterium: facibus longo ordine cætus*

Fulgent

Digitized by Google

*Fulgent accenſi, & flammis latè omnia luſtrant,*
*Vt ventum ad tumulum, in medio ſtatuère phe retrum:*
*Et circum ad cantus patres de more coacti,*
*Felici miſère animæ felicia honoris*
*Munera ſupremi, æternamque de dère quietem.*
*Inde animo, lingua que grauis, maturus & æui*
*Bernardus, dextra corpus ter luſtrat, & vnda*
*Spargit ter pura. ter flamma, & thuris odore*
*Ritè vaporatum ſacrata contegit vrna.*

Si modò, quem imitatus fuerit hic ſacer vates in hac funebri pompa explicanda, venari volumus, dixerim quòd Virgiliū eodem 11. Aeneidos, vbi demādat Aeneas Pallantis corpus à Turno interfectum ad Euandrum Regem Patrem ſuum: quod nedum vt pateat, imò magis vt obſeruetur; iuxta propoſitū noſtrum thema, hic pariter regiſtrabo libens, Virgilij quærendi, vertendique curioſo laborem auferens.

*Hæc vbi defleuit: tolli miſerabile corpus*
*Imperat, & toto lectos ex agmine mittit*
*Mille viros: qui ſupremum comitentur honorem:*
*Interſintque Patris lachrymis, ſolatia luctus*
Virgil. *Exigua ingentis, miſero ſed debita patri.*
*Haud ſegnes alij crates, & molle pheretrum*
*Arboreis texunt virgis, & vimine querno:*
*Extructoſque thoros obtentu frondis inumbrant.*
*Hic iuuenem agreſti ſublimem in ſtramine ponunt, &c.*
*Tum geminas veſtes, oſtroque, auroque rigentes*
*Extulit Aeneas, quas illi læta laborum*
*Ipſa ſuis quondam manibus Sidonia Dido*
*Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro,*
*Harum vnam iuueni, ſupremum mæſtus honorem*
*Induit, arſuraſque comas obnubit amictu:*
*Multaque præterea Laurentis præmia pugnæ*
*Aggerat, & longo prædam iubet ordine duci*
*Addit equos, & tela, quibus ſpoliauerat hoſtem.*
*Vinxerat & poſt terga manus, quos mitteret vmbris*
*Inferias, cæſo ſparſuros ſanguine flammas,*
*Indutoſque iubet truncos hoſtilibus armis*
*Ipſos ferre duces, inimicaque nomina figi. &c.*
*Haſtam alij, galeamque ferunt, nam cætera Turnus*

*Victor*

Digitized by Google

*Victor habet, tum mæſta phalanx, Teucrique ſequuntur.*
*Tyrrhenique duces, & verſis Arcades armis.*
*Poſtquam omnis longè comitum proceſſerat ordo,*
*Subſtitit Aeneas, gemituque hæc addidit alto.*
*Nos alias hinc ad lachrymas eadem horrida belli*
*Fata vocant, ſalue æternùm mihi maxime Palla,*
*Aeternùmque vale. Nec plura effatus, &c.*

Nec propterea mihi reticendus videtur ritus, & ordo funeris Miſeni Tubicinis Aeneæ, quos idem Maro 6. Aeneidos regiſtrauit: vt alios ſimiles, quos in Remi funere ponit Naſo, interim omittamus. Ouid.

*Nec minus interea Miſenum in littore Teucri*
*Flebant, & cineri ingrato ſuprema ferebant.*
*Principio pinguem tædis, & robore ſecto*
*Ingentem ſtruxère Pyram, cui frondibus atris*
*Intexunt latera, & ferales ante cupreſſos* Virg.
*Conſtituunt, decorantque ſuper fulgentibus armis.*
*Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis*
*Expediunt, corpuſque lauant frigentis, & ungunt.*
*Fit gemitus, tum membra thoro defleta reponunt,*
*Purpureaſque ſuper veſtes velamina nota*
*Coniiciunt, pars ingenti ſubière pheretro,*
*Triſte miniſterium, & ſubiectam more parentum*
*Auerſi tenuère facem, congeſta cremantur*
*Thurea dona, dapes, fuſo crateres oliuo.*
*Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit*
*Relliquias vino, & bibulam lauère fauillam,*
*Oſſaque lecta cado texit Chorynæus aheno.*
*Idem ter ſocios pura circumtulit vnda,*
*Spargens rore leui, & ramo fœlicis oliuæ,*
*Luſtrauitque Viros, dixitque nouiſſima verba.*
*At pius Aeneas ingenti mole ſepulchrum*
*Imponit, ſuaque arma viro, remumque, tubamque*
*Monte ſub aerio, qui nunc Miſenus ab illo*
*Dicitur; æternumque tenet per ſæcula nomen.*

Hactenus poſuimus huiuſmodi ritus poeticè deſcriptos, pacis, & belli tempore: quare non & antiquum, Romanum inquam, proſaicum reponemus? ſurrepit illud ſanè in mei ſcribentis memoriam factum in Iunij Bruti funere, quod olim legerim apud Dionyſium Halicarnaſeum lib. 5. Hancque finem ea pugna habuit. Die Dion. Hal.



Digitized by Google

verò poſtero legentes Romani ſpolia mortuorum hoſtium, ſuoſq;
ſepelientes, tollenteſque Bruti corpus, cum multis laudibus, & la-
chrymis reportarunt Romam preclari Equitum, coronis ornatum
Victorialibus, obuiuſque ſenatus iuit, cum decreuiſſet ornare trium
pho Ducem, ſicque populus omnis crateribus, menſiſque excipiẽs
exercitum. atque vbi in vrbem venère, Pompam ducens conſul (vt
mos erat Regibus) cum trophæis offertas ipſi pompas, immolatio-
neſque perficiebat, ſpoliaque reponens Deis, illam diem ſacram
duxit, illuſtriſſimoſque ciuium, dans eis epulum, ſuſcepit. Die verò
ſequẽti obſcuram aſſumens veſtem, Brutique corpus proponens in
foro, ornatum decenter in lectulo, aduocauit in concionem popu-
lum, atque procedens ad pulpitum, in laudem eius funeream ora-
tionem habuit. &c. Narrat Themiſtocles lib. 2. belli Pelop. Athe-
*Themiſt.* nienſes iuxta patrios mores, extinctorum in bello exequias celebraſ-
ſe hunc in modum. Conſtruunt per triduum antea Tabernaculum,
in quo quidem oſſa congerunt omnium mortuorum, & quilibet ſu-
per eius defuncto, quod libet, ingerit; Cum autem poſtea deferun-
tur ad inhumandum, rhedæ capſas quaſdam cupreſſinas deuehunt,
ſingulas pro ſingulis tribubus, quas infra contribulium oſſa compe-
riuntur, deinde attracto curru, quo ſuper cubile ſtratum eſt vacuũ,
concinnum valde: quod illorum omnium, quorum inter occiſos
non fuère comperta corpora, repræſentat. Currus eiuſmodi comi-
tatur gens plurima vſque ad foueas mortuorum, quos iuxta ſtant
eorum affines mulieres ploratus mittẽtes, & vlulatus. capſas igitur
omnes in vnum publicum Monumentum in nobiliori vrbis vico
præparatum reponunt. Quibus conſepultis Selectus Ciuitatis Ora-
tor in defunctorum laude ſermonem habet, & inde abſcedũt. Quid
autem fecerit Rex Iudas Machabeorũ fortiſſimus, audiamus finem
capitis duodecimi ſecundi libri Machabæorum. Et facta collatione
*2. Mach.* duodecim millia drachmas argẽti miſit Hieroſolimam offerri pro
peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religioſè de reſurrectione
cogitans (niſi n. eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluũ
videretur, & vacuum orare pro mortuis) et quia conſiderabat, quòd
hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent re
poſitam gratiam. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defun-
ctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. Habemus apud Plinium, vt
tetigeram, lib. 7. cap. 4. in hoc propoſito hæc regiſtrata. ipſum cre-
*Plin.* mare apud Romanos non fuit veteris inſtituti: terra condebantur,
& poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognouère: tunc inſti-



Digitized by Google

ratum: attamē multifariè priſcos ſeruauère ritus: ſicut in Cornelia domo, nemo ante Syllam Dictatorem traditur eſſe crematus: idq; eum voluiſſe veritum talionem eruto C. Marij cadauere. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus. humatus verò humo contectus. In vita Democriti apud Diogenem Laertium, quod ad rem noſtram attinet, hæc leguntur. Cum verò lege cautum eſſet, vt, qui patrimonium conſumpſerat, ſepulchro patrio non dignaretur. eo cognito, vt ait Antiſthenes, ne inuidorum, & detrahentium pateret calumniæ Democritus, legiſſe illi conſtat magnum Diacoſmum, quod cunctis illius operibus facilè excellit, quingentis talentis honoratus eſt: neque id ſolum: verùm & æreis imaginibus, vitaque functus publicè ſepultus eſt. Porro ſic T. Liuius lib. 6. tertiæ Decadis. Roma circum ſeſſa Romanos coniuges liberi: quorum ploratus hic quoque propè exaudiebantur aræ, foci, Deorum delubra, ſepulchra maiorum vulſa, temerata, atque violata à Capua non auerterunt; tanta auiditas ſupplicij expetendi, tanta ſanguinis noſtri hauriendi eſt Sitis. Sic autem Virg. 6. Aeneid. de Miſeno. Diog. Laer. T. Liu. Virg.

*Sedibus hunc refer ante ſuis: & conde ſepulchro.*

& inferius, aramque ſepulchri

*Congerere arboribus, cæloque educere certant.* & non longè,

*At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum*

*Imponit, ſuaque arma Viro. vt diximus ſupra.* & lib. 3.

Animamque ſepulchro condimus, & magna ſupremum voce ciemus. cum priùs in 2. dixiſſet. corpuſque exangue ſepulchro Reddidit Hectoreum. & in 9. Abſenti ferat inferias, decoretque ſepulchro. & alibi quoque. Et Marcus Tullius 1. Tuſcul. Sic habet. Quid ſepulchrorum Monumenta ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare? Ouidius 13. Metamorph. ſic ſcriptum reliquit. Cic. Ouid.

*Condeturque tuum monumentis corpus auitis.* Sen.

ſic Seneca lib. de remedijs fortuitorum. Non defunctorum cauſa, ſed viuorum inuenta eſt ſepultura, vt corpora & viſu, & odore fæda amouerentur. &c. vnde mihi liceat ex Luciani Demonade paſſum huc reuocare. ſ. aliquanto antequam moriebatur Demonax, interrogante quopiam, de ſepultura verò quid imperas? Ne vos hæc cura remordeat, inquit, ſolicitos: etenim foetor me ſepeliet. reſpondente autem illo, An non turpe foret, & nefarium, ſi tanti viri corpus volucribus, & canibus dilaniandum obijceretur? atqui nihil abſurdum eſt, inquit, ſi mortuus quoque nōnullis animalibus vtilitatem aliquam allaturus ſum. Cæterùm Athenienſes magnifico fu- Lucian.

nere elatum illum ſepelierunt: multoque tempore eius obitum luxerunt, tum. Circa funeris vero efferendi procurationem, nemo erat, qui non accurriſſet, maximè verò ex Philoſophis; illi ſubiectis humeris pheretro, vſque ad ſepulchrum efferebant mortuum. Legere eſt apud Lilium Gregorium Giraldum de vario ſepeliendi ritu, tum apud Cælium Rhodiginum lectionum antiquarum lib. 9. cap. 43. quod incipit, Sepulchra violaſſe ſummum eſſe prioribus habitum ſcelus, indicio pleraque ſunt. Nam ea quidem proximè accedunt, vt opera putentur publica, quando religioni commendantur, vbi corpus demortui hominis condas, inquit lex, ſacer eſto, ſancitum quoque lege ſcimus, vt grauis irrogaretur mulcta, ſi quis buſtum violaſſet, aut ex ſepulchro columnam deieciſſet fregiſſetuè. & apud Hebræos lege cauebatur, ne quidem hoſtem relinquerent inſepultum: quæ præcipuè ad ſextum ſuperiùs huius mei operis caput poſſunt transferri. Legatur id Cælij totum, ſequens ſimul, ac ſubſequens caput, de ſepulchris, ac de ſepeliendi ritu, vbi plura non minùs, quam pulchra, admirandaque, longum quippe eſſet huc omnia transportare. Cum & fortaſſe me hæc pauca referentem, longiorem fuiſſe quis dixerit, vt ob id alios ſi ſcitari auctores interea prætermittam. Scribit Diodorus libro 6. Plutonem ſepulchrorum, funerumque, atque honorum, qui mortuis impenduntur, vſum introduxiſſe, cum antea nulla harum rerum apud homines eſſet conſuetudo, quæ cauſa extitit, vt vita functis dominari exiſtimaretur. ne ſuggiller, quæſo, ſi paſſum deſcripſero Luciani illius ſamoſatenſis in Luctu. qui niſi aliquibus placuerit, illi ſuccenſeat potiùs quam mihi; ſatiùs tamen eſſet legere ſermonem totum de primo ad vltimum: paſſus autem, quem ad propoſitum noſtrum ſeligo, poſt obolū, traiectionis mercedē in os mortuo impoſitū, eſt huiuſmodi. Poſt hæc lotos eos, perinde quaſi tartarea palus non ſatis ſit idonea lauandis his, qui illic degunt, et vnguentis optimis vncto corpore, iamque victa graueolentia, coronatos pulcherrimis floribus proponunt ſplendidè veſtitos, ne videlicet algeant per viam, ne vè nudi conſpiciantur à Cerbero. Accedunt ad hæc mulierum eiulatus, omnium certè lachrymæ, pectorum planctus, comæ dilaniatio, genarum cruentatio; alijs autem & veſtis diſcerpitur, & puluis capiti inſpergitur, adeò, vt viuentes miſerabiliores ſint mortuo, & quæ ſequuntur.

Greg. Gir.

Cæl. Rhod.

Diod. Sic.

Lucian.



Digitized by Google

### *Variarum Gentium mores in condendis, humandiſque corporibus defunctorum.* *Cap.* XXX.

SVperiori fine capiti conſtituto ſurrepit illico in mẽtem meam me alias legiſſe apud Alexandrum ab Alexandro Iouiani Pontani contemporaneũ, ſimul, & conterraneum caput integrum, id que admirabile, vbi ex profeſſo traduntur diuerſarum Gentium, ne dicam omnium, mores in condendis, humandiſque corporibus defunctorum quod ſanè plurimum propoſito huic noſtro conuenire nemini dubium, hoc ſi deſcripſero, ſtatim à detractoribus ſuggillabor, vt qui ex aliena materia domum ſtruam, quibus reſpondens dixero, & Alexandrum ipſum, cui debemus plurimum, eadem ex alijs expiſcatum, nihilque dictum, quod non dictum ſit prius, deſcribam lubens, ratus opus meum ob id integrius euaſurum: & ſi quis id neglexerit, hoc Alexãdri ſecundum caput libri tertij dierũ Genialium prẹterſiliat.

Romanos olim abortu Vrbis defuncta corpora humi condere, neque cremare conſueuiſſe illud argumento eſt, quòd Numæ Pompilij corpus in arca lapidea poſt multa ſæcula à Gn. Terentio in Ianiculo inuentum, vetuſtiſſimi Auctores tradant: poſtea cum longinquis bellis defunctos erui cognouiſſent, vt igni cremarentur decreto ſanxerunt: Primus ex Patricijs Cornelius Sylla traditur, qui decedẽs igni ſe cremari voluit, veritus talionem: nam ipſe corpus Marij, & eruta oſſa ſubuertit, & in Anienẽ miſit: inde manſit diu defunctos cremandi conſuetudo, à qua ſecutis temporibus, dum Antonini Cæſares imperitarent, deſitum fuit; Tunc.n. illo more abrogato denuo corpora humi condere cæpere, ex inſtituto. Thaletis, qui cum omnia ex aquis conſtare dicat, defunctos terræ mandari iuſſit, vt humore diſſoluantur. Heraclytus verò igni, tanquàm ad originem ſuam reuertantur: quippe cum omnia ex igne conſtare diceret. Cartaginenſes verò cum priùs terra obruerent fato defunctos, poſtea a Dario admoniti, mutato conſilio igni tradidère. Apud Syros, & Aegyptios condendi, & non cremandi corpora, medicataque cadauera aſſeruandi in loculis vetuſtum morem inualuiſſe accẹpimus; condiebant.n. cadauera myrrha, Aloe, cedro, melle, ſale, cẹra, bitumine, & reſina, odoribus, & vnguentis delibuta, ex ſucco.n. cedri exanimum corpus ſeruari, ſicut viuentia corrumpi haud dubiè perſpectum eſt; ſudore quoque ligni tædẹ conciſæ, & furnis Alex. ab Alex.



Digitized by Google

adactæ apud eoſdem mortuos delibutos ſeruari prodiderunt: ita lineamentis integris, vt viui apparerent: quod ab exteris Regibus vſurpatum accæpimus, vt eorum corpora non cremarent, ſed differta odoribus tumulo inferrent, aut humi conderent, in tantumq; odores ad defunctos pertinere creditum eſt, vt quamuis cremarentur, vnguenta tamen, & odores flammæ inijcerent. Pytagoræi non vnguentis, ſed foliis populi, myrthi, & aloes ſtipati humi mandabantur. Sicut M. Cato condi, & humani voluit. Lycurgum, legimus, nihil cum mortuo ſepeliri mādaſſe: ſed puniceo amictu velatum, & oleæ fronde circundatum terræ mandari voluiſſe. Albanis pecuniam cum mortuis ſepelire in loculis mos erat. Taxilis, Brachmanis, & Iberis, vulturibus defuncta corpora obiicere. Barchęis, quę apud Colchos, & Iberos gēs eſt, agnatos morbo extinctos velut ignauos, & degeneres igni tradere, in bello autem abſumptos, tanquam fortes, & ſtrenuos obiicere uulturibus. Parthi, & Magi procul à noſtro orbe ſiti honeſtiſſimam ſepulturam vulgò auium, aut canum laniatus putauère, nudaq; tantum oſſa, quę ſupererant, terrę mandare aſſuerant. Sicut apud Hircanos, quorum horrida, & inculta vita eſt, aliaſque gentes indomitas, canes pro ſepulchro fuère, qui ſepulchrales dicti; Hos affluenti cibo nutriebant, & ſuos quiſque canes parabat in vita, à quibus mortuus laceraretur, atque hoc eximium, & ſolemne putabatur funus. Perſæ fato defunctos cæra circū litos, vt maximè diuturni eſſent, domi condebant. Aſſyrii in melle: Regum verò in paludibus: humi verò tradere, aut igni cremare, capitale fuit. Eſſedonum traditur mos, vt parentum funera cantib. proſequantur, mox cętibus propinquorum aduocatis, quod dictu, audituque fædum eſt, ipſis cadaueribus immiſtis ouillis carnibus veſcantur: id quod ab Indis, & Maſſagetis vſurpatum ferunt, quorum prodigioſa, immaniſque natura eſt: nam ſenio confectos in fruſta cedere, illoſque carnibus immiſtis pecudibus veſci aſſueuère: id quoque apud Derbices Perſicam gentem, & cum Hibernis efferatis hominibus commune fuit, vt parentes, & affines, qui ſuccubuère comeſſe pietatis maximęque honeſtatis munus putarent: quod Criſippus philoſophus probauit, & litteris prodere nō dubitauit: fuitq; proditum eoſdem Derbices in more habuiſſe viros certam progreſſos ætatem more hoſtiarum immolare ad aras, mulieres verò ſeneſcentes præfocare. Tradunt Hiperboreos illos penitiſſimos, qui in extimo orbis tractu ſiti ſunt, homines rigentis barbariæ, & omni hu

mano

Digitized by Google

mano generi inſociales, eos, qui longo æuo vixerunt, poſt epulas, & familiare conuiuium ſertis redimitos, ex rupe abrupta in mare dare præcipites: quę lex in Coho inſula ad Helleſpontum fuiſſe traditur, vt ſupra ſexaginta annos nati, aconito vitam finire cogantur, ne ipſi deſides, & ignaui fortium virorum cibaria aſſumerent, locumque, & partes aliorum occuparent: quod de Caſpijs quoque memoriæ proditum eſt: Nam filij parentes ſeptuagenarios domi clauſos, aut in loca inculta, & deſerta, intimaſque ſolitudines expoſitos, vel fame enectos, ſiti, & inopia conficere, celebre funus putarunt. In Scythia gens eſt, quæ parentum cadauera inter niues, & glaciem truncis affixa arboribus detineant, illa terræ mandare pro ſcelere, proque flagitio arbitrati. In Phrygia mortuos ſacerdotes, non defodiunt, ſed ſuper lapidibus decem cubitis erectos, ſublimes conſtituunt: ſicut Naſamones, qui ſedentes mortuos ſtatuebant. Thraces quoque fama eſt, & Indos ætate confectos, illos præcipuè, quibus ſtudium ſapientiæ fuit, incenſis rogis mortem oppetere, & ſine aliquo funerum apparatu, lætos ſe in flammas inijcere, non refugere, nec reformidare. Alios inibi homines in alio tractu orbis intonſos & incultos vltra Arabes, & Aethiopes, parentes, & ſibi coniunctiſſimos in littoribus ita, vt fluctibus operiantur, ſepelire: ipſoſque Aethiopes ad certos annos vitam producere, qua exacta, diuerſo quiſque fungatur fato, exanimaque corpora, vel in flumen deijcere, vel vitro operta, ita vt integra ſpectentur, & poſteris ſpectaculo ſint, aſſeruare. Peones in ſtagnis: Ichthyophagi in mare defunctos abijciunt. Troglodite paliuri virgis mortui ceruicem cum pedibus alligantes efferunt: deinde cadaueri lapides aggerantes cornu Capræ inibi ridentes apponunt: hoc pro exequiali pompa, proque funere exiſtimantes: quod à Gymneſinæ incolis vſurpatum legimus, vt inciſa, & defecta cadauera in vrnam imponant, deſuperque ingentia ſaxa accumulent. Arabum verò mos proditus eſt, vt Regum, & ſummorum ducum elata cadauera in loca tetra, & inculta ſtercore obruant, ac cæno, & fimo aggeſta terræ imponant. Panebij ſi quando Rex moritur, corpus quidem defodiunt, caput verò auratum in templo auguſtiſſimo conſecrant, dicantque. ſicut Saitanis, Reges, qui imperitarunt, intra ſepta templi ſepelire aſſuetum erat: hoc ſepulturæ genus optimum, & pietatis vltimum officium eſtimantes. Lothophagis nulla ſepulchrorum habetur cura: ſed defunctos in mare deijciunt, parum referre arbitrati, igni, terra, vel aqua diſſoluantur. Apud Athenienſes, & omnem ferè gręciam corpora, non

cremare,

Digitized by Google

cremare, ſed terræ condere, & ſepelire cum funebri veſte. Phrygibus verò igni imponere antiquiſſimus mos fuiſſe proditur. Sed in humandis corporibus Athenienſes orientem verſus, Megarenſes, & phænices ad occidentem vertere ſolebant. Afri verò, vt Græci, ſepeliunt. Maxima autem ſepeliendorum cadauerum cura Athenienſibus fuiſſe fertur, præcipuè bello peremptorum, ita vt qui illos inhumatos relinquerent, quouis ſupplicio dignos putarent. Idcirco ſummos Duces, quia cæſos Nauali pugna in mare deiecerant, grauibus pœnis, & capitis ſupplicio affecère. quibus cum peremptorum corpora aſſequi nequirent, illorum oſſa, & diſiecta membra paſſim ſtrata exquirere, & humo tegere, defunctoſque in acie tumulo publicè extructo quotannis pro concione laudare magnæ curæ fuit, adeo vt Nicias cum exercitu iter faciens, ne duorum militum inhumata cadauera relinqueret, totum ſubſiſtere agmen, donec humarentur, iuſſerit. Et Cimon Milciadis Filius, vt pater ſepulchro conderetur, captiuum ſe præbere non dubitauit. Traditum quoque eſt chares, morte ſublatos milites, armatos ſepelire, et Syndos tot piſces in ſepulchris mittere, quot hoſtes confeciſſet, qui humaretur. Sicut Hiberos pro hoſtium interfectorum numero tot obeliſcos apponunt: hoc inſigne teſtimonium virtutis, & expertiſſimum decus arbitrati. Condebant. n. priſci corpora vel arcis lapideis, aut fictilibus cum funebri tunica, quia nudum iacere cadauer pro flagitio erat. Reges verò externos differtos odoribus in montibus ſepeliunt: vnde deductum, vt illorum ſepulchris pyramides apponant, aut columnas. Romani verò in domibus, quas ſinguli incolebãt, dolijs, aut vaſculis: qua ex cauſa lares, quos domeſticos vocant Deos, colere cæperunt: poſtea lege 12. tabularum, ne in vrbe ſepelirentur, neuè vrerentur, graui fuit documento ſancitum, cuius verba ſunt. In vrbe ne ſepelito, ne vè vrito. Cineres tamen eius, qui triumphaſſet, aut Imperatoris, qui hoſtes bello domuiſſet, vel armis Rempublicam auxiſset, in vrbem ferre licebat; quibus hoc honoris cauſa vt in foro conderentur, tributum eſt, licet apud Spartanos ſecus longè ſeruatum ſit. Lycurgi lege, quibus & in vrbe, & ſecus Deorum templa ſepelire permiſſum. Non ſic Athenis: nam in campo extra vrbẽ tumulus erat, in quo columnæ extabant, in quibus defunctorum nomina per ſingulas tribus qui illic conditi erant continebantur. Corinthi quoque extra vrbem maximorum virorum monimenta fuère: inter quæ Diogenis ſinopenſis, quem canem Græci cognominarunt, ſepulchrum viſebatur. Reliqui verò in agris quiſque ſuis, aut

in

Digitized by Google

in fundo ſuburbano, ſeu auito, & patrio ſolo ex Senatus Conſulto Duilio Conſule. Romæ humari conſueuère. In quibus ſepeliendi licet toto generi, & familiæ ius eſſet à principio, poſtea vt in familiā ius ſepulchri nō deſcenderet, rectiore cura prouiſū fuit. Frequentius in Flaminia, aut latina via, ac ſuburbijs, & anfractibus viarum Romanorum gentilicia ſepulchra fuère, ibique Calatini, Scipiones, Seruilij, & Metelli, aliorumque honeſtiſſimæ familiæ condebantur: ad quæ vaſa figulini operis, nonnunquam arma militaria, enſeſque, & libellos, aliaque, quæ defuncto cordi in vita fuerant, quorumque efficaci ſtudio tenebatur, ferre, & eodem ſepulchro tegere aſſuerant vt ea, quæ viui dilexerant, vnà conderentur. Memini, dum Romæ agerem, in vetuſtis ſepulchris, quæ in via Appia plurima viſuntur, inter ædificia, hortoſque, interque coagmenta lapidum, erutum cadauer fuiſſe, multo æuo vetuſtum, adoleſcentulæ mulieris, facie, capillo, oculis, naribus, & reliquis lineamentis prorſus integris, & incorruptis: niſi quod veſtigia liquaminum, & vnguentorum, quibus delibutum fuerat, apparebant, recenti ſpecie, inſcriptione nulla, qua nomen defunctæ innoteſceret. Pomponius tamen vir vt in ea ætate veterum litterarum impensè doctus Tulliolam M. Tullij Ciceronis filiam, de cuius obitu ad Seruiū Sulpicium ſunt Epiſtolæ: aut Priſcillam Abaſcantij, de qua Sylua Papinij extat, fuiſſe augurabatur, id quibus argumentis aſſeueraret, cum nulla inſcriptionis veſtigia extarent, prorſus neſcimus. hucuſque Alexander, ex his non pauca legimus etiam M. Tullij lib. 1. Tuſc. quæſtionum. Quid modò Andręas Tiraquellus vir ſingularis in eius commentarijs dierū Genialium Alexandri ſuper his dixerit, huc traducere haudquaquā laboro; videat carioſus in fonte; vnum addo ex Pierio lib. 43. vbi de ſede: Naſamones, quòd ab obitu ad Deos euolare ſe arbitrabātur, quo fierent Dijs ipſis propiores, cum morituri erant, inter expirandum ſedere: ac ſedentes etiam ſepeliri volebant. Atqui non eſt quidem vt conticeſcam, Alphonſum illum de Villegas hyſpanum ſatis cognitum, in ſecunda libri illius parte, qui Flos Sanctorum notatur, cap. ultimo, vbi de mendici Lazari vita, abſolutè ſanè antiquorum ritum quoquo tempore, quaqua ferme regione ex probatiſſimis auctoribus luculentiùs pertractaſſe: quocirca, ne, qui breuis eſſe laboro, longus fiam, cum fortè ſufficiat, quod retulit Alexander, curioſum ad illum, qui traductus eſt verbis noſtris, librum remitto, admonens, quòd nunc eſt ei titulus. Nuouo Leggendario della vita di Maria Vergine immacolata madre di Dio: Et delli Santi Patriarchi

Cic.

And. Tir.

Pier.

Alph. Vill.

Digitized by Google

I.Cæſ.Val. chi,& Profeti, &c. Traducente ex hyſpano R. Iulio Cæſ. Valentino Carpeneti pagi Meſtri Taruiſanæ noſtræ Plebano, Viro vtique probatiſſimo, ante triennium defuncto.

Addam denique huic capiti colophona referens alium ſepeliendi humani corporis ritum, quem crediderim cum ea, quæ illum excogitauit, perſona ſimul occubuiſſe. ſ. Artemiſia, de qua prçter alios, Amb.Cal. Calepinus ſic ſcriptum reliquit.

Artemiſia Mauſoli Cariæ Regis vxor, inſignis pudicitię, quæ virum incredibiliter amaſſe creditur: nam & mortui cineres vino cōmiſtos ebibit: & memoriæ eius tam ſplendidum erexit ſepulchrum, vt magnifica omnia monumenta Mauſolæa deinceps inde fuerint appellata.

## *Romanorum Imperatorum funeratio, & ἀποθέωσις. ex Herodiano. Cap. XXXI.*

CAeterùm cū adhuc gentium ferme omniū ritus, et antiquos mores in ſepeliendis, condendiſuè, ſiue aliter tollendis de hominum oculis cadaueribus poſuerimus, æquum eſſe arbitratus & Imperatorum Romanorum celebres inferias recenſere, ſubijciam illud omne, quod regiſtratum reliquit Herodianus de Seueri Imp. funere ſub initio libri quarti in hunc modum. Re igitur diuina, cæ Herod. remonijſque de more concelebratis, &c. Mos eſt enim Romanis cōſecrare Imperatores, qui ſuperſtitibus filijs, vel ſucceſſoribus moriūtur. Quique ex eo ſunt honore affecti, relati dicuntur inter Diuos. Eſt autem tota vrbe quaſi luctus quidam, feſtę concelebritati promiſcuus. Quippe functum, vita corpus, ritu hominum ſumptuoſo funere ſepeliunt. Sed certam imaginem defuncto quàm ſimillimam fingunt, eamque in regię veſtibulo proponunt ſupra eburneum lectum maximum, atque ſublimem, veſtibus inſtratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti ſpeciem pallida recumbit. Circa lectum verò vtrinque magnam partem diei ſedent, à læua quidem Senatus omnis veſtibus atris amictus, à dextra verò Matronæ, quas virorum, aut parentum dignitas honeſtat. Harumque nùlla uel aurum geſtans, uel ornata monilibus conſpicitur, ſed ueſtibus albis exilibus indutæ mærentium ſpeciem præbent. Hæc ita per ſeptem dies continuos faciunt, medicis ad lectum quotidie accedentibus, inſpectumq; uelut ægrum deteriùs ſe habere ſubinde pronunciantibus. Dein ubi iam uiſum obijſſe diem, lectum humeris attollunt equeſtris,

ſtris, Senatoriſque ordinis nobiliſſimi, ac lectiſſimi iuuenes, perque viam ſacram in vetus forum deferunt, vbi magiſtratus Romani deponere Imperium conſueuerunt. Vtrinque autem gradus quidam ſunt ad ſcalarum ſimilitudinem extructi, in quibus altera ex parte puerorum chorus eſt è nobiliſſimis, atque Patricijs, altera fæminarum illuſtrium, hymnos in defunctum, pæanaſque cauentium, verendo, ac lamentabili carmine emodulatos. Quibus peractis tollunt iterum lectum, atque extra vrbem perferunt in Martium Campum, vbi quà latiſſimè campus patet ſuggeſtus quidam ſpecie quadrangula lateribus æquis aſſurgit, nulla præterquam lignorum ingentium materia compactus in tabernaculi formam. Idque interius totum eſt aridis fomitibus oppletum, extra autem in textis aureo ſtragulis, atque eboreis ſignis, varijſque picturis exornatum, infra verò alterum minuſculum quidem poſitum eſt, ſed forma, & ornatu perſimile, portis, ianuiſque patentibus. Tertiumque item, & quartum ſemper ſuperiore contractius, ac deinceps alia, donec ad extremum, quod eſt omnium breuiſſimum, peruenitur. Poſſis eius ædificij formam comparare turribus his, quæ portibus imminentes, noctu igne prælato, naues in tutas ſtationes dirigunt. Pharos vulgò appellant. igitur lecto in ſecundum tabernaculum ſublato, aromata, & ſuffimenta omnis generis, fructus, herbaſque, ſuccoſque omneis odoratos conquirunt, atque acernatim effundunt. Quippe neque gens eſt, neque ciuitas, neque qui honore vllo, aut dignitate præcellat, quin certatim pro ſe quiſque ſuprema illa munera Principis honori deferant. Vbi verò ingens aromatum aceruus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adequitant, vniuerſis equeſtris ordinis certa quadam lege, ac recurſu, motuque Pyrrichio, numeroque in orbem decurrētibus. currus item circumaguntur inſeſſi purpuratis rectoribus, qui perſonas ferant Ducum omnium Romanorum, principumque illuſtrium. Quæ vbi celebrata ſunt, facem capit Imperij ſucceſſor, eamque tabernaculo admouet. Tum cæteri omnes vndique ignem ſubijciūt, cunctaque illico fomitibus illis aridis, odoramentiſque referta igni valido corripiuntur. Mox ab extremo, minimoque tabernaculo, tanquam è faſtigio quodam, ſimul cum ſubiecto igni, aquila dimittitur quæ in cęlum creditur ipſam Principis animam deferre. Ac iam ex illo vna cum cæteris numinibus Imperator colitur. Ita conſecrato parente, &c. hæc Herodianus. quibus libet ſubſtruere id quod refert Plutarcus quæſtionum Rom. 79. i. ijs, qui res præclarè



Digitized by Google

Plutar. re geſſiſſent, atque Imperatoribus hoc dederunt Romani, vt in foro ſepelirentur; vt Valerio, & Fabricio, quorum tamen poſteros aiunt ita inuidiam honoris iſtius declinare ſolitos, vt funeri in forum allato fax ardens ſubijceretur, ſtatimque auferretur: facultate duntaxat ſepulturæ in foro ſic confirmata.

### *Varius cadauerum deponendorum ſitus, & varium tempus.* Cap. XXXII.

COllocandi in ſepulchris cadauera plures modi, videlicet, rectè ſtantia, ſedentia, extenſa, prona, ſupina, ad ortum ſolis vergentia, ad occaſum, indiſcriminatim, denique ad ſortem, confuſimque proiecta, euerſaue in magnas foueas. Aegyptij aptabant ſtantes eorum mortuos, vnde habemus illud Silij Italici carmen.

Sil.

*Ægyptia tellus*
*Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo.*

Naſamones Libiæ populi eos (vt mox dicebam) ſedentes accommodabant. Prona collocabant aliqui in humo corpora, verſa. ſ. ad terram facie, vnde verbum illud oppetere, quaſi ore terram petere, vt inquit Seruius,

Virg.

*Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis*
*Contigit oppetere.*

Diog.

hanc poſitionem legitur elegiſſe Diogenem, dum interrogaretur quo nam modo decerneret inhumari, & cynicè quidem cauſam reddidiſſe: quippe quia, cum inuerſus tunc mundus eſſet, reſque humanæ inuerſa morum facie properarent, ſi hanc mundi faciem aliquando mutari contigerit, & mortuorum ſitus, ac facies mutatum iri, qua propter eos, qui tunc ad inferos faciem vergent, tunc temporis, eam verſus cœlum verſuros eſſe. Romani, quamuis non ſemper, tum alij multi, ſed nos præcipuè Chriſtiani, verſa ad cælum facie extenſos, ſupinos inquam, repoſuerunt, reponuntque, & nos reponimus, in hodiernam diem, vt qui de cælis ſuſcepiſſe animam recognoſcunt, vnde, & viuentes, & defuncti faciem, ac proinde oculos verſos ad cælum volunt, vnde illud Ouidij primo Metamorph.

Ouid.

*Pronaque cum ſpectent animalia cætera, terram,*
*Os homini ſublime dedit, cælumque videre*
*Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.*

Lud. Sax. vbi vnum referre liceat a Ludolfo relatum. ſ. corpus Domini ſupinum

num

Digitized by Google

num iacens in ſepultura habuiſſe caput ad occidentem, pedes ad orientem, dextram manum ad meridiem, ſiniſtram ad Aquilonem: et quo tpe conſuetudo excreuit Chriſtianorũ ad hanc ſimilitudinẽ defunctorum corpora ſepeliri: hæc Saxo. Præterea Athenienſes, animam immortalem credere commonſtrantes, vita functos ad Orientem inuerſos locabant: vice verſa Phœnices exteuſos quidem ponebant, verſos autem ad occaſum: Megarenſes verò nullo habitò diſcrimine mortuorum corpora deponebant: poſtremò belli, ſeu peſtilentiæ temporibus proſtrata cadauera nullo delectu in plauſtris collecta in magnas foueas, cauernaſuè miſta, confuſaque euertebantur, terra obductaque occultabantur, Petrus Barroccius Epiſc. Patau. in eius Officio ad Peſtilentiam deprecandam in primo hymno. Petr. Barr.

*En lues horrenda cunctos* | *Huius Vrbis incolas*
*Deuorat: nec iam ſepulchris* | *Poſſumus cadauera,*
*Quę putreſcunt in plateis,* | *Inſepulta condere.*

Quod vnum diebus meis contigit anno illo, quo euaſi Doctor Phyſicus Patauij ad poſt mænia nempe 1576. ob ſæuam peſtilentiam memorabili. prætereo combuſtorum cadauerum cinerum repoſitionem in amplis, aut paruis vrnis, vt quæ ad defunctorum ſitum parum conducat. Porrò quidam ſtatim, ac defunctus eſt hómo, transferunt illum ad ſepulturam: quod ſanè malum malo peius quandoque cauſatur, nempe quòd & viui nonnunquam ſepeliantur aliqui, quos vel lethargus, vel Epilepſia, vel morbus attonitus inquam apoplexia, vel ſincopes corripuerit, veluti in fæminis vteri præfocatio aliaque quauis de cauſa, lipothymia: vnde & non pauci inuenti ſunt poſtea rediuiui, ſeu potius, humore tunc temporis cerebrum occupante meatus ſpirituum obſtruente digeſto, conſumptoque, excitati, qui vel aperto tumulo ſurrexère, veluti contigit Cino ciui noſtro de Barilinis, de quo ſuo loco, vel non auditi, nec aperto tumulo, quantumuis oſſibus, & capite marmor impoſitum verberaſſet ferro, & qui ſcit an deſperati in obſcuriſſimo non minus ac fœtentiſſimo carcere, fame, ſiti, æſtu, aut frigore perierunt: quod legitur eueniſſe Ioanni Duns, Scotto inquam Monaco Franciſcanorum ſapientiſſimo, ſubtiliſſimo; & apud nos in Sarcophagi apertione poſt menſem a mulieris depoſitione, in Cathedralis Eccleſiæ Cæmeterio, diebus meis fœmina vna mercatoris ſatis diui-



Digitized by Google

tis coniux, ſicuti & alterius filia, alioqui extenſa poſita, depexa, manibus ad crucem compoſitis, verſa ad cęlum facie: erecta genibus, tum diſtorta nimis, crinibus ſparſis, dilaniatiſque, ac demum mortua prorſus, quis ſcit an in deſperationem prolapſa? proh dolor, inuenta fuit, & ne maris recens exemplum deſit, deeſſet vtinam, vnum afferam verum nimis, quod Taruiſij contigit anno 1601. vltimis diebus Decembris, quemadmodum ad præſens ſcribo.

*Piſtor habet Natum, quem de baptiſmate morti*
*Tradit: & hunc ſequitur fæta ſequenti die.*
*Hic miſer, & pauper, ſine coniuge, ſine regente,*
*Æger, & exanimis manè repente cadit.*
*Creditur hic functus vita, cum veſpere terræ*
*Traditur: in tumulo coniugis atque cubat.*
*Huius mater erat viuens, moriturque miſella*
*Poſt lucem octauam, conditur & tumulo:*
*Cum Veſpillones piſtorem iuiſſe per antrum*
*Cernunt: & tandem decubuiſſe loco*
*Extremo genibus poſitum, penituſque necatum*
*Obſcura, inuiſa, morte, dolore graui.*
*Vera loquor: Sancti fuit hoc Michaelis ad ædem*
*Sexcenti anni vnus mille, December, erant.*

Qua propter iure optimo quidem inductum eſt, vt ad diem naturalem, 24 ſcilicet horarum, plus, minus, ſupra terram, vel domi, vel in templis cadauera, ante eorum depoſitionem in tumulos, tenerentur: puerperarum autem mulierum quadraginta. Aliqui præterea, iuſtis penitus abſolutis in facie iacentium in feretris defunctorum, illos conſuunt infra album linteum, atque ita conſutos intrudunt in ſepulturam: quod & apud nos moris ſeruant Moniales Benedictinæ: idque recens videre contigit 16. Auguſti 1615 dum Magnificam Sororem Cæleſtinam Anoali Nob. Tar. vita functam infra commune illarum ſepulchrum, ad Pantheona ante aram decumanam poſitum, collocarent. Cæterùm de re hac, deque ſimilibus, ac aſſymbolis locutum fuiſſe ſcimus Franciſcum Patricium, Thomam Porcachium longo themate perinde, atque Innocentium Cybo Ianuenſem, libris illis, quos de modo funerandi antiquorum, de ſepulchris, de exequijs, deque id genus alijs, his temporibus publicarunt, veluti & Rauiſium in prima ſuæ Officinæ parte: præſertim cap. de vario inhumandi ritu. Quæ

Fr. Patr. Tho. Porc. Inn. Cyb. Rau. Tex.

om-

Digitized by Google

omnia apud illos ſumma cum diligentia, & quidem copioſè tradita videat curioſus.

*Quiſquis honos tumuli, quicquid ſolamen humandi eſt.* Virg. 10.

*Paſſiones pro mortuis.* *Cap.* XXXIII.

DOlor, mæror, mæſtitia, triſtitia, acerbitas, paſſio, afflictio, lachrimæ, luctus, fletus, leſſus, Cic. Mulieres genas ne radunto, neue leſſum funeris ergò habento. Ploratus, deploratio, plangor, planctus: guttiſque humectat grandibus ora. Virg. Eiulatio, eiulatus, vlulatus. Maro ipſe 9. Aeneid. Cic. Virg.

*Euolat infelix, & fæmineo vlulatu Sciſſa comam.* idem in 4.
*Lamentis, gemituque, & fæmineo vlulatu*
*Tecta fremunt: reſonat magnis plangoribus æther,* & alibi.

Horat. Epod. 10. *Pallor luteus, & illa non virilis eiulatio.* Hor.
mugitus etiam: vnde Maphęus Vegius poſt 12. Aeneidos Virgilij. Maph. Veg.

*Mæſtam implentes mugitibus vrbem.*

lamentum, lamentatio, fremitus, rugitus, vagitus: vox, vox in Rama audita eſt, ploratus, & vlulatus multus. Euangel. cruciatus, pallor, ſquallor, vocatio, euocatio, inuocatio, ſalutatio, deprecatio. Virgil. 12. D. Mat 2. Virg.

*Salue æternùm mihi maxime Palla, Eternùmque vale.*

imploratio, vociferatio, querelæ, queſtus, querimoniæ, gemitus, ſingultus, ſuſpiria: vnde Gregorius Oldouinus in Epigrammate. Greg. Old.

*Heu dolor, heu gemitus, lachrymæ, ſuſpiria, planctus;*
*Heu Patrum pugnis pectora tuſa feris.* & inferiùs.
*Mærorem, luctumque grauem monſtrate parentes,*
*Corde, animo, vultu, voce, colore, habitu.*

Sanguinis vel etiam emiſſio, lucis, animæ. Ioannes cotta in ode Io. Cot.

*Atque ab intimo cordis Ducto flumine turgidi, horridique*
*Sanguinem lachrimant miſelli ocelli:*
*Et cum ſanguine amata diffluit lux: Ac ſic enecuère ſeque, meque.*

anxietas præterea, anguſtia, cordolium, agon, agonia, agonizatio, oregmon, lipothymia, animi defectio, ſyncopes, ęcſtaſis. proſtratio, volutatio, conclamatio, inconſolabilitas.

*Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæſit.* Virgil. Virg.

crinium, capillorumuè laniatus, ſeu laniatio, vellicatio, euulſio.

*Terque, quaterque manu pectus percuſſa decorum,*
*Flauenteſque abſciſſa comas.* & alibi. Virgilius

Non

Digitized by Google

*Non comptæ manſere comæ: ſed pectus anhelum,*
Virg. *Et rabie fera corda tument.* & libro vndecimo,
*Pectora nunc fœdans pugnis, nunc vnguibus ora:*
*Sternitur & toto proiectus corpore terræ.* & Ouid. ad Liuiam.
Ouid. *Quò raperis laniata comas? ſimiliſque furenti*
*Quo ruis? attonita quid petis ora manu?*
& Statius in Glaucia Melioris.
Stat. *Nunc toruus pariter veſtes, & pectora rumpis,*
*Dilectoſque premis viſus, & frigida lambis Oſcula.*
& Balthaſſar Caſtilioneus in quadam eius proſopopeia.
Balth. Caſt. *Stant miſeri ſquallore patres, trepidæque puellæ:*
*Et matrum paſſis flet pia turba comis.*
deſperatio, feritas, inſania, vnde Papinius Syluarum vltimo,
Stat. *Tanta mihi feritas, tanta eſt inſania luctus.*
exturbare comas dixit alibi. pectoris igitur contuſio, faciei decoriatio, laniatio, infectio, deturpatio, cineris in caput aſperſio, pulueris, & vel ſtercoris, non deſunt auctores, ſacri pariter, ac profani, ſed cum Virgilio rem agamus qui ſic Aeneidos lib. 10.
*Canitiem immundo deformat puluere, & ambas*
Virg. *Ad cęlum tendit palmas, & corpore inhæret.* & 12.
*Deformare domum, & luctu miſcere Hymenęos.*
Sic Catullus. *Caniciem terra, atque infuſo puluere fędans.*
Cat. Val. Flac. Val. Flaccus 3. Argonaut.
*Illachrymat, multaque comas deformat harena.*
ad hæc, tibicines, & turba fremens: vnde illud Matthæi Euangel.
D. Matth. cap. 9. & cum veniſſet IESVS in domum Principis, & vidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem, dixit ad eos, recedite: non eſt enim mortua puella, ſed dormit. vbi notat Ludolphus de Saxonia de Vita Chriſti. diuerſas melodias, diuerſas excitare in homine paſ-
Lud. Sax. ſiones: aliquę. n. excitant audaciam, vt patet in tubis bellicis: aliquę deuotionem, vt patet in Canticis Eccleſiaſticis: aliquę lętitiam, ut patet in diuerſis muſicis inſtrumentis: aliquæ excitant fletum, & deuotam lamentationem, & talibus utebantur antiquitus in magnarum perſonarum exequijs, ut prouocaretur multitudo ad fletum, & luctum: Chriſtianis tamen non conuenit tales habere, quia non debent flere inconſolabiliter. choraules monumentarij: unde Antigenides apud Politianum in Lamia. ferebat parum a quo animo, quod monumentarij choraules tibicines dicerentur. Siticines
Ang. Pol. ſcriptum eſt in oratione M. Catonis, quæ inſcribitur, Nè Imperium



Digitized by Google

rium ſit veteri, vbi nouus venerit, ſiticines inquit, & liticines, & ti- M.Cat.
bicines. Sed Cęſelius vindex in cõmentarijs lectionum Antiquarũ-
ſcire quidem ſe ait liticines lituo cantare, & tibicines tuba: quid Cæſel.
iſtuc autem ſit, quod ſiticines cantant, homo ingenuæ veritatis ſci-
re ſeſe negat. Nos autem in Capitonis Attei coniectaneis inueni-
mus, ſiticines appellatos, qui apud ſitos canere ſoliti eſſent: hoc eſt
vita functos, & ſepultos: Eoſque habuiſſe proprium genus tubæ,
qua canerent à cæterorum tubicinum proprietate differens, quos
ſiciniſtas vulgus dicit, &c. Apud Aulum Gell. Noctium Atticarum
lib.2. cap.2. quid, ſi lætitiam dixero etiam paſſionem pro mortuis? Aul.Gel.
dixero inquam; exempla conferens: quod niſi ad amuſſim iſthæc
lætitia mortuis adaptetur, lætis ijs perſonis accommodabitur, quæ
præ falsò creditis mortuis, viſis illis exhilarantes continuò animas
emiſerunt. audiamus Val. Max. Memorabilium lib.9. ſic proloquẽ-
tem. Vix veriſimile eſt in eripiendo ſpiritu idem gaudium potuiſſe, Val. Max.
quod fulmen: & tamen idem valuit. Nunciata.n. clade, quæ ad la-
cum Thraſymenum inciderat, altera mater ſoſpiti filio ad ipſam
portam facta obuia, complexu eius expirauit, altera cum falſo mor-
tis filij nuncio mæſta domi ſederet, ad primum conſpectum redeũ-
tis exanimata eſt. Genus caſus inuſitatum, quas dolor non extinxe-
rat, lætitia conſumpſit. audiamus Erycium Puteanum huius
temporis ſcriptorem emunctæ naris, prælectoremque Moralium,
pridem Mediolani, mox Bononiæ, nunc Louanij, in eius Lipſiom- Eryc. Put.
nemate anniuerſario. ſ. Iuſti Lipſij V. C. Funebri annua lauda-
tione, ſic adſtruentem. Nam, quem nos vltimum vitæ diem voca-
mus, nouæ, & duraturæ Natalis eſt; ideoque non naſcentibus; ſed
denaſcentibus monumenta, & ſtatuæ ponuntur; & ſapientiſſimo
ritu olim Thraces hominum dies Natales luctu, & eiulatu: exe-
quias gaudio, & hilaritate proſecuti. Præterea veſtes pullæ, ni-
græ, anthracinos vocat Varro, quaſi carbonarias velit dicere: veſtes Varro.
viloſæ, atræ, luridę, longæ, caudatæ, cotoneatæ, Cyclades, ater ami- Cic.
ctus, pullatus, atratus. Cic in Vatin. Quis vnquam cœnauit atratus?
Saccus, & Saccium, vnde Pſ.35. Ego aũt, cum mihi moleſti eſſent, Dau.
induebar ſacco, & macerabã ieiunio animam meam. Pierius Valer. Pier.
Hierogl. lib.40. vbi de atratis. infulę, vittę, vela nigra, velamina,
ſtolæ, caputia, cuculli, bardocuculli, &c. peniculamenta. Nonius. Non.
Syrmata.

*Syrmata pulla trahens, quę ſic velamine longo*
*Flens adoperta caput, clamoribus æthera complet.* &c. Z.V.

Lu-

Ouid. Lugubria inquam, vnde Ouidius 11. Metamorph.

*Surge age, da lachrymas, lugubriaque indue: nec me*
*Indeploratum ſub inania tartara mitte.*

Cic. è contra autem apud Tullium 2. de legibus, quod ab initio capitis repoſui, Mulieres genas ne radunto, neuè leſſus funeris ergò habento; quibus ſane verbis ſignificatur lugubrem lamentationem, Læl. ſiue eiulationem, vt ait Lelius, in funeribus prohiberi. Quercus Gen. fletus Geneſis cap. 35. planctus Aegypti eiuſdem capite vltimo: quod integrum legas.

## *Inſcriptionum Synonima, &c. Cap. XXXIV.*

INſcriptio, Epitaphium, Epigrapha, Epicedium, Epithymbiũ, Epigramma, titulus, Elogium, Elegia, Elegeia, Elegidion, carmen elegum, cantiones, carmen, ſcriptura, Syngrapha, Chyrogra-Hierem. phum, ſchæda, memoria, threni, id eſt lamentationes, vt Hieremiæ: Quomodo ſedet ſola Ciuitas plena populo, &c. plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius, &c. monodia, olophyrmum, næniæ, hymni, oratio, funebris oratio, laus, honor, pompa, ſacrum, Encomium, Epiſodium quandoque, dictamen, ſeu potiùs dictatum, & thema, ſiue dicteriũ, ſynthema, nota, teſſera, quid ſcio? ſtemma etiam, vnde Martialis.

Mart. *Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.*

dicerem etiam, nec quidem importunè, aphoriſmus, ſiquidem eſt breuis, nec vulgaris ſententia. Laconiſmus, apophtegma, ſepulchra Cic. etiam, vnde Cicero, in ſepulchris ipſis legendis redeo in memoriã M. Fund. mortuorum, quæ iam inter phraſes poeticas M. Fundani. Licebit mihi huic capiti coronidem importare ex Cornelij Muſſi Epiſcopi Bituntini concione illa, quam fecit Romæ de morte Chriſtiana, anno 1542. inibi verſus finem: tametſi & alibi potuiſſem paſſum Corn. Muſſ. hunc, forſitan rationabilius, regiſtrare: nempe. Epitaphia haud quaquã indiſcriminatim fieri ſolita apud antiquos: ſed duntaxat viris illuſtribus, præſertim ijs, qui in bello pro patria vitam glorioſius effundebant; & in conficiendis ad tumulos ſtatuis erat diſcrimen; ſiquidem communiter fiebant ſtatuæ illius, atque erat viuẽs, non vltra: ſi modò ille erat Princeps, formabâtur & per dimidium maiores. Heroum autem ſtatuæ, ac ſimulacra, erant in duplo: illorum porrò, qui inter Deos computabantur, ſtruebantur maximæ: atque ideo propter immenſam vaſtitatem dicebantur coloſſi, ſed

legatur

Digitized by Google

legatur ibi per integram paginam, imò vſque ad finē: vbi plura circa defunctorum depoſitionem, & locos, & tumulos: & circa exequias, flores, corollas, nęnias, carmina, orationes: de illo verbo parentare, iuſta facere, peragere, perſoluere: et defectus maximi accuſabantur ij, qui mortuis non curauerant parentare, etc. vnde et Sextus Clodius inuehitur in T. Annium Milonem, qui P. Clodium occidit in via Appia, verbis illis, Tu cruentum cadauer eiecisti domo; tu in publicum eieciſti: tu ſpoliatum imaginibus, exequijs, pompa, laudatione, infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatis nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti, quæ inquam reſponſionis penè loco, verſus finem potiùs, quàm medium orationis reaſſumpſit his verbis Cicero. Nec verò non eadem ira Deorum hanc eius ſatellitibus iniecit amentiam, vt ſine imaginibus, ſine cantu, ſine ludis, ſine exequijs, ſine lamentis, ſine laudationibus, ſine funere, oblitus cruore, et luto, ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici ſolent, ambureretur etiā abiectus; non fuiſſe credo fas Clariſſimorum Virorum formas illi teterrimo parricidæ aliquid decoris afferre: neque vllo in loco potiùs mortem eius lacerari, quā in quo vita eſſet damnata. et Dauid Pſalm. 78 deplorat Tyrannorum, idolatrarumque crudelitatem his verbis. Poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cœli: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinē ipſorum tanquam aquam in circuitu Ieruſalem, et non erat, qui ſepeliret. Cic. Idem. Dauid.

## *In quibus themata hæc inſcribantur. Cap. XXXV.*

EPitaphia, neque non Elogia, et id genus, qualiacumque fuerint inſcribuntur, inciduntur, ſcalpuntur, aut imprimuntur, in millibus. in pariete, murouè dealbato, depicto, deaurato, etc. prętereà in ligno, tigno, trabe, aſſamentis, tabula, ſeu aſſere, etc. in hebeno, in Ebore, in Indice, vt plurimum grauiora: in ſaxo, Martialis ſupra. in petra marmorea cuiuſuis generis, quadrangula, pentagona, hexagona, ſeu plurium, ſeu trium etiam angulorum; laterumuè aut etiam rotundata; in columna, et in eius partibus, aut adiacentibus, de quibus apud Volaterranum philologiæ lib. 27. veluti in Epiſtylio, ſeu capitello, in ſcapo, ſuperiùs, inferiùs, ſeu ad medium: in ſpira, ſeu baſi: in ſtylobate, marmore ſcilicet ſubtus quadrato, etc. in incumba, quæ quidem eſt pars pilæ in fornicibus, cui onus ædificij incumbit. Budæus in Pandectis. columnarum ratio, inquit Mart. Volat. Bud.



Digitized by Google

Plin. Plinius, erat attolli ſupra cæteros mortales in paraſtatis etiam: hæ ſunt lapides illi, qui vtrumque oſtij latus muniunt: vnde Plinius lib. 33. c 3. et columnæ, et paraſtatæ victo Soſoſtre Aegypti rege, etc. et Vitruuius lib 5. in columna, aut paraſtata horę deſcribūtur: vbi Budæus notat legendum eſſe abſque coniunctione. ſ. in columna paraſtatica. in tibicinibus. ſ. in pilis, ſiue tignis, quibus ædificia inclinata, et alioqui ruitura, ſuſtinentur: vnde Iuuen. ſat. 3. Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. in antibus. i. quadratis columnis. Virgil.

Vitr.

Bud.

Virg.

*Iam canit extremis effœtus vnitor antes.*

In cippo, in pila, in orbe, ip. iæraue: in gradibus præterea, in mutulis, in proceribus, in fornice, in arcu, in teſtudine, in coronis, vulgò cornici: in ſepulchri ora, ſeu peripheria: in aliqua altaris parte, ad iconas, ad ſimulachra, ad ſtatuas, ad vota, ad cruces, in conca, in cratere, etc. in tabella lignea, ærea, Aenea, argentea, ſeu aliùs metalli, aut materiei, in bractea, in lamina, etc. in argilla, in lateribus cuiuſcumque generis, formæ, et coloris. in chartis, et paginis, in membranis, in palimpſeſto, in pictatio, in papyro: in cæra, in carbaſo, in tela, in telis, in tholis, et ferme dixero in talis. in armis veluti, in galea, caſſida, cono; cudone, buccula, etc. in thorace, lorica etc. in gladio, enſe, vagina, claua, harpe, clypeo.

*Ægida Palladia armatus, clypeoque coruſco*

*Acuta & harpe Mercuri.* Barth. Annulus in picta poeſ.

Bart. An.

Ouid. Ouid. 5 Metamor. *Vertit in hanc harpem madefactum cæde Meduſæ.* in machera, mucrone, acinace, ſariſſa, miſſile, ancile, pilo, dolone, iaculo, etc. in tuba, cornu, buccina, lituo, etc. in ſignis, inſignijs, vexillis, labaris: in ſagis, chlamydibus, paludamentis, et ſi quæ ſunt alia. in diademate, in oſſe, in caluaria, ſi lubet in bregmate, in teſta, etc. in Xerolopho, qui tumulus fuit Conſtantinopoli, habens cochleas ſedecim, et Dianę columnam ſtructilem, et tripodem: in quibus Epigrammata ſolent inſcribi. meminit huius tumuli Suidas, et Priſcianus, qui lib. 1. de accidentibus litterę, epigrammata quædam ſe legiſſe teſtatur Byzantij in Xerolopho in vetuſtiſſimo tumulo inſcripta.

Suid.

Priſc.

## *Templi Synonima, & Templi partes. Cap. XXXVI.*

ECcleſia, phanum, Templum, ædes, ædicula, ſacellum, ſacella, delubrum, henula, ſeu hanula. i. parua phana, baſilica, capella,

antes,

antes, pars pro toto, clauſtrum, capitulum, ſacrarium, ſanctuarium, ſeu potius ſanctarium ex Volaterrano. Plinius. 23. q. in Sanctarijs Mithridatis. Oratorium, lararium, litatorium mortuorum dormitorium, conditorium, periſtylium, cauædium, ſacer locus, campus ſacer, ſanctus, Sepio, ſepulchretum, cæmeterium, Aula, vnde Fortunatus noſter. Volat. Plin.

*Splendida marmoreis adtollitur Aula columnis.* Fortun.

*Et quia pura manent, gratia maior ineſt.*

Loquens de Eccleſia Pariſiaca, & vbi de Baptiſterio Maguntiæ, ſic.

*Ardua ſacrati Baptiſmatis Aula coruſcat:*

*Quo delicta Adæ Chriſtus in amne lauat.*

Domus etiam dicitur. vnde Iuuenalis ſat. 4. Iuuen.

*Ante Domum Veneris, quam dorica ſuſtinet Anchon.*

Serio autem Ioannes Euang. cap. 3. nempe ex Pſalmo 68. Dauid. S. Ioan. Dauid.

*Zelus domus tuæ comedit me. media teſtudine Templi.* Virg.

Virgil. 1. Aeneid. ſubintelligitur non ſemel, imò vt plurimùm, Templum. vt apud Horatium.

*Ventum erat ad Veſtæ, media iam parte diei, &c.* Hor.

Fauiſſæ, ſeu flauiſſę ex Gellio: vnde Actius ſyncerus in quadã Ode. A. Gell.

*Nec iam fauiſſas linquit, aut nigros manes.* Sanaz.

dicitur Templum ἱερον Græcè, vnde Euſebius lib. 9. Euang. prępar. Hieroſolyma appellari ait, quaſi Hieron Solomonis, hoc eſt, ædem Solomonis, à templo, quod Solomon Hieroſolymis magnificentiſſimum conſtruxit. Templi partes, &c. ex lib. 1 inſtructionum fabricæ Eccleſiaſticæ Sancti Caroli Borrhomæi præcipuè. Euſeb. Cæſ.

Situs, forma, area, platea: Templi gremium, pauimentum, ſolum, parieteſ, muriuè, atrium, lithoſtrotos, porticus, pilæ, pilaſtratæ, columnæ, &c. frontiſpicium: tigna, contignationes, aſſeres, lateres, vulgò tauelle, tauellato, mutuli, ferramenta, ferri inquam genera. Naues, fornices, incumbas, coronices, tholus, luminaria, tectum: quod ſanè poteſt eſſe diſpluuiatum, fornicatum, ſeu teſtudinatum, laqueatum, concameratum, armatouè opere &c. imbricibus, ſeu tegulis ſupertectum, ſiue plumbo, ære, alioue metallo: ſcandulis alicubi, aſſeribus. ſ. ex tegularum defectu, ſeu ne aggrauentur nimis, & præſertim infra montes, ad faciliùs deturbandas niues, his ſubiunguntur ſuggrundia, cannales, ſyphones, fiſtulę &c. Veſtibulum, portæ, ianuæ, oſtia, valuæ, fores, antes, limina, infera, & ſupera: feneſtrę, feneſtra orbicularis, oculus inquam ille magnus in fronte: feneſtellæ. Lumen præterea poteſt excipi ad capellæ, & Eccleſiæ vſum S. Car.



Digitized by Google

e tholo, ex vmbilico ſcilicet faſtigiatæ fornicis, lanternis vndique factis; feneſtrarum ornamenta, ſeu ſepimenta, vitra, cryſtalli, clathra, telæ, tabulæ, aſſereſuè: reticula ærea, ſeu ferrea, in capſis ſuis ex larice vt plurimum: & ſi quæ ſunt alia hic recenſenda. Scalæ, gradus, curricula, podia, &c. capella maior, ſeu baſilica decumana: minores capellæ, aræ, hinc, inde, altare maius, tot eius partes, icona in primis, gradus, ſuppedaneum, bradellam dicunt, menſa &c. chorus, ſedilia, ſubſellia, &c. tabernacula, clathra, cancelli, armariola cum feneſtellis in pariete ad reliquias, ad vrceolos reponendos, vaſa, & pixides, & loculos reliquiarum, Sacræ imagines, figuræ, picturæ, ſculpturæ, inciſuræ, parerga, campanulæ, tintinnabula; labrum aquæ benedictæ lampades, lampadaria: baptiſterium inſtructum. ciborium, menſula, columnarium, columnatum uè, conopeum: armarium ſacri criſmatis, vaſa, &c. ambones, ſuggeſtus, ſeu ſuggeſtum, & pulpitum: confeſſionale. Turris campanilis cum campanis, & nolis ſuis, & horologium in ea. Sepulchra, cæmeterium, oſſarium: locus vbi feretra, & cætera id generis aſſeruantur: & ſi quæ alia minutiora. Porrò Sacriſtia, ſeu ſacrarium, oratorium, adytus, vas aquarium, labrumuè, malluuium, armaria, armariola, capſulæ ductiles, loculi, veſtiarium, longuria funibus ductilibus, & trocleis appenſa, quibus ſacra indumenta exponuntur, extenduntur uè. libri, puluinaria, & cruces, calices, et thuribula, & hæc ſatis ſunto.

*Tumulorum defunctorumque poeticæ gratiæ, tum cæremoniæ, ornamenta, & parerga, &c. Cap. XXXVII.*

ROſæ, violæ, lilia, calthæ, hyacinthi, amaranti, amaracus, cariophilli, leucoia, violaria, pæoniæ, papaueris, malnarumque arboreſcentium magni purpurei flores polli phillos, tum & albi: alij inſuper flores varij pro tempore, & indiſcriminatim. thymbra,

*Thymbra tegit tumulos,* *Marmora thymbra tegit*: dixit Pontanus, & in Baiarũ Endecaſyl. *Sit tellus leuis, & perenni in vrna* Pontan.
*Non vnquam violæ, roſæque deſint.*

Porrò uerbenæ, hedera, apium, abſynthium, papauer, gelſominum, coronæ, corollæ, coronamenta, lemniſci, ſtrophia, ſerta ex uarijs floribus, & folijs, ſpica, lauendula, roreque marino. bracteæ, auricalchi folia, & fila micantia, atque in ſtellarum, roſarum, crucium, flammarum, aut alterius cuiuſpiam ſpeciem inciſa, hic, illic, ad capulum diſpoſita, ad lintea, ceraque alliſa: itemque parietariæ inhærentium

Digitized by Google

rentium foliorum parerga.alæ,puerulis præcipuè,ex auricalco,uul gò oro canterino,inſitæ,picturæ,claui,caſſides,Cęſaries,anuli &c. porrò laurus,myrthus,buxus,coſtum,populus. Virgil. 10. An. Virgil.

*Populeas inter frondes,vmbramque ſororum Dum canit.*

*Iubet ſepulchris caprificos erutas, iubet cupreſſus funebreis.*

Hor. in Canidiam. *Cupreſſus, cypreßus, palma, picea, pinus.* Hor.

Pontanus V. de ſtellis,ubi deſeipſo, in fine.

*Et myrtho tumulum ornate, atque incingite lauris:* Pont.

*Purpureamque adhibete roſam: atque effundite nardum.*

*Canentem* Dea, *frondentem Dea iunge & oliuam*, &c.

dixerat Lucanus, *Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus.* Vnde & Luc. Ditiſque cupreſſus Funereris teſtata comis altiſſima luctum, dixit Cler. Ven. in die Natali. Chr. Fi.

& Tax⁹ feralis eſt,unde dixit Ouid. *Eſt via decliuis funeſta nubila taxo.* Ouid. 4. in die Natali. *Tędæ, faces, myrrha, lachrimæ, ſtactæ.*

*Aut amaricini blandum, ſtactæque liquorem*, dixit Lucretius & Columella in ſuo carm. *Et melior ſtactæ ponatur Achaica myrrha.* Lucr. Colum. oleum,balanum,balſamum,anthericeum,vnguenta, cynama, aromata. Pręterea aromatum, & ſuffimentorum onere genus aditus cunctos optimis replebat odoribus:tædis præterea, & florum ſparſionibus honorabant,dixerat lib 4.ſuæ hyſtoriæ Herodianus. Salomon ſic in Canticis, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris,& vniuerſipulueri pigmentarij, nardus,amomum, crocus, ſeu crocum, thus, thurificatio,thymiama,olibanum, odores alij. Herod. Salom.

*Verbenaſque adole pingues, & maſcula thura.* Virgil. Virg.

Papinius in pſittaco Mel. *Aſſyrio cineres adolentur amomo,*

*Et tenues Arabum reſpirant germine plumæ,*

*Sicaniſque crocis.* & in Pileti Epicedio Stat.

*Odoriferos exhauſit flamma ſabęos,*

*Et cilicum meſſes: phariæque exempta volucri*

*Cinnama: & Aſſyrio manantes gramine ſuccos.*

Pontanus verò noſter; *Vrna crocum Dominę fundat: diſtillet amomum,* Pont.

*Ad tumulum: & cineri ſpica ciliſſa fluat.*

*Et ſonet accenſis ſpica ciliſſa focis.* Ouid. 1. faſt. Ouid.

ignes, odorati præcipuè, vnde Virgilius. Virg.

*Votaque thuricremos non irrita fundit in ignes.*

quarę acerræ,thuribula prunis,& miſtis odoribus referta,agitataq; audiamus Iouianum.

*Spargite aquam, date thura focis, lugubria ad aras*

Verba

Digitized by Google

*Verba ſonent, miſeris verba ferenda modis.*

Pont. *Triſtior & lemures cantus iuuat, & iuuat ipſa*
*Nęnia funereis emodulanda ſonis.*
*Pax vobis tenues vmbræ, requieſque ſepultis:*
*Sit dolor & nullus, nulluque cura ſitis.*
*Perpetuę ſint & noctes, ſomnique perennes,*
*O felix ſopor hic, qui venit ante diem.*
*Æternùm dormite, vmbrę, ęternùmque valete:*
*Sit ſopor ęternus, perpetuumque vale.*

Fort. noſter Fortunatus in quadam Elegia dixerat,

*Cynama, caltha, crocus, viola, roſa, lilia, cedant.* &c.

Finot. & Chriſtophorus Finotus prçclari ingenij vir in quodam eius epigrammate Serti ſui poetici, paucis iam annis impreſſi, ſic ſcriptum reliquit.

*Hic mixta calthis violę, narciſus anetho:*
*Et paradiſiacis lilia eburna roſis.*
*Hic crocus, hic apium, viuax hyacinthus, amomum,*
*Veris delicię, diuitięque ſoli.*

Franciſcus Maurus Hiſpellas Franciſciados lib. 8. ad initium, læta nihilominus canens, in hos verſus diuertit.

Fr. Mau. *Dulciſonos paſſim cantus, thiaſoſque dediſſes:*
*Nec ſacris pia thura focis, nec adorea deeſſent*
*Liba aris, laticumque ſapor: nec poſtibus altis*
*Florea Templorum, Pengaque ſerta negaſſes.*

Virg. addatur Virgilij carmen ex 2. Georg.

*Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.*

Leonel. Fauent. & ſi volumus, ſuper addamus, vſneam: de qua Leonellus Fauentinus in eius praxi med. vbi de nimia expurgatione muliebri, ait, Vſnea mortualis, creſcens ſuper caluaria defuncti, puluerata, & cum puluere cretæ rubræ, hæmatitis, & multorum tamaryndorum data, confeſtim ſiſtit fluorem fœmineum. Quali, quaſilli ad hæc, caniſtri, caniſtellæ, ciſtæ, calathi, &c. threni, cantus, næniæ, &c. Ludi præterea, luſus, curricula, certamina, ioci, ſoci, pompæ, blanditiæ, nequitiæ, nempè (ita ſumente Gellio) prodigus luxus, atque effuſio immodica pecuniarum. aſt vbi linquo arma, paludamenta, &c. inſignia, vexilla, ſigna, labara in Templis poſita nedum ad ſoluenda vota, ſed & ad ſepulchra virorum præluſtrium cohoneſtanda, de his Areoſtus cantico 40.

A. Gell.

Areoſt. *Me ne chiarir poile bandiere affatto,*

*Viſone*

Digitized by Google

*Viſione al Tempio il gran numero offerto*.

de his Torquatus in poſtremis lineis. Torq.

*E qui l'arme ſoſpende, e qui deuoto,*

*Il gran ſepolchro adora, e ſcioglie il voto*.

ad hæc, cineres, pulueres, vnde Horatius, Hor.

*Quamquam feſtinas, non eſt mora longa, licebit,*

*Iniecto ter puluere, curras*.

Eſcæ, epulæ, iuſtrationes, ſacrificia, hecatombæ, libationes, delibamenta, libamina, cænæ exequiales, cænæ ferales, vnde Iuuenalis Satira quinta. *Ponitur exigua feralis cęna patella*. Iuuen.

& clariùs Apuleius 4. Floridorum, dicens. Exclamauit, viuere hominem, procul ignes amolirentur, rogum demolirentur, cænam feralem à tumulo ad menſam deferrent, ſed inſcriptionem quæ Rauennę cernitur, hic ponamus. Apul.

OB MEMOriam Patris ſui Dec. VII. Collegij Fab. M.R. H. S.D.N. Liberalitate donauit, ſub hac conditione. Vt quotannis roſas ad Monumentum eius deferant, & ibi epulentur Duntaxit in V. I D. Iulias. Quod ſi neglexerint, Tunc ad VIII. Eiuſdem Collegij pertinere debebit Conditione ſupradicta.

ad hęc ſilicęnia, ſeu magis ſiliternia, dona, munera, eleemoſinæ, diſpenſationes, ſportulæ, quid vltra? reuertor ad cænam funeris, vt Perſij locum aggeram 6. Satyra: ſiquidem in funeribus delicioſam cænam apparare ſolebant antiqui: quæ ad rogum delata, cum ipſis corporibus cremabatur: &, vt inquit Donatus, in mortuorum ſolatium Dijs manibus infertur cæna, quæ ſilicernium appellatur, quod eã ſilentes cernant vmbræ, hoc eſt poſſideant: addo ex Calep. vel, quod, qui hæc inferunt, cernant, neque deguſtent. nam de ijs, quæ libantur inferis, quiſquis ederit, aut biberit, funeſtatur. addit, qui rectè ſentiunt, affirmant ſilicernium funebre conuiuium eſſe, quod apud veteres ſenibus exhiberi ſolebat: dictum, quod cum ſilentio edentes cernerentur: vel quòd cogitarent ſe mox illum ſecuturos: quapropter abeuntes à conuiuio, veluti ſe amplius non viſuri, mutuò ſe ſalutabant. Varro. funus executi, lautè ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium confecimus: id eſt conuiuium, in quo pranſi diſcedentes dicimus alijs alij. Vale. vnde Perſius auaritiam ſui temporis incuſans Sat. 6. dum dixiſſet diuiti. Perſ. Don. Calep. Varro. Perſ.

*Frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret*

*Cærulea in tabula*. Pro illo reſpondet ſequens,

*Sed cęnam funeris hęres*

Negligét

Perſ. *Negliget iratus, quòd rem curtaueris vrna:*
*Oſſa inodora dabit: ſeu ſpirent cinnama ſurdum,*
*Seu ceraſo peccent, caſię neſcire paratus.*

Iuuen. corpora enim mortuorum vngebantur, vnde Iuuenalis, & matutino ſudans Criſpinus amomo, Quantum uis redolent duo funera. Cic. decertatur quãdoque ad mortuorum buſta, vnde Cic. in Piſ. nominat buſtuarios, gladiatores, qui ante ſepulchra in honorem defuncti digladiãtur. reuertor ad penſum. nectar, ambroſia, epulum, mulſum, & cruſtum, &c. Cupidines adduntur, Veneres, decor, luſus, Pont. ioci, &c. Pontanus tumulorum 2.

*Quænam hic virgo iacet? cuius de funere mœrens*
*Fregit Amor pharetram, diſſecuitque genas?*
*Quis comes in tumulo eſt? luſus, Vereneſque, ioc ique.*
*Quis, tam dimiſſo qui madet ore?* Decor.

Et Venuſinus Flaccus, alia tamen de cauſa, in ode dixerat.

*Siue tu mauis Erycina ridens,*
Hor. *Quam circum Iocus volat, & Cupido.*

Idem Iouianus Pontanus, qui quidem mirabilis, ſi quis alius, in hoc epigrammatum genere per libros duos. ſ. Tumulorum: & in Erydano non ſemel, aut bis duntaxat, & tertiò; & in Lepidina ſua, & alibi paſſim: eodem ſecundo Tumulorũ libro hæc habet pręcipuè.

*Harmoſyne iacet hic, fractos quos aſpicis arcus,*
Pont. *Et ſparſos crines, atque ſine igne faces.*
*Arcus fregit Amor, charites ſparsère capillos,*
*Extinxitque ſuas ipſa Erycina faces.*
*Quæ tumulo increuit Laurus, myrthique, roſæque,*
*Pieridum è lachrymis nouerit eſſe ſatas.* &c.

Iacob. & Iacobonius pag. 93. alatos pueros in ſepulchro Cæſiæ inciſos notat. Cæterùm quid., quiſue conferre vetat duo eius farinæ Epitaphia mira nimis? quę ſanè memini me quondam in Maphęi Vegij poematibus lectitaſſe? nempe.

Maph. Veg. *Qui ſunt hi gemitus? charitum. quæ pompa? Camillę.*
*Vnde odor? huic cineri thura miniſtrat Amor.*
*Vnde Pyra? ex pharetra, quiſuè ardet in igne? lepores.*
*Quę ſatis ad lachrymas? quæ leget oſſa? Venus.*
*O' fatum infelix: quid prodeſt gloria formę?*
*Si faſtus hominum parua fauilla rapit?*

alterum verò Auræ, huic ęmulum, ſcilicet.

*Quę nam hęc pompa? Aurę, quis circum planctus? Amorum.*

Quæ

*Quę tam lugubri veſte adopertæ? Charis.* Idem.
*Unde rogus? fracti ſtruxère Cupidinis arcus,*
*Quis, ſimul indigno qui iacet igne?* Decor.
*Heu ſortem mirandam hominum, quò faſtus inanis?*
*Delicias aui tam breuis hora tulit.*

His duobus antiquis Dialogis tuis iuuat ſubnectere tertium nouum æmulum, qui eſt Finoti cler. ſom. in Roſari obitu adoleſcentis.

*Marmora quæ circum? Charites: quæ Spicula? Amoris:* Chriſt.
*Stemmata quæ? Charitum: qui puer adſtat? Amor.* Fin.
*Hic age cur? lacbrymant; quid porrò? funus Amantis:*
*Ecquis Amans? Puer eſt: hic odor vnde? Roſis;*
*An roſa de tumulo? roſa: ſed quo rore? Roſati;*
*Num iacet ille? iacet: quid loqueris? cecidit;*
*Heu lachrymæ, heu ſquallor: cur non accurris? Amoris*
*Et ſequeris lachrymas, & Charitum lachrymas?*

ad hæc porrò ver, æſtas, autumnus, hyems, & his ſymbolica elemẽta, &c. tabellæ, cantiones, odes, epodes, carmina varijs linguis, præſertim Itala, præſertim Cantica, Sonetti vulgo, Madrigali, Seſtine, Stanze, Ode, canzoni, &c. Collectiones Epigrammatum, &c.

*Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen.* Virg. Virg.

Trophæa, conopea, tentoria, baldachinia vulgò, aut catafalchi: thenſæ: de quibus Cicero de haruſpicum reſponſis. Te appello, Lentule, cuius Sacerdotij ſunt thenſæ, curricula, pręcentio, ludi, libationes, tæniæ, lemniſci: de quibus Iacobonius multa. ſuperaddamus mortes, præſertim mortuorum oſſea capita, oſſa varia, ſcheleton: depictæ mortes, hermę varij pariter apponuntur, de quib. poſt Marci Tullij, Plutarchi, Suidæ, relata teſtimonia Ambroſius Calepinus ſic ſcriptum reliquit. Solent autem hermæ præcipuè circum ſepulchra erigi; ad propagandum defunctorum memoriam, dicebat Cælius Rhodiginus antiquarum lectionum 9. cap. 43. ſtabant maiorum ſepulchra lineamentis aſtructa exquiſitiſſimis: non deerat columnarum copia, ſplendebãt cruſtationes, niteſcebant & ſigna, ac tabulæ: ſpectabantur ducti ære, aut marmore vultus artificio perelegãti. addãtur agalmata, ſigna. ſ. ſtatuæ, ſimulachra, imagines: collocabantur nempe maiorum imagines ordine in ligneis thecis, ſiue, vt Plinius appellat, armarijs, lib. 35. ſ. expreſſi cæra vultus ſingulis diſponebantur armarijs, vt eſſent imagines, quæ comitarentur gentilicia funera. Hæ imagines nil aliud fuerunt, quàm expreſſæ corporis effigies humerorum tenus, e cæra, vnde Iuuenalis.

Cic. — Iacob. p. 48. — Calep. — Cæl. Rh. — Plin. — Iuuen.



Digitized by Google

*Tota licet veteres exornent atria ceræ,* & Ouidius.

Ouid. *Vidimus ornatos cerata per atria, picta*

*Veste triumphales occubuiſſe ſenes.*

Vſus præcipuus earum imaginum vt in funere nobilium ferrentur Propertius, Prop. *Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa* & Silius Ital. libro decimo.

Sil. *Non coniux, natiuè aderant, non iuncta propinquo*

*Sanguine turba virum: aut celſis, de more, feretris*

*Præcedens priſca exe[illegible] mias decorabat imago.*

Hor. Horatius epod. ode 8. E[illegible] to beata, funus, atque imagines Ducant triūphales tuū. legere eſt a[illegible]ud Plin. lib. 25. c. 2. &c. vnum noto. Si quis turpi, & immani crimi[illegible]ne damnatus fuiſſet, damnari etiam, & frangi eius imagines ſolere, nec in exequijs ferri. Iuuenalis.

Iuuen. *Frangenda miſeram fune[illegible] ſtat imagine gentem.*

C. Tac. Tacitus lib. 11. Cotta Meſſal[illegible] nus, ne imago Libonis exequias poſte rorum comitaretur, cenſuit. [illegible] inciduntur præterea ad Monumenta quandoque claſſes, exercitus, [illegible] triumphi, captiui, &c. Patauij, Venetijs, Romæ, &c. Quin etiam [illegible]luto, Proſerpina. Libitina, Mars, Mercurius, Pallas, Hermathena, [illegible]uppiter, Delius, Diana, Veneres, &c. extat hoc pulchrum Paridis [illegible] cuiuſdam Epitaphium apud Martialem.

Mart. *Quiſquis Flamineam teris viato[illegible]r Noli nobile præterire marmor.*

*Vrbis deliciæ, ſaleſque Nili, Ars et gratia, luſus et voluptas,*

*Romani decus, & dolor Thea[illegible]tri, Atque omnes Veneres, cupidineſque*

*Hoc ſunt condita, q[illegible]o Paris, ſepulchro,*

Calep. ſolent autem Hermæ præcip[illegible]è circum ſepulchra erigi, ad propagandum defunctorum memo[illegible]riam. Calepinus. Nemeſis, quam & Rhamnuſiam, & Adraſtiam [illegible]dixerè quidam Fortunam ipſam,

*Eſt Dea, quam Nemeſim d[illegible]cunt, Dea magna, potenſque,*

Stat. *Quæ bona cœleſtum conceſſ[illegible] cuncta Deorum Poſſidet.* Statius 13. Charites, Muſæ, Aganippæ, A[illegible]on, Pieris, &c. tres Parcæ præcipuè, de quibus.

*Clotho tenet colum, Lache[illegible]ſis net, & Atropos occat.*

Virtutes variæ, præſertim Th[illegible]eologicæ, & Cardinales, Fides, ſpes, charitas, Iuſtitia, Temperantia [illegible], Prudentia, Fortitudo: quæ viſuntur marmoreæ ad Cenotaphium [illegible] magni illius Mercurij Buę, in D. Mariæ Maioris veneranda baſilica [illegible], ſecus noſtrū m Burchelatorum memorias. Charon præterea, na[illegible]uta, ac portitor inferorum.

Virg. *Terribili ſquallore Charon, cui plurima mento*

Canities

Digitized by Google

*Canities inculta iacet, &c.* Virg.

Triceps cerberus, inferorum cuſtos, de quo idemmet Maro.

*Cerberus hęc ingens latratu regna trifauci*
*Perſonat, aduerſo recubans immanis in antro.* Idem.

Inferorum item numina Minos, Eacus, Radamantus: furiæ, Aleto Tiſiphones, Megera: inferorum flumina, Styx, Acheron, lethe, Cocytus, cum phlegetonte, vnde Gregorius Oldoinus in quodam ex impreſſis Epigrammate ſic dicebat.

*Cur matrum Clotho crudelis ab vbere natos* Gre. Old.
*Abſtrahis? in ſtygios deijcis atra lacus?*
*Impia cur Clotho lugentes cogis, & vrges?*
*In cymbam cani calce Charontis agis?*
*Infantes, immane nephas, Acheronta videre,*
*Cocytum, lethen, ac phlegetonta trucem.*

Orcus denique, regna ſilentia, campi Elyſij, quid tandem ſcio? iuuat ſupremi Poetæ carmina aliquot, non parùm ad rem noſtram facientia, hic regiſtrare: quicquid Momus dixerit.

*At Regina Pyra penetrali in ſede ſub auras* Virg.
*Erecta ingenti, tędis, atque ilice ſecta,*
*Intenditque locum ſertis: & fronde coronat*
*Funerea: ſuper exuuias, enſemque relictum,*
*Effigiemque thoro locat, haud ignara futuri,*
*Stant arę circum: & crines effuſa ſacerdos.*
*Tercentum ſonat ore* Deos: *Erebumque, chaoſque*
*Tergeminamque* Hecatem: *tria Virginis ora Dianę,* &c.

nec iſtud poetæ nobilis Epigramma mellifluum prætermittam.

*Aſſyrios tumulos non hic ſibi poſcit honores,*
*Florida non multo preſſa caniſtra croco.* E. G.
*Ipſa etenim raros ſpirant hęc oſſa liquores,*
*Vrnaque perpetuo vere beata nitet.*
*Fleuit Amor, męſtę charites, & cynthia fleuit:*
*Pulchra venus molles ſubſecuitque comas.*

quæſo & Marini recentioris Poetæ Itali lepidiſſimi tria vulgaria carmina iuſta coronide ſubnectamus.

*Come di caltha, e caſia, e lauro, e mirto,* Mar.
*Come di roſe, di viole, e come*
*Funeſtamente di mia man l'adorno.*

quæ in Latini hominis gratiam ſic conuerto.

*Vt caltha, & caſia, & lauro, myrthoque ſepulchrum,*



Digitized by Google

*Vtque roſis, violiſque manu funeſtiùs orno.*

Virg. Virg. de obitu Mecęnatis Hic tibi coryciū, caſias hic donat olētes.

Iacobus Potitius in quadam eius Elegia in obitu Camillæ Roccanobilis Comicæ Confidentium ſub Deliæ nomine, in collectitijs laudibus hoc anno 1613. Venetijs publicatis ita colligit.

Iac. Pot.

*Vos genus Aſſyrium nitidis date amoma capillis,*
*Hic Vallis Syriæ Balſama odora trahat.*
*Dent Præneſtini Bulbos campi, vrbſque Pelaſga,*
*Hic Peſtuſque ſuas mittat ab vrbe roſas.*
*Eous capiti coſtum det, & ida cupreſſos,*
*Narciſſos Lycius, cinama cingat Arabs.*
*Gallia candidulos mittat, Thermaque Hyacinthos.*
*Cizicus hinc irim mittat odoriferam.*
*Memnonis Vrbs nigri Vernantia Lilia ſubdat,*
*Myrthifera hùc myrthum Sparta refunde tuam.*
*Nardum dent Perſa, Hanc perfundat & India Nardo,*
*Quicquid odoratus Thuris Idaſpes habet.*
*Quicquid odoriferis ſpirat Pancaia campis,*
*Exornet tantæ funera longa Deæ.*
*Aſt ego, cum nihil Aſſyrij ſit odoris, & Indi,*
*Denatam mœſto carmine ad aſtra feram.*

Quæ ſanè ex Cornucopiæ Textoris compendio, eleganti phraſi poetica, vt video, ſunt tranſlata. addo quinetiam (quod vix exciderat) appingi, ſculpique plurimi generis animalia, & varia Hieroglyphica in monumentis, Leones, Aquilas, Gryphes, ſeu Griphos, Gallos, Gallinas, teſtudines, Olores, Cornices, laruas, &c. vide Iacobonium, ſed Fonteium priùs: affigitur Cor præcipuè, ad excitandum ex hoc ſpectaculo ad cordolium, ad lachrimas, ad parentalia, ſuperſtites, amicos, ac conſanguineos defunctorum. Cum nihilominus dicat Iulius Iacobonius, de Priſca Cæſiorum gente cap. 16. huiuſmodi cordis imagine qui ſepulchra ſtatuebant, eos, quibus monumentum conſtructum eſſet, ſinceros, puros, veridicos, rectè conſulentes, dum ij viuerent, fuiſſe: vel ſe ex corde, vereque illis parentare, iuſtaque peragere, oſtendere voluiſſe: ſiue etiam illo cordis ſymbolo ſignificaſſe vita perfunctum adeo illis fuiſſe iacturæ, vt illius obitu animam ſibi omnino è corde diuulſam ſentirent, aſt vbi linquo paſſeres, & ciconias? notat accuratiſſimus Iacobonius capit. ſubſequenti in pulcherrimo Benigni Nannei Cæſiani marmore delineatas eſſe Laurus, ſerta, boum bregmata duo, plures auiculas,

Font. & Iacob.

Id. Iac.

Idem.

Digitized by Google

auiculas, & ciconias duas exciſas, vt apparet, affabrè quidem. vbi per ciconias parentum, & liberorum reciprocam pietatem ſignari: & per auiculas, quas paſſeres eſſe intelligit, ſic ait Iulius, Paſſeres exiſtimo ad anguſtiſſimæ, breuiſſimæque vitæ imaginem exprimendam expoſitas: Cum paſſeres eo breui vitæ ſpacio, perhibeantur, vt anni ijdem curriculum non prætereant: cuius rei cauſam ſalacitatem ferunt: ſunt.n. paſſeres libidinis incontinentiſſimi. & cum nemini ſit præcluſa philoſophandi via, adderem ego ob id præcipuè incontinentiſſima huiuſmodi animalcula in ſepulchris exponi, ac effigiari, ad potiſſimam noſtrûm, homunculorum inquam (quemadmodum dicebar Sulpitius Ciceroni) vitæ breuitatis cauſam præmonſtrandam: quando quidem plerique hominum, cum propria, tum parentum incontinentia, vel morboſam, vel breuem traducant vitam, & plurimi de ventre tranferantur ad tumulum; ſed rem iſtiuſmodi nobiliori alite, quin & ſublimi, atque vnica decoremus. Phænicem, fælicem, ac perpetuam auem in optimi cuiuſdam viri ſepulchrum inciſam eſſe mihi relatum eſt: quod quidē optimo iure factum fuiſſe nulli dubium, cum iſtud ſit ſingularitatis, atque excellentiæ ſymbolum ſingulare perinde, vt conueniens cū funere, & ſepultura. Eſt lectu dignum quod præcinit de Phænice Ouidius 15. Metamorph. Iacob. Seru. Sulp.

*Una eſt, quæ reparet, ſeque ipſa reſeminet ales,* Ouid.
*Aſſyrij Phænica vocant, non fruge, nec herbis,*
*Sed thuris lacbrimis, & ſucco viuit amomi*
*Hæc vbi quinque ſuæ compleuit ſæcula vitæ*
*Ilicis in ramis, tremulaque cacumine palmę*
*Vnguibus, ac puro nidum ſibi conſtruit ore.*
*Quo ſimul ac caſias, & nardi lenis ariſtas,*
*Quaſſaq; cum fulua ſubſtrauit cynnama myrrha,*
*Se ſuper imponit, finitque in odoribus æuum.*
*Inde ferunt totidem quę viuere debeat annos*
*Corpore de primo volucrem phænica renaſci.*

nec iniucundum, quod cecinit Lactantius Firmianus longa Elegeia de phænice. præſertim vbi ait.

*Hoc nemus, hos lucos, auis incolit vnica phęnix.* Lactan. Firm.
*Vnica, ſed viuit morte refecta ſua.* atque vbi
*Conſtruit inde ſibi ſeu nidum, ſiue ſepulchrum,*
*Nam perit, vt viuat: ſe tamen ipſa creat.* & iuxta finem.
*Mors illi venus eſt, ſola eſt in morte voluptas:*



Digitized by Google

*Vt poſſit naſci, hęc appetit ante mori.*

De Phęnice Dantes noſter aliquando.

Dantes. *Coſì per li gran ſaui ſi confeſſa,*
*Che la Fenice more, & poi rinaſce,*
*Quando al cinquecento anno ſi appreſſa.*
*Herba, ne biada in ſua vita non paſce,*
*Ma ſol d'incenſo, ò lachrime, & amomo.*
*Et nardo, e mirrha ſon le vltime faſce.*

Et, vt cum priſco hetruſcorum parente recentem iungam, quatuor verſus percelebris Torquati ponam Cantus 17. ſcil.

T. Taſſ. *Oue naſcon gl'incenſi, e gli altri odori;*
*Oue rinaſce l'immortal Fenice;*
*Che tra i fiori odoriferi, ch'aduna,*
*A l'eſſequie, à i natali: ha tomba, ha cuna.*

Pier. Cuius quidem hiſtoriam alitis ſcire cupiens, legat apud Valerianum lib. 20. vbi INSTAVRATIO. illud denique de phænice adnotandum ſuccurrit, quod in picta poeſi depictum, ac deſcriptum vidi, vbi VNIVS DEI AETERNITAS. verſus ſunt nobiles. alluſio nobiliſſima, diuina concluſio, verè immortalis, nec iſtud his adiecisſe fuerit certè vacantis operæ.

*Innumerabilium ſeclorum millia fertur*
*Viuere Arabs Phœnix vnica ſemper auis.*
*Ex ſe ipſa naſcens, ex ſe reparabilis ales,*
*Quæ exoriens moritur: quæ moriens oritur.*
Picta P. *Nam dum deficiens ſolis ſe torruit igni:*
*Naſcitur è flammis mox rediuiua ſuis.*
*Credimus? An vanum reputamus quod peregrina*
*Dicere libertas, audet in hyſtoria?*
*Credim⁹. Et certè eſt volucris ſub imagine, viuens:*
*Æternum Phęnix vnicus ipſe Deus.*
*A ſe principium capiens reſolutus, & in ſe,*
*Semper & exoriens luminis igne ſui.*

Porrò & inſtrumenta varia inſculpuntur in monumentis, vaſa varia, varia inſignia, inuenta varia, quid iam ſcio? Alciatus in Emblematibus ſub Abſtinentiæ titulo, poſuit vrceum, malluuium, & gauſape in arca ſepulchrali, hoc tetraſticho.

*Marmoreæ in tumulis vna ſtat parte columnę*
*Vrceus, ex alia cernere malluuium eſt.*
And. Alc. *Iusſ hęc forma monet dictum ſine ſordibus eſſe,*



Digitized by Google

*Defunctum puras atque habuiſſe manus.*

argenteo polubro, & aureo gutto, dixit Liuius Andron. apud Nonium. Horatius contra, Vilis cum patera guttus campana ſupellex: & Fabius pictor, pollubrum ſiniſtra manu teneto, dextra vas cũ aqua. ponuntur & conti ſignis, præmijs, & geſtaminibus militaribus inſtructi, &c. vt apud Pierium, hieroglyph. lib. 2. at vbi linquo delphynes, & Gorgonis ora? Alciati Emblema, amabò, contemplemur, in mortem præpoperam. Liu. Andr. Hor. Fab. Pic. Pier. Val.

*Qui teneras formaalexit, torſitque puellas,*
*Pulchrior & tota nobilis vrbe puer,*
*Occidit ante diem, nulli mage flendus, Ariſti,*
*Quàm tibi, cui caſto iunctus amore fuit.*
*Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris*
*Aſtruis, & querulis vocibus aſtra feris.*
*Me ſine abis dilecte! neque amplius ibimus vnà*
*Nec mecum in ſtudijs ocia grata teres?*
*Sed te terra teget, ſed fati, Gorgonis ora,*
*Delphyneſque tui ſigna dolenda dabunt.* Alciat.

Ponuntur & cymbæ ad tumulos, nedum in portitoris Charontis gratiam, verùm magis vt innouetur memoria Cymbæ illius, quæ apud Aegyptios dicebatur Baris, qua inquam cadauera vectabant ad ſepulturam: quemadmodum cernimus Venetijs Hebræos in magna cymba, quam Barim dicas, ſuorum cadauera vehere ad littus ad inhumandum. de Bari hæc Propert. lib. 3. Propert.

*Baridos & contis roſtra liburna ſequi.*

Cæterùm magis ſeria, ac admiranda vltimò referamus; quòd. ſ. & ſplendores, & odoramenta alia, & Angeli, Sanctorumque cætus ſpirituum, mortuos, defunctorumque exequias fuerint comitati; quod ſanè in vitis Patrum, ac beatorum catalogis paſſim legimus regiſtratum; nobilius autem legimus in ſpeculo Morali totius ſcripturæ ſacræ ad finem libri, vbi de Aſſumptione B. Mariæ verba hæc, quæ refero. Ad cuius profectò exequias, quantum fas eſt credere, Angeli, & vniuerſæ cælorum congratulabantur Curiæ: nec mirũ: quia honor maternus eius eſt, qui natus eſt ex ea; legimus ergo ſępe ad funera, & ad ſepulturas quorumlibet Sanctorum Angelos adueniſſe, & exequijs eorum obſequia præſtitiſſe: nec non & animas eorum vſque ad Cælum cũ hymnis, & canticis detuliſſe: vbi & vtriuſque ſexus chori connumerantur frequenter auditi laudes ceciniſſe interea &, quod perſpicatius eſt, multo nonnunquam lumine Vit. Pat. Io. Vital.

eoſdem

Digitized by Google

eoſdem reſplenduiſſe; inſuper & adhuc viuentes in carne ibidem miri odoris fragrantiam diutiùs perſenſiſſe. poſtremum omnium videre eſt exequias IESVCHRISTI Domini, & Aſſertoris noſtri planctu Mariæ Virginis Matris mæſtiſſimæ celebratas, Felici Calamo D. Angeli Grilli Monaci Caſſinatis Abbatis digniſſimi, quas typis dedit iam quinque ante hunc annos, Muſa Italica Choros continuè deducente. nec reticendus eſt libellus ille ſummo artificio, atque elegantia efformatus anno vndecimo huius ſæculi, Bergomatibus typis expoſitus, cuius hic titulus.

Ang. Gril.

Il Mortorio di Chriſto. Tragedia Spirituale del R. P. F. Bonauentura Morone da Taranto, Minor oſſeruante de' Reformati. Conſacrato alla Santiſſima Vergine Madre di Dio. Sed iam denique ad promiſſum opus, quæſo, dicet aliquis, tandem propiùs, imò abſque aliquo interuallo ſeriùs accedamus.

Bonau. Mor.

*Si nimius videor, ſeraque coronide longus*
*Eſſe liber, legito pauca, libellus ero.*




Digitized by Google

**Mortis Epilogus. Mortui ſcilicet Hominis conſequentia.**

Alia alijs

- Bona
  - Gratia Dei
  - Bonum nomen
  - Aemulatio
  - Exequiæ / Orationes / Anniuerſaria / &c.
  - Sepultura in loco ſacro.
  - Neniæ.
  - Encomia.
- Mala
  - Ira Dei.
  - Malum nomen.
  - Execratio.
  - Diræ.
  - Carentia ſepulturæ.
  - Sepultura in loco profano, in Mari, &c.
  - Suſpendium.
  - Decollatio, &c.
- Neutra
  - Luctus, planctus, &c.
  - Funera, & funebria omnia.
  - Variarum gentium ritus in humandis mortuis.
  - Inſcriptiones, epitaphia, &c.
  - Marmora, ſtatuę, arcus, vexilla, & cæt.
  - Cæremoniæ, ornamenta, & parerga.



*Quæ poteſt eſſe in vita iucunditas, cum dies, & noctes cogitandum ſit, iam iam eſſe moriendum?* Cic.

Immortalia, æterna homo volutat animo: & in Nepotes, pronepoteſque diſponit: cum interim longa conantem eum mors opprimit: & hoc, quod ſenectus vocatur, pauci ſunt circuitus annorum. Sen.

Nihil eſt præcipuè cuiquã dolendũ in eo, qđ accidat vniuerſis. Cic.

Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo eſt aliquid extremum. Idem.



Digitized by Google

Si fatum in his libris non ſemel nominauero, fortunam, aut ſortem, atque alia huiuſmodi, id quidem non ex profeſſo, ſed vt plurimum in referēdis Auctorum dictis, ne mancus videar, dictum eſto: non etenim de his quicquam ſentio, quòd ſit a ſacroſanctæ fidei noſtræ dogmatibus alienum.

Sique itidem haud ſemel in opere ſacras auctoritates attulero profanis adductis conſonas, id factum eſto, non quidem vt miſceantur ſacra profanis prout dici ſolet, ſed vt alicuius ſententiæ veritas roboretur; veritas etenim, à quocunque dicatur, ſemper eſt eadem: quod optimè probat Mutius Panſa Pinnenſis in aureo eius libro, cui titulus, De oſculo ethnicæ, & Chriſtianæ philoſophiæ, Teati impreſſo, anno D. 1601. D.D. Superiorum permiſſu.

Mut. Panſa.

Ieſu Chriſto Domino Dei Patris filio homini Deo Mundi totius Conditori, & Reparatori potentiſſimo ſapientiſſimo ab ipſomet Auctore Mutio dedicato.




*Anchora, NE MERGAR, iacta eſt vtrinque: ſalutem*
*Spero: ita me docuit pagina ſacra, fides.*

# SACROSANCTIS TARVISII FAVTORIBVS.

## BARTHOLOMÆI BVRCHELATI *Phyſici Apoſtrophe.*

SANCTI Dei omnes, qui Taruiſinam Rempublicam Chriſto Patris omnipotentis filio primis illis temporibus reparaſtis: qui admirandis apparitionibus eam ab inimicorum inuaſionibus, ac inſidijs ſæpe, ac ſæpius tutati fuiſtis: qui miris miraculis per Dei gratiam exhibitis incolas veſtros, ac peregrinos erexiſtis, direxiſtis, ſanaſtis, liberaſtis, locupletaſtis: quique hic tandem proprias omni ſæculo venerandas reliquias in noſtri omnium beneficium, decuſque præcipuum, deponere, ac perpetuò relinquere voluiſtis: eia, agite, Patres noſtri, indigetes, præſtites, ac tutelares, vt, quemadmodum in ante acta iam ſupra tricennium peſtilentia finitimas Ciuitates, Caſtraque omnia, & pagos proximos miſerè deuaſtante, veſtrûm pijs interceſſionibus, præeuntibus illis B. Mariæ Virginis Matris, quam ex animo colimus, coluerunt que Patres noſtri, indubiè credimus hanc Ciuitatem veſtram illæſam penitus permanſiſſe: itidem ſedulò vobis in illis perſeuerantibus, ab imminentibus infortunijs, atque à malis iugiter emergentibus per miſericordiæ Redemptoris noſtri viſcera perpetuò liberemur.

De his admodum propriè pro nobis videtur dixiſſe in Faſtis Ouidius. *Præſtant oculis omnia tuta ſuis.* Ouid.

*Stant quoque pro nobis, & præſunt mænibus Vrbis:*
*Et ſunt præſentes, auxiliumque ferunt.*

de ſummo autem Deo poterat illemet dicere voluiſſe,

*Sæpe Iouem vidi, cum iam ſua mittere vellet*
*Fulmina: thure dato ſuſtinuiſſe manum.*

Quod nos dixerimus de vero Ioue, qui ſemper iuuat, de Deo inquã optimo maximo, qui cælum, & terram implet, qui ſuauiter cuncta disponit, regit, ac moderatur, quem ſanè Patronis his noſtris, ac fautoribus ſedulò in oratione perſeuerantibus, nos Ciues cuncti, ſa-

crificijs ac oblationibus interim inſiſtentes, vtinam propitium continuè ſentiamus: quippe qui *Flectitur iratus. voce rogante Deus.* ad quem ſic ego *Da pater, Auguſtam menti conſcendere ſedem:*

Ex Boet.

*Da fontem luſtrare boni, da luce reperta*
*In te conſpicuos animi defigere viſus.*
*Diſice terrenæ nebulas, & pondera molis,*
*Atque tuo ſplendore mica: tu namque ſerenum,*
*Tu requies tranquilla pijs, te cernere finis,*
*Principium, vector, dux, ſemita, terminus idem.*

Sanctorum, ac Beatorum Elogia, atque memoriæ,
Ad D. Petri Templum Cathedrale. infra Canonica.
SACELLVM DEDICATVM BEATO PROSDOCIMO
QVI AD CHRISTI FIDEM
POPVLVM TARVISINVM CONVERTIT.

Hic quidam hæſitat aſſerens, & cur Taruiſini impenſa adeo humili venerantur hunc Sanctum, hunc tantum Patrem? & non potiùs illi Templum erexerint, illi inquam, qui eos, eorumque poſteros de faucibus orci ad ſedes ſuperas euocaſſet? huic reſpódetur, quòd nunquam auſi ſunt Taruiſini, hanc capellam, quamuis paruulam, alterare, ob antiquitatis, religioniſque reuerentiam: quippe quæ fuerat ab ipſomet Sancto Pontifice primitus conſecrata: & in qua rem diuinam faciebat, dum Taruiſij diſtineretur in conſtruendo maiori Templo, quod Beato Petro Apoſtolo tunc Romæ defuncto (ſibi per reuelationem tradito) nuncupauit: contenti illam reficere, fulcireque collabantem, vnde intus ſic ſcriptum eſt.

FVIT RESTAVRATVM HOC SACELLVM
Anno Dom. MDLXXX. Menſe Nou.

B. Scard. Porrò de B. Proſdocimo, quod ad hyſtoriam pertinet, ſubeſt dicere illud, quod ſcriptum reliquit Scardeonius lib. 2. claſſe 6. à principio, nempe, Aedificauit tunc Pataüij B. Proſdocimus baſilicam S. Sophiæ, ad Ieſuchriſti gloriam: qui Dei ſapientia eſt: in qua ſacerdotes ad rem diuinam faciendam complures inſtituit; inde pertranſiens admirabili felicitati hoc idem fecit Aſili, Feltriæ, Belluni, Concordiæ, Opitergij, Taruiſij, Acceli, Atheſte, Vincentiæ, & in alijs vicis, & oppidis circumiacentibus. Atqui tandem ſenio confectus ętatis ſuæ vltra XIV. & C. Annum progreſſus, 8. id. Nouemb. obdormiuit

uit in Domino. Vixit in Epiſcopatu An. XIV. & menſes V. dies XV. Corpus autem eius iacet Patauij in Baſilica D. Iuſtinæ in arcula marmorea ſub terram defoſſa, in ſacello, ab Opilio Patricio in honorem ſepulturæ eius extructo, quod extat.

---

Eſt ſubtus choro, atque ampliori baſilica per gradus aliquot inferiùs delubrum teſtudinatum, nuncupatum D. Liberali. Id ad Sancti arcam ex rubro marmore.

HIC TEGITVR SANCTI LIBERALIS NOBILE CORPVS,
QVI TARVISINAM PROTEXIT AB HOSTIBVS VRBEM.
SEMPER QVISQVE SVAS NON CESSET PROMERE LAVDES.
MCCCCIII. DE MENSE SEPTEMBRIS COMPLETA FVIT PRAESENS ARCHA.



*LIBERet iſte mALIS Sanctus, qui LIBER, & ALIS*
*Det me munitum tollere ad aſtra citum.*

Ibi non longè in marmorea tabula altiori adamuſſim elaborata, litteris quippe maioribus, id conſtat exciſum Elogium.



Digitized by Google

D. C.

LIBERALI ALTINATI EQVITI TAR. PATR. BENEMERENTI. CVIVS DVCT. Auſpicijſque ſexcenti ex Arian. Perſidia, Dum. CHR. Prædicaret Diuo infeſtiſſimi Altinum colentes, ſub fidem Chriſtianam Pont. Heliodoro redact. PRAND. Imperatoris ANTER. Nepos valetudine graui receptus. Cæci, aridi, Claudi, hydropici, paralitici cxx. Equitis oratione, dum carcere vinctus ab Idolatris teneretur à languoribus erepti.

CIVITAS TAR. AB HOSTIVM IMPETV PROTECTA ANTIST. POP. Q.

Quis Hominum hoc negaſſet immortali Patrono? cui mortali ſeruo vigilijs, & orationibus ſine cibo, potuque ſingulos dies præter Dominicos: in quibus EVCHARISTIAE Myſterium ſumebat, argenti, & ampliſs. Patrimonium Deſiderio eſſe, pauperibus impatienti CHR. DEVS non ſe videndum negauit.

L. V. F.

M CCCC L XXV.

---

Inibi ſuper fonte nunquam deficiente

FONS SANCTI LIBERALIS.

---

In Rectorum Vrbis Prætorio ad ſcalarum arcum, ſub eiuſdem Sancti mamorea ſtatua cum vexillo.

PATRIAE PROTECTORI.

---

Superius ad aram maximam ſub ſingulis marmoreis ſignis, vbi quieſcunt corpora trium ſanctorum Martyrum, Epiſcopi. ſ. Diaconi, & Subdiaconi.

THABRA MARTYR. THEONISTVS MARTYR.
THABRATA MARTYR.

---

In ſiniſtro autem ſacræ huius arcæ marmoreæ exculptę, effigiatæ, deauratæque cornu, in Indice lapide hoc extat aureis litteris exaratum Elogium.

THEONISTO, THABRAE, ET THABRATAE MARTYRIB. IOANNES VTINENSIS ARCHIEPISCOPVS THEBANVS, ET TARVISII ANTISTES DE SVA PECVNIA T. F. I. M. D. V I.

Ad

Ad capellam clathratam in arca marmorea in aræ titulum.

RELIQVIAE SANCTORVM CONFESSORVM, ATQVE EPISCOPORVM. FLORENTII, ET VINDEMIALIS.

Horum porrò Sanctorum marmoreas ſtatuas affabrè figuratas videre eſt ad parietes Templi D. Ioannis Bapt. iuxta Cathedralis iſtius Eccleſiæ cæmeterium, vbi S. Florentius Lilium manu tenet, S. Vindemialis autem Botrionem.

Ad aram æquè, ac arcam marmoream affabrè factam, eodem inquam in Templo Cath. vbi quieſcit corpus, & viſuntur ſanguis, & tunicæ, quædam pariter deuotionis ſigna, atque humilitatis Beati Henrici noſtri plurimis miraculis ſatis cogniti: cum nullum comperiatur Elogium: ne tanti viri, quin ſancti Hominis memoria deliteſcat, quæ exaraui carmina, dum aliunde eò, vbi nunc reſidet, in delubro, arca trans ferebatur, hic reponere non erubui.

*Henrici ſteterat corpus ſublime Beati*
*Quattuor effultum dudum mira arte columnis,*
*Ad Templi medium Cathedralis: quæ loca primũ*
*Conſtituère Patres: dum vir bonus iſte peracta*
*Vita hac mortali lætus ſuper aſtra volaſſet;*
*Ex quo bis centum tranſacti, et ſeptuaginta*
*Anni, menſe minùs ſexto: cum Præſul honore*
*Maiori cupiens Sanctum venerarier, arcam*
*Tranſtulit in titulum, proprium ſtatuitq; ſacellum,*
*Aram conſtituens ſacram: quæ maxima ſemper*
*Dicetur nobis, & erit quæ maxima ſemper:*
*Quandoquidem cunctos Henricus Relligione,*
*Et pietate, fide & meritis maioribus vnus:*
*Vſque adeo vt viuens, moriens, miracula multa*
*Ediderit: magis atque magis poſt funera, præſtans*
*Semper opem miſeris ſeſe implorantibus: vnde*
*Languentes ſurrexerunt, aridique mearunt,*
*Viderunt cæci: correpti & dæmone prorſus*
*Liberi erant: veluti chartæ memorantur auitæ.*
*Hunc pia gens ſupplex ſanctum de more ſalutet,*

Atque

Digitized by Google

*Atque preces fundat: quis excitus ipſe Beatus*
*Henricus, ſancto liberali, Proſdocimoque*
*Iunctus, cumque alijs venerandis Urbis amicis*
*Adiuuet ante Deum, proprias, noſtraſque profundens*
*Ritè preces: cunctiſque malis nos ſubleuet ægros.*

Ad Beati Viri terreſtre cubiculum anguſtum valde, nec opacum minùs: infra ædes Ioannis Bonifacij I. C. alias Nobilium de Martignago: ſupra oſtiolum antiquæ notæ vix legibiles.

EXTREMVS BEATI CONFESSORIS HENRICI BOLZANENSIS
SANCTAE VITAE SVAE LOCVS.
VNDE DIE X IVNII MCCCXV. OMNIBVS TARVISINIS
SVAPTE PVLSANTIBVS CAMPANIS.
DEO IVBENTE AETERNA PETIIT.
CVIVS INNVMERA STVPENDA MIRACVLA
TARVISIVM PRAECLARE' ILLVSTRARVNT.

---

Tanti Beati viri vitam ſanctiſſimã recèns publicauit materna lingua Nicolaus Maurus Tar. Legum Doctor. Qui non multum antea Sancti Liberalis Protectoris noſtri vitam pariter hac eadem lingua Itala publicarat.

---

Non longè ab ara Sanctiſſimæ Euchariſtiæ in Reclinatorio cum ſtructura anaglypha ſatis inſigni.

HIC REPOSITA EST
SPINA CORONAE D. N. IESV CHRISTI,
CVM MVLTIS BEATORVM RELIQVIIS.

---

In hoc Templo præterea ſunt Sanctorum puerulorum Innocentium Reliquiæ, veluti & ad D. Catherinæ, vbi præcipuè inuiſitur, ac religiosè colitur vnus integer, vbi poſtremò ad ferreos Clathros R. Patres illi ſic inſcripſerunt;

SANCTORVM INNOCENTIVM PVER INTEGER
HIC QVIESCIT.

---

Ad altare Sacelli Scholæ Sanctæ Mariæ Verberatorum, è regione Cæmeterij T. Cathedralis ex anaglypho opere ſic ſcriptum eſt.

HIC EST DE LIGNO CRVCIS.

---

Ad

Digitized by Google

Ad D. Pariſij, Monacarum Camaldulenſium Cænobium, propè eius ſepulchrum, aramque ſimul, in petra marmorea ad inſtar aperti libri deaurata altiùs in pariete.

BEATI PARISII MONACHI ORDINIS CAMALDVLENSIS, QVI LXXX. ANNIS HOC MONASTERIVM OPTIME' REXIT, VIXITQVE ANNIS CXVI.
ATQVE ANNO SALVTIS MCCLXVII, DIE IVNII XI. SPIRAVIT IN DOMINO.
SANCTISSIMVM, AC CLARVM MIRACVLIS CORPVS HAC IN ARCA QVIESCIT.

SANCTORVM CHRISTINAE, ET PARISII MONASTERIVM, QVOD EXTRA VRBEM ANTEA SITVM FVERAT, ANNO DOMINI MCCCLV. HIC ERECTVM, TALE DEI GRATIA CONSPICITVR.

Inibi ad altare Crucifixi in Reliquiario admodùm ſpectabili ex integra chriſtali tabula octipeda, tum ſexquipedali, pixidibus, ac capſulis ſeparatis Sanctorum plurium oſſa, veſt. &c. viſuntur, & Spina Coronæ Chriſti Domini, & de ligno Crucis, & de columna, cum ſchædis ſuis, vbi conſpicitur conſpicuū caput S. Heliſei Prophetę.

Extra harum Veſtalium Virginum Cænobium in longa, quam vocant, porticu ad fornicis ſemicirculos, quæ ſub ſacra huius ordinis Camaldulenſis hyſtoria effigiebus conſpicua ſcripta ſunt, exarauimus, eaque, licet multa, ne videamur alicui diminuti, hic fideliter regiſtramus.

I.

SANCTA CHRISTINA A' CHRISTO Baptizata Tribus Tyrannis deuic.
Poſt multa Martyr. percuſſa à duabus ſagittis circa cor reddid. Deo Spiritum.
Hoc Monaſt. Sanctor. Chriſtinæ, & Pariſij hic translatum, quod prius extra mænia erat MCCCLV. ANGelus Monacus Ber. Capellanus fecit inſtaurari, & depingi Menſis Nouembris anno Sal. MCCCCCVII.

Dd BEA-

## I I.

**B. P.**

BEATVS PARISIVS Capellanus cla. mult. miraculis Tempore D. Alberti Epiſcopi Teruiſini Rexit hoc Monaſterium per LXXX. annos.

Curſus vitæ eius anni fuere CXVI.

Anno Sal. MCCLXVII. XI. Iunij obdormiuit in domino. Qui eſt hic in corpore.

---

## I I I.

S. ROMVALDVS anno 950. Sacrum ordinem Camaldulenſem inſtituit. Sub quo PETRVS VRSEOLVS abiecto Ducatu Venetorum. BONIFACIVS Martyr conſanguineus Imperatoris OTTONIS III. PETRVS Damianus Gratianus Sacræ paginæ Profeſs. Hieronymus Boemus Theologus vna, cum Ambroſio Generali Latina, Græcaque lingua erudito claruerunt. GERAR. Patriar. & Card. Venet.

Pet. Delphynus Nunc. General.

---

## I V.

S. ROMVALDVS TRIBVS ANNIS MONASTICAM VITAM DVXIT. DCCLXXXXVII. EREMITA FVIT.

---

## V.

SANctus Gregorius animam Imperatoris Traiani ab Inferno liberauit. Fuit Vir omni laude digniſſimus.

---

## V I.

EGO GREGORIVS Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifex ſcripſi Vitam S. Patris Benedicti: Regulam, quam ipſe manu propria ſcripſi, laudaui, & confirmaui eam.

Fuit vir vitæ venerabilis Gra. Benedictus, & nomine. Scripſit Regulam diſcretione præcipuam. Sub regula Diui Patris noſtri Benedicti reperiuntur fuiſſe vſque ad ſummos Pontifices XXIIII. Cardinales CLXXXIII. Archiepiſcopos Epiſc. MCCCCLXIIII. Abbates. Monacos MCCCCLXX. Canonizati fuerunt: vt Ioannes Papa XXII. teſtat. MMMMM CCCCC LV.

S. P. B.

Digitized by Google

VII.

S. P. B.

S. BENEDICTVS conuerſus eſt anno CCCCXCIIII. poſt erecta multa Monaſteria obdormiuit in Domino VXXVIII.

VIII.

S. S.

S. PATER BENEDICTVS proſpex. in ſpecie columbæ Sororis Animam SCHOLASTICAE ad cælos euolaſſe.

---

Inferiùs ad medium in ſchæda.

OBSCVRA PORTICVS ILLVSTRATA.

*Horrida quæ fueram tenebris, & lumine paruo,*
*Porticus, hæc eadem lucida ſemper ero.*

---

Ad D. Nicolai prope aram magnam ſubter Reliquiario.

SANCTORVM MEMORIAE.

---

Ad Diui Franciſci, ad pedes D. Bonauenturæ. VI. ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ Doctoris in ara conſtituti. diſt.

*HIC SACER ANTISTES Mitra, Pileoque Rubenti,*
*Theologus, vates, Sanctorum eſt functus honore.*

---

Ad Diuæ Margaritæ, ſuper oſtiolo Reliquiarij.

VNA EX SPINIS CORONAE DOM.
DE LIGNO CRVCIS PARTIC.
CVM ALIIS SANCT. RELIQ.
HIC SERVANTVR.

---

Ad D. Theoniſti viſitur caput Sanctæ IVLIANAE, circa quod litteris ex vnionibus compactis (ditiſſimarum monialium opus) expreſſum legitur.

CAPVT S. IVLIANAE V. M.

Secus aquam Roleæ in pontis limine ad imag. Pulcherr.

SANCTVS CHILIANVS.

---

DIVO BENEDICTO Romano Pontifici huius nominis XI.
Ciui Tar. de Patria optimè merito.
Bartholomæi Burchelati phyſ. Sancto deditiſſimi Apoſtrophe.



Digitized by Google

Te nunc alloquor, BENEDICTE Pater ſanctiſſime, cuius immortale nomen ſplendori, ac decori noſtræ eſt adeo Ciuitati. Nec mihi tantum, tuiſque ciuibus ſublimia tua merita ſpectata eſſe ſatis futurum duxi; vt propterea inter tot tuo patrocinio commendatorum Elogia, atque memorias, tuas etiam voluerim honorificentiùs regiſtrare: vt ſicuti per hyſtoriam Taruiſinam, per Dialogos noſtros, per annales priùs, & per vitas Pontificum indubiè ſanctus es cognitus, ita & infra Sanctorum ciuitatis noſtræ Catalogum tu quoque iure meritò ab omnibus cognitus cenſearis; faxit Deus, vt quemadmodum in libro æternitatis nomen tuum celebre iam dudum ætates eſt regiſtratum, itidem tuo ſuffultum adminiculo in poſterum infra æuiternitatis ſeriem, quam tanti facio, nomen meũ nota illa meliori, atque indelebili reponatur.

Hic Taruiſij ad D. Nicolai, ſuperiùs ad Aquilonare magni Templi oſtium cum gentilitijs inſignibus hæc leguntur ex marmore.

DIVI NICOLAI TEMPLVM A DD. BENEDICTO T. ORD. PRAED. PP. XI. CONSTRVCTVM.
OBIIT MENS. IX. DIE VI. SVI P. MCCCIIII.
PERVS. R.

---

Infra cænobium, vbi habentur Patrum comitia: qui locus eſt ſublimiorum quoquo tempore illius Religionis Patrum imaginib. ac Elogijs inſignitus, ante imaginem eiuſdem B. Pontificis hæc leguntur.

PAPA BENEDICTVS XI. QVI PRIVS DICTVS EST FRATER NICOLAVS DE TARVISIO. ISTE FVIT SECVNDVS PAPA ORDINIS FRATRVM PRÆDICATORVM: FVIT SPECVLVM SANCTITATIS, IN MVLTIS CLARVIT MIRACVLIS.

---

In Templo ad fornicem magni Campanilis ſub antiqua effigie tanti Patris.

DOMINVS BENEDICTVS TRIVI.
ORD. PRAED. PP. VNDEC.

---

Ibidem inferiùs denuò fuit per R. Patres huiuſmodi Elogium elegantius exaratum.

FRATRI NICOLAO BOCCASINO TAR. ORD. PRÆD. ET SAC. THEOL. MAG. HIC IN CARD. HOST. ASSVMPTVS EX PANNONICA LEG. REDIENS CIVIT. MODER. PRO CONSTRVENDO HOC AV-

Digitized by Google

AVGVSTISS. TEMPLO XXV. MILLIA AVREOR. FLORENOR. BENIGNA EROGAVIT MANV. NON MVLTO POST IN LOCVM BONIF. VIII. PONT. VNO OMNIVM PATRVM CONSENSV SVFFECTVS ANNO MCCCIII. XV. CAL. OCT. SVMM. PONT. CREATVR, ET BENEDICTVS XI NVNCVPATVR.

*IN HVIVS PERPETVVM ASSVMPTIONIS MONIM. TAR. CIVES NVNDINAS, QVAE AD D. S. MICHAELIS CELEBRARI CONSVEVERANT AD DIEM S. LVCAE CENSVERVNT INDICENDAS. IPSE VERO CRVCE, AC TABVLIS ARGENTEIS, PLENARIOQVE IVBILEO CVNCTIS COMPLETORIA TRIBVS DIEB. DOMIN.*

*RESVRRECTIONIS IN HOC TEMPLO AVDIENTIB. PERPETVO PATRIAM MVNIFICENTISS. DONAVIT.*

OBIIT PERVSII. MCCCIV. ID. IVL. PONTIFICATVS SVI MENSE IX.

*MVLTIS CLARVIT MIRACVLIS.*

Quid prohibet me (ſaltem per parentheſim) ponere hic ſublimem Summi Pontificis Pij V. memoriam Romæ poſitam ad eius ſepulchrum in D. Mariæ Maioris Templo, adeo ſimilem ſuperiori? pellege, grate lector, & confer, non immemor & hunc Sanctum Patrem fuiſſe priùs Fratrem Dominicanum.

PIVS V. GENTE GISLERIA.

*BOSCHI IN LIGVRIA NATVS THEOL. EXIMIVS A PAVLO III. IN INSVBRIA HAERETICAE PRAVITATIS INQVISITOR.*

A IVLIO III. SANCTAE INQVISIT. O. F. COMMISS. GENERALIS.
A PAVLO IV. EPISCOP. SVSTRINEN. DEINDE S. R. E. TT.
S. MARIAE SVP. MINERVAM PRESBYTER CARD.
ET A PIO III. ECCLESIAE MONTIS REGALIS IN SVBALPINIS
ADMINISTRATOR FACTVS.
EO VITA FVNCTO SVMMO CARDINALIVM CONSENSV.
PONT. MAX. CREATVR.
QVI VETERES SANCTOS PONTIFICES AEMVLATVS
CATHOLICAM FIDEM PROPAGAVIT, ECCLESIASTICAM
DISCIPLINAM RESTITVIT: AC TANDEM GESTARVM
RERVM GLORIA CLARVS, DVM MAIORA MOLITVR
TOTIVS CHRISTIANAE REIPVB. DAMNO, NOBIS ERIPITVR.
KAL. MAII. MDLXXII. PONT. ANN. VII. AET. S. LXVIII.

Referam quoque externa Elogia, atque Epitaphia ad nos ſpectantia. propterea iſtiuſmet Summi Patris noſtri dignam memoriam a Diui Auguſtini Baſilica Pataui poſita iſtuc nunc aduoco.

BEA-

Digitized by Google

BEATUS PAPA BENEDICTUS ORDINIS PRÆDICATORUM TARVISINUS, HIC EX MAGISTRO ASSUMPTUS IN CARDINALEM HOSTIENSEM, HANC ECCLESIAM BEATI AUGUSTINI CUM MULTIS EPISCOPIS CONSECRAVIT. MCCCIII. MENSIS MAII. DOMINICA ANTE ASCENSIONEM DOMINI.

Peruſiæ verò in Templo Fratrum eiuſdem ordinis ad Beatiſs. Patris ſepulchrum celebre in marmorea tabula legitur hoc Elogium: vt interim mirari ſubeat Schraderum in recenſendis Italiæ Monumentis virum admodum circumſpectum, quòd Sancto Dominico hoc adſcripſerit Epigramma, dum Peruſiæ dignas memorias regiſtraret.

*O quàm laudandus, quàm dulciter eſt venerandus*
*Inclytus iſte Pater: pius extitit ordine Frater*
*Sancti Dominici* CHRISTI *Vigilantis amicus.*
*Lector honoratus Prior extitit ipſe vocatus,*
*Effectus talis fit Fratrum Dux Generalis:*
*Hic homo doctrinæ poſt hæc fit Cardo Sabinæ,*
*Hoſtia Velletrum titulum ſibi dant duo lætum;*
*Præfuit Hungariæ legatus, gemma Sophiæ,*
*Fit Pater ipſe Patrum, caput orbis, gloria Fratrum,*
*Et meritò dictus nomine* VNDECIMVS BENEDICTVS.
TARVISII *natus; Hic primo Pontificatus*
*Anno deceſſit: ſibi rectè ſubdita rexit,*
*In nono menſe mortis proſternitur enſe.*
*Hunc hominem tantum reddunt miracula ſanctum:*
*Innumeris ſignis dant grata iuuamina dignis.*
*Lector habe menti, currebant mille trecenti*
*Quattuor appoſitis, cum tranſijt hic Homo mitis,*
*Menſe die ſexta Iulij ſunt talia geſta.*

Huius Summi Patris admirandum, omni inquam meliore doctrina refertum, opus, Expoſitio ſcilicet in Euangelium Diui Matthæi, poſtremò ex Bibliotheca Mineruæ Romæ deproptum, ante ſexennium à R. Fr. Georgio de Lazaris Taruiſino eiuſdem ordinis Prædic: Magiſtro, neque non Concionatore præcipuo, ſumma impenſa fuit tandem typis hic Taruiſij generoſius publicatum

cuius

Digitized by Google

cuius boni, quinimmò optimi operis meritò à Summo Pontifice Clemente fuit Minoritani Epiſcopi munere, ac titulo decoratus. Quod quidem tanti Patris, Sancti Patris, ac Patrię noſtrę ſummum decus, honorisque glorioſius incrementum nobiſcum rogo, omnis litteratorum, doctorumque hominum cætus, Theologorum præſertim, ſuſpiciat prorſus, ac admiretur: vt quandoque tandem agni tis meritis Sacri Viri, debita laus, ac gloria hic in terris etiam iurè quidem meritò ipſi Patri Sanctiſſimo tribuatur. Vſqueadeo lętor, ac iubilo in tanti ciuis noſtri laudibus referendis, ac meritis, vt me haudquaquam pigeat ſiſcitari, legere, perſcrutari vbique locorum talia, & quidem iure, nec enim cerno nobiliorem, digniorem, ſublimiorem ciuem in vniuerſo huius noſtræ ciuilitatis catalogo. Ciuis hic, Monacus, Lector, Magiſter æque, ac Theologus, & concionator, Prior, & totius ordinis Generalis, Legatus Pontificius, Cardinalis, quid vltra? Summus Pontifex, Chriſti Dei noſtri inquam Locumtenens iſtic in terris: denique, quod maius eſt, præ illius vitę, miraculorumque ſanctitate apud Chriſtum Dominum poſt obitũ eius Clariſſimum locum tenens in cælis. Quocirca ſi & illud, quod reperi legens relatũ in lib. Georgij Vaſarij Aretini pictoris ęquè, ac Scriptoris nobilis in vita Iotti Pictoris, Sculptoris, Architectiq; Florentini retulero, quod ſanè magnum Pontificis animum, ac generoſam indolem præſeferat, quinetiam illa met verba itala, ne indignemini feſtini latini lectores: quod ſi indignabimini, indignans ego, nec minus dolens impatientiam, volo morem gerere nihilominus genio meo; iudicet modò ingenuus, ſedatuſque, ac expertus rerum, has noſtras lites. Sic Vaſarius eo loci, cum, retuliſſet Iotti opus vnum mirabile, proſequitur dicens. *Che non è marauiglia, ſe quell'opera gli acquiſtò in quella Città, e fuori tanta fama, che Papa Benedetto XI. da Treuiſi mandaſſe in Toſcana vn ſuo Cortigiano à vedere, che huomo foſſe Giotto, e quali foſſero l'opere ſue, hauendo diſſegnato far in S. Piero alcune pitture, &c.* ne longus fiam: inferiùs. *Fecelo dunque il predetto Papa andare à Roma: doue honorando molto, e riconoſcendo la virtù di lui, gli fece nella Tribuna di S. Piero dipignere cinque ſtorie della vita di Chriſto: e nella ſagreſtia la tauola principale: che furono da lui con tanta diligenza condotti, che non vſci mai à tempra delle ſue mani il più pulito lauoro, onde meritò, che il Papa, tenendoſi ben ſeruito, faceſſe dargli per premio ſecento ducati d'oro, oltre hauergli fatto tanti fauori, che ne fù detto per tutta Italia.* Porrò de ſepulchro tanti Patris, ac beatiſſimi alterum libens refero, quod in Vita Nicolæ, & Ioannis Piſanorum, pi- Geor. Val.

ctorum

ctorum inquam, ſculptorum, architectorumque, excellentium, ſic proſequitur. *Eſſendo poi morto in Perugia, Papa Benedetto XI. fu mandato per Giouanni, ilquale andato à Perugia fece nella Chieſa vecchia di San Domenico de' Frati Predicatori vna ſepoltura di marmo per quel Pontefice, ilquale ritratto di naturale, & in habito Pontificale, poſe intorno ſopra la caſſa, con due Angeli vno da ciaſcun lato che tengono vna cortina: e di ſopra vna N. Donna con due ſanti di rilieuo, che la mettono in mezo: & molti altri ornamenti intorno à quella ſepoltura intagliati.*

B. Plat. Sed quid reticebo vulgare illud Bartholomæi Platinæ teſtimoniū, ſi & commodùm vulgare alterum recitaui? ſic incipit ille. *Benedetto Vndecimo di natione Italiano, della patria di Treuiſo, chiamato per innanzi Nicolò, Cardinale Hoſtienſe fu creato Pontefice in Roma il primo giorno di Nouembre. Queſto eſſendo da giouane entrato nell'ordine delli Predicatori, fu fra li ſuoi Frati tanto virtuoſo, & dotto, che loro hauendoli dato tutti li magiſtrati, finalmente li diedero la dignità di Generale, perilche, eſſendo poi creato Pontefice, diede in poco tempo gran documento della ſua virtù, perche viſſe talmente, che meritamente dapoi la morte fu giudicato eſſere fra li Beati.* Iuxta autem eius vitæ finem ſic Platina.

Idem. *La opinione di Benedetto huomo ſantiſſimo, & perfettiſſimo era, poiche haueſſe pacificata la Italia, di aiutare li Tartari, li quali erano entrati nella Siria, & in Paleſtina: & con lettere, & Ambaſciatori continuamente l'inuitauano à fare coſi grande effetto: ma eſſendo lui morto in Perugia, doue era andato con la corte, l'ottauo meſe, & decimoſettimo giorno del ſuo Pontificato,* non puote eſſequire *la coſa, che hauea deliberato. Fù con gran pompa ſepolto (come era conueniente) nella Chieſa delli Frati Predicatori alli cinque di Giugno. 1303. Li miracoli, che Benedetto fece dapoi la ſua morte nel ſanare gl'infermi, & ſcacciare li Demonij de' cori degl'inſpiritati, demoſtrano che lui fù huomo ſantiſſimo, & perfettiſſimo.*

Verum enimuerò ſi quis vlteriùs cupit huius ſummi Pontificis ſcire mores, ac ſtudia, atque tot alia, tantaque, legat illius vitam in eius vulgato typis, quod diximus, opere in Matthæum, à principio regiſtratam, atque hæc mihi interea ſatis ſunto. Addam poſtremò, quæ trium ſummorum Pontificum huius ordinis reperiuntur notæ ad D. Nicolai Portam Decumanam ſuper tribus illorum magnis inſignijs gentilicijs.

*INNOCENTIVS V. ORD. PRÆDIC.*
*B. BENEDICTVS XI. TAR. ORD. PRÆD.*
*PIVS V. ORDINIS PRÆDICATORVM.*

Ad

Ad arcũ porrò ſupra ianuã maiorẽ T. Diui Franc. vbi 4. ſtemmata:

INSIGNIA SVMMORVM PONT. RELIGIONIS S. FRANCISCI.

Ad Chorum Templi Cathedralis effigiati ſunt extrorſum duodecim S. Apoſtoli, & quidem bona manu: introrſum verò decem Protectores, ac Fautores noſtri: ſub quib. eiuſmodi leguntur notæ.

*S. Liberalis. S. Florentius. S. Vindemialis. B. Henricus. S. Chilianus.*
*S. Theoniſtus. S. Thabra. S. Thabrata. S. Hieronymus. S. Proſdocimus.*

Ad Teruiſium, ſeu magis ad Teruiſinos Ciues, de Sanctis eorum Fautoribus Bartholomæi Burchelati Phyſici Carmen Elegum.

*Teruiſium trino ter uiſum Numine, ternis*
*Ter dum te à prauis hoſtibus eripuit:*
*Trinitas, & Charitas, & Spes, Charitaſque, Fideſque,*
*Sint curæ, cordi: pectore, mente, animo.*
*Numen erit Sanctus Petrus Protector ab vrbe*
*Electus primò, quòd liber vrbis ait.*
*Numen erit Sanctus Liberalis, vt vrbis amicus*
*Præcipuus noſtræ: Pariſiuſque ſenex.*
*Sit præſul Theoniſtus, ei adſtet Thabra, ſimulque*
*Thabrata, circa aras vt ſteteruntque ſacras.*
*Tuque pie, ac venerande* Pater *Proſdocime, per quem*
*Chriſti lata fides continuata, veni.*
*Nec deſis Franciſce* Pater *ſanctiſſime: Templum*
*Cuius opus grauius reddidit ante meum.*
*Eccleſiæ & Doctor nobis Hieronymus vſque*
*Agnitus à* Priſcis *Fautor, adeſto pius.*
*Vindemialis item, Florentius, & Chilianus*
*Adſit, &* Henricus *protinus vrbis amans;*
*Et Chriſti Iuliana, caput quod habemus, amatrix,*
*De qua nos Tragica ſcripſimus arte, iuuet.*
*Et magnus* Propheta Dei *Heliſæus: habemus*
*Cuius inauratum pixide ritè caput.*
Sic *Benedictus ades* Summi *decoratus honore*
*Præſulis, atque alij, queis data cura loci.*
Han*c Vrbem ſeruate, precor, ciueſque lareſque,*
*Chriſti aura, Matris, flante, ſimulque* Patris.



Digitized by Google

# EPISCOPIS TARVISINIS BARTHOLOMAEI BVRCHELATI PHYSICI APOSTROPHE.

SALVETE, Patres Piiſſimi, iuremeritò ſuſpiciendi, venerandi, implorandi: Fælices animæ, quæ ſicuti in terris Ieſu Chriſti Redemptoris noſtri vices, ac munia diutius ſubcontinuatis temporibus præſtitiſtis, ita & in cęlis modo piè credimini eſſe conſolationis factæ participes. Fælices inquam animę, quibus hęc cognoſcere primùm: Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit. Fundite rogo pro ciuitate veſtra Taruiſio feruidas preces, vt & illa perpetuò in ſanctiſſimæ Trinitatis frequēti miniſterio ſatagens ſit, ac ſolicita; & Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſs. Epiſcopus FRANCISCVS IVSTINIANVS totius Ciuitatis, Agrique huius Taruiſini tam vaſti, in ſpiritualibus, ex trium Summorum Pontificum Decreto, iam dudum cuſtos, ac reparator, ea valeat ſedulitate, vigilantia, & Charitate gregem hunc ſibi, vt auſpicor, deſuper creditum, tueri, regere, ac cuſtodire, qua bonum Paſtorem decet ex animo, ac ſummopere eſt neceſſarium; vt & ille tandem cura populi in alterius pij Antiſtitis manibus conſignata, ſiue ad Cardinalitium munus euectus, ſiue alio, vtcumque Deus tulerit, grauiori onere in Chriſti Domini obſequium, ac eius Eccleſiæ vtilitatem feliciter occupatus, liberè Summo Rectori Deo dicere valeat; quos dedit illi obſeruādos, ſe neminē ex eis penitus perdidiſſe.

Epiſcoporū Taruiſinorum, quæ extāt, Elogia, diſpoſita per tēpora.

Venetijs infra ædes D. Iacobi in Riuo alto antiquum exeſum marmor; in reſtauratione autem eius Templi, anno. ſ. 1600. abſoluta, ex altero latere in altero marmore id Elogium innouatum fuit, ac integratum, veteri illo ob antiquitatis reuerētiam, vbi prius ſteterat, nihilominus reſeruato.

Digitized by Google

FVNDAMENTA HVIVSCE TEMPLI DIVO IACOBO APOSTOLO ex voto erecti iacta fuerè Chriſtianæ ſalutis anno CCCCXXI. die XXV. Martij. ZOZIMO Romano Pontifice, HONORIO Imperante dedicatio celebrata ſequenti anno eodem die per quatuor Epiſcopos SEVERIANVM PATAVINVM, HILARIVM ALTINATEM, IVCVNDVM TAVRISINVM, et EPODIVM OPITERGINVM. Cura verò fęlici ſacerdoti primum delegata, hęc vetuſtate iam fere aboleta completa fuit induſtria Natalis Rhegia Canonici Venetēſis, Qui electus Plebanus dicti Templi in ſplendidiorem Eccleſiam inſtaurauit, vt ædificationis, conſecrationis, inſtaurationis, & electionis Monumentum poſteritati relinqueret, hæc in marmore notanda curauit. Quæ omnia & temporis, et loci iniuria corroſa, ac penè conſumpta Hieronymus ab aqua de Muriano Canonicus D. Marci, atq; huius Eccleſiæ. Plebanus hoc marmore reſtaurari iuſſit.

Anno Domini MDC. XXV. Martij.

---

Taruiſij in ſacello D. Nicolai ad cęmeterij interioris medium conſtructo in Canonica Epiſc. iſtud deſcriptum eſt: quod quidem & ſupra inter ſanctorum venerandas memorias erat non inconueniens recenſere.

ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS MLXXXII. indictione X. Regnāte HENRICO Romanorum Rege. Hæc Eccleſia Sancti Nicolai conſtructa, & conſecrata fuit ab ACCELINO TARVISI PRAESVLE. V. Cal. Ianuarij. In nomine S. et indiuiduę TRINITATIS ad honorem Beatiſſ. MARIAE ſemper Virginis, & Sanctorum, quorum Reliquiæ hic conditæ ſunt. IN primis de ſudario CHRISTI, & ligno CRVCIS. S. Apoſtolorum Petri, Pauli, Andrææ, Iacobi, & Matthiæ. S. Martyrum Philippi, Laurentij, Sixti, Apollinaris, Prothaſij, Martini, Vrbani, Tiburtij, Valeriani, Pancratij, Lademberti, Victoris, Chriſtophori, Primi, Secundi, Ponziani, Sergij, Bacchi, Criſpi, Peregrini, Cornelij, Cypriani, Georgij, Firmi, Ruſtici, Marcellini, Hypoliti, Coſmæ, Damiani, & Marcelli. S. confeſſorum Nicolai, Benedicti, Hieronymi, Corbiniani, Martini, Odorici, Zenonis, Florentij, Vindemialis, & Liberalis. S. Virginum. Agnetis, & Agathæ. 1082.



Digitized by Google

Infra templum cathedrale ad arcæ medium

*Hic iacet ALBERTUS lapidis teſta coopertus,*
*Frater eratq; MINOR, ſed Præſulis ordine maior.*
*TERVISII Præſul, ſed origine ſanguinis exul.*
*Ipſum namq. virum genuit Vincentia mirum,*
*Doctorem, merum docuit qui lucide verum.*
*Oremus dominum, ſibi quòd donet Paradiſum,*
*Et quod lætemur pariter quando moriemur.*

---

Eiuſdem Alberti Ricchi ciuis, ac Epiſcopi Tar. dignam mentionem comperies inferius in conſtructione T. Sancti Laurentii, tum in conſtructione Templi D. Margaritę.

---

In eadem Baſilica cath. ad arcam ex marmore,

ANNO DOMINI MCCXCI. INDICTIONE QVARTA DIE LVNÆ QVINTO INTRANTE NOVEMBRI.

*VERIDICVM Nomen nunc clauſit cælitus Omen,*
*Omnibus huic cura fuit, & ſua reddere iura,*
*Non aliquos quæſtus quærens nimis ipſe modeſtus.*
*Vrbis honorator, diuinæ legis amator,*
*Mirandus Præſul PROESAVI: nunc velut exul,*
*Prodijt ex gente TRIVISINA ſtirpe decente.*
*Hunc igitur ſume ò tecum cæleſtis alumne.*
*Quos rexit ſerua, ſibi ne ſint vlla proterua.*

Hic ſub ſtruam libens Nobilis huius Nouellæ Familiæ Inſcriptionem Baſſiani poſitam apud Fratres Franciſcanos.

NOBILIVM POLENSIVM PRIMO
NOVELLORVM DEINDE HÆREDITARIO IVRE:
QVORVM MEMORIÆ BENEDICTVS NOVELL.
DOCTOR, ET FRATRES
LAPIDEVM HOC TEGVMENTVM VTRIVSQ; FAMILIÆ
INSIGNIBVS, ET SVIS NVMMIS IVSSERVNT ORNARI.
ANNO SALVTIS DD. DVI.

---

Sub arca operoſa appenſa muro ſacrarij, cum ſtatua marmorea Epiſcopi dormientis.

MCCCIIII. DIE XXV. MARTII. FRANCISCVS DE SALOMONE FVIT PER EXCELSVM PRINCIPEM, ET D. D. OROSIVM REGEM RASIAE MILITALI CINGVLO DECORATVS.



Digitized by Google

*EGREGIVS MILES, qui vitam duxit honeſtam,*
*Laudatur meritò, qui iacet in tumulo.*
*Nomine FRANCISCVS, SALOMONIS prole notatus,*
*Moribus & iuuenis floruit, atq; ſenex.*
*Mille trecentenis vno quem, terq. vigenis*
*Annis ſexta dies morte Decembris emit.*

Ex altera parte.

*PRÆSVL Ego Patriæ Salomonis ſtemmate cretus,*
*Et CASTELLANVS nomine dictus eram.*
*Huic vrbi tutela fui, me dura probante*
*Tempora bellorum, quem lapis iſte ferat.*
*Sextilis me Quinta dies poſt mille trecentos*
*Annos viginti miſit ad aſtra duos.*

---

Tabella marmorea adhuc ſub organo, vbi extabat ara Diui Marci, quam, & alias, ſuſtulit Reuerendiſſ. Apoſtolicus Viſitator anno 1582. & hęc potuerat inter ſanctorum memorias iuremerito recenſeri, ſed &c.

ANNO DOMINICAE NAT. MCCCXLIIII. INDICTIONE XII. DIE SABBATI. VLT. IANVAR. in pręclara ſolemnitate translationis Beatiſſimi Euangeliſtę MARCI, hoc altare ad honorem ipſius Euangeliſtę per D. IOANNEM DELLA VAZZOLA iudicem conſtructum, fuit ſolemniter conſecratum per Reu. in CHRISTO patrem, & Dominũ Dominũ PETRVM PAVLVM DEI GRATIA EPISCOPVM TARVISINVM Reconditis reuerenter in dicto altari Reliquijs annotatis. Videlicet, SPINA CORONÆ IESV CHRISTI, de veſtibus B. Marię Virginis, de pilis barbę S. Ioannis Baptiſtę, de puluere beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli: de oſſibus Sanctorum Apoſtolorum Iacobi, & Thomę, Bartholomęi, Philippi, & Barnabę: item Euangeliſtarum Marci, & Lucę: itẽ Martyrum Stephani, & de lapide eius Martyrij, Fabiani, Sebaſtiani, Chriſtophori, Georgij, Romani, S. Quadraginta: Alexandri, & Titiani: item Confeſſorum, Liberalis, Felicis, & Maximini. Item Virginũ Margaritę, Petronillę, Sarrę, et XI. millium Virginum. Et cõceſſit Dominus Epiſcopus prędictus in omnibus Beati Marci Feſtiuitatibus, & per octo dies ſequentes viſitantibus deuotè hoc altare Quadraginta dierum indulgentiam perpetuò duraturam.

Digitized by Google

*In propria Capella clathrata, vbi eius ſepultum cadauer, altiùs quadratum marmor.*

HANC CAPELLAM fecit conſtrui, ipſamq; dotauit pro vno ſacerdote perpetuò celebraturo in ea, & in hac Eccleſia cathedrali Reuer. in CHRISTO PATER D. PETRVS DE BAONO EPISCOPVS TARVISINVS, dum adhuc ageret in humanis; Ad laudem, & reuerentiam, ac ſub vocabulo ſanctæ, & indiuiduæ TRINITATIS, PATRIS, ET FILII. ET SPIRITVS SANCTI. Et fuit incępta ædificari die 1. Aprilis MCCCLXIIII. Indictione II. Pontificatus D. VRBANI PAPAE V. ANNO II. & D.LAVRENTIO CELSO Duce Venetiarum Præſidente.

*Bern. Scardeonius lib. ʒʒ. claß. VI. hæc adnotauit de tanto viro.*

EX nobiliſſima Comitum Baonij familia multi præclari viri religioſi, nec pauciores bello præſtantes prodierunt: quos infra ſuis locis referemus. Inter hos autem vel maximè claruit Petrus Baonius in Epiſcopatum Teruiſinum vocatus: qui ſicut ſui maiores armorum diſciplina in bello, ita ipſe Chriſtiana pietate in pace, & morum ſanctitate in cæterorum exemplum refulſit.

*In ſuperliminari domus ſecus ſacram huius Templi Turrim.*

MCCCLXXI. DOMINVS PETRVS EPISCOPVS TERVISINVS
DE CONSENSV SVI CAPITVLI,
FECIT AEDIFICARI ISTOS DVOS CASOS DOMORVM
PRO ANIMA, ET ANNIVERSARIIS SVIS.

---

Supra portam Templi Decumanam.

MCCCLXXIII. INDICT. XI. Menſis Decembris. Hoc opus huius Portæ, & Sancti LIBERALIS, & aliæ omnes Portæ huius Eccleſiæ: & Sancti NICOLAI Picoli, fuerunt completæ anno præcedenti: quas Dominus PETRVS DE BAONO EPISCOPVS TARVISINVS fecit fieri.

*Et Gabriel de Placentia laborauit, & conſtruxit.*

---

*In Delubro maiori marmorea Tabula ſecus altius Mauſolæum.*

OPT. MAX. DEO. BEATAEq; VIRGINIS CONCEPTIONI DICATVM SACELLVM HOC, Quod rimaris, lector, vetuſto, fundi-

Digitized by Google

funditus euerſo, erectum, ornatumq; ſcias pij ęre Io. ARCHIEPI. SCOPI THEB. PON. TAR. Qui triennio necdum peracto D. FRANC. Religioni Fato aſcitus, breui ad ſummam Doctrinarum prouectus, grauis Maroniſta, vnicum Religionis decus euaſit.

THEO. inſignibus XXVII. anno acri Patauij certamine vno Patrum conſenſu reportatis ad Vrbem Procurator: inde Diui. Anto Prouin. Magiſter, poſt Vicarius vniuerſus à ſummo Pont. PAV. tum Venetijs cunctis primum ſuffrag. Generalis creatus. VI. annos integrè ſic præfuit, & SIX. CHRI. VITA. Sacri Collegii à FERDI. Rege ORATOR compos ad vota regreſſus, SPALATREN. que ARCHIEP. deſignatus: ac bina ad SE. VE. Legatione probe acta, TAR. PRAESVL, ET ARCHIEP. THEB. pronunciatus TAR. reſidens Palatium. & hoc, quod aſpicis, TEMPLVM grandi pecu. inſtaurauit. EPISCOPATVS Bona redemit Sicq; tanta munificentia REIPVBLICAE, ac Populo gratus piè extollitur.

ANNO SAL. MCCCCXXXIII.

---

*Patauij in Eccleſia D. Mariæ in Vancio in Marmoreo monumento cum exculpta Effigie Epiſcopi requieſcentis.*

HIC IACET REVER. IN CHRISTO PAT. DOMINVS DANIEL DE SCOTIS DE TARVISIO EPISCOPVS CONCORDIENSIS, AC DOMINI NOSTRI EVGENII PAPAE QVARTI THESAVRARIVS.

QVI OBIIT. XI. IVLII. MCCCCXLIII.

---

*Eadem in vrbe in Templo illo maximo Monacorum, D. IVSTINAE nuncupato eſt hoc LVD. BARBO EPISC. TAR. Elogium licet poſt BARBARVM.*

*Mille Quadringentis Domini currentibus annis*
*Quadraginta tribus ſeptembris menſe fluenti*
*Progenie Veneta BARBO LVDOVICVS in aſtris*
*Mente nitens tumulo clauſo ſepelitur in iſto.*
*Splendidus ille fuit lucens virtute per orbem*
*Quinetiam clemens, humilis, ſuper omnia caſtus,*
*Alma IVSTINAE Patauæ tunc extitit Abbas,*
*Cum Sancti Normam BENEDICTI conſolidauit.*
*Ornauit Monachis CHRISTO famulantibus alto.*
*Conſilij Sancti Præſes, Præfectus, & Author*

Præ-

Digitized by Google

*Eccleſiæ pacem tractando ſchiſma remouit.*
*EVGENII QVARTI præcepto Præſulis orbis*
*ANTISTES Nolens eſt TARVISINVS inunctus.*

---

Taruiſij infra Epiſcopij ędes.

LIGNEAS INVENTAS, COLLAPSASQVE, ET ABIECTAS
EPISCOPII AEDES
RESTAVRAVI, ORNAVI, LATERITIASQVE RELIQVI
HER. BAR. DIVINA PATIENTIA PONTIFEX APPELLATVS.
M C C C C L I I I.

---

Eiuſdem Epiſcopi Epitaphium Romę pos.

*Barbariem HERMOLEOS Latio qui depulit omnem*
*BARBARVS heic ſitus eſt: vtraq; lingua gemitu*
*Vrbs Venetum vitam, mortem dedit inclyta Roma:*
*Non potuit naſci clariùs, atq. mori.*

Obijt Ann. MCCCCXCIIII. Maij XXI. VIX. Anno XLI.

---

Hic, ad B. Mariæ Maioris penès Sacrarium marmor.

DEO MAXIMO OPTIMO, VIRGINIQVE INTACTÆ TEMPLVM HOC, OMNIA HÆC SIMVL ET ALTARIA SEBASTIANVS NASIMBENVS CONOVENSIS EPISCOPVS CONSECRAVIT.
ALEX. PONT. MAX.
MCCCCLXXXXV. DIE QVINTO APRILIS.

---

Ad ſcalas Aulę Epiſcopalis in culto marmore.

*Videris hæc quando ſucceſſor noſter, vt ipſe*
*Conſtitui grata mente parare tibi.*
*Talis forte alijs & tu conaberis eſſe,*
*Quòd vel ad hoc addes, vel ſuperabis opus.*
*Exemploq; alij facient: & ab his quoq; paruis*
*Hic fieri ſenſim grandia ſæpe ſolent.*

NICOLAVS FRANCVS PONTIFEX. MCCCCLXXXXVI.

---

Ad medium ſacelli Sanctiſs. Euchariſtię altius cum fig. monumentum nobile.

NICO-

Digitized by Google

NICOLAO FRANCO PONTIFICI TARVISINO APOSTOLICIS LEGATIONIB. HONESTISSIME FVNCTO
HIERONYMVS CONTARENVS PRÆTOR
ÆRE PROPRIO EREXIT. MDI.

---

Ad D. Laurentij in marmorea Tabula eleganti.

D. O. M.

TEMPLVM HOC IN HONOREM S. LAVRENTII MAR. ERECTVM
AB ALBERTO RICCO EPISCOPO TAR. EX CÆMENTIS PALATII
GERARDI DE CASTELLIS DEIECTI FVNDITVS, ET SIBI A REP. TAR.
DONATIS SVPER FVNDO DOMVS BRANCALEONIS FRATRIS SVI
A GERARDO INTERFECTI SVMPTA AD HOC PORTIVS PARIETIAM
SVPER SOLO SVO CONSTRVCTÆ IN PIAM FRATRIS MEMORIAM.

A. D. MCCLXXXIII.
BERNAR. DE RVBEIS ITIDEM TAR. PON. CONSECRAVIT.
IIII. ID. AVG. MDI.
IN CVIVS REI MEM. BERNARDVS DE GASTALDIS
ECCL. VIC. PERPETVVS. CONGREG. CAPELL. PRIMIC.
TABELLAM HANC F. C.
A. D. MDLXIX. VICARIATVS VERO SVI XXXIII.

---

In eodem Templo S. Laurentij in fronte arę maioris lateritię hęc ſubſcripta comperi qua die deſtrui cęperat ad operoſiorem ex vario marmore conſtruendam. 6. Nouem. 1601.

*MDI. HAEC ECCLESIA CONSECRATA FVIT DIE X. MENSIS AVGVSTI*
*AD HONOREM S. LAVRENTII PER REVERENDISS. D. BERNARDVM*
*DE RVBEIS EPISCOPVM TARVISINVM.*
*NOMINA RELIQVIARVM HAEC SVNT.*
*SANCTORVM ROMANI, DIONYSII MARTYRVM, LEONARDI CONFESSORIS. MAGISTER ANTONIVS A GALLO AROMATARIVS AERE*
*PROPRIO CONSECRARI FECIT.*

---

Adhuc in Templo Epiſcopali deſuper, ad ſcalarum latus dexterum aſcendentium ad Corpus Domini, auratum marmor.

SACRATISSIMÆ EVCHARISTIÆ SACELLVM CVM
OMNI CVLTV EX PIIS EROGATIONIBVS FACTVM
BERNARDO RVBEO ANTISTITE OPT.
ANN. SAL. MDXV.



Digitized by Google

Eiuſdem Præſulis memoriam vltimam e Parmæ Templo cathedrali translatam pono.

BERNARDO RVBEO COM. BERCETI EPISCOPO TARVISINO
SVB LEONE X. PONTIF. MAX. VRBIS PRÆFECTO,
PAVLO POST VNIVERSÆ FLAMINIÆ PRÆSVL, BONONIÆQ; SIMVL
PROLEG. QVI SEDENTE CLEMENTE VII. ITERVM VRBIS PRÆF.
EAM SVA PRVDENTIA, ET INTEGRITATE EX SVMMIS BELLI CIVILIS DIFFICVLTATIBVS EXPEDIVIT,
AMPLISSIMA MOX EXIMIÆ VIRTVTIS PRÆMIA RELATVRVS,
NI MORS REPENTINA ANNO CHRISTI MDXXVII. CALEND. IVLII.
ÆTATIS SVÆ LVIII. CVNCTIS MOERENTIB. IPSVM PRÆRIPVISSET.

Non ab re equidem reor, ſubſtruam illud, quod in Ciuit. Belluni Templo Cathedrali, conciſum legi; cum iunioris huius præſulis dignitatem id, charitatemq; præmonſtret. nempe.

Prima huius ædis fundamenta Moyſes Buffarellus poſuit. Dein parietum latera Petrus Baroccius detulit. Demum his ſuffectus Põtifex Bellunenſis Bernardus Rubeus Parmẽſis Comes marmoream frontem, concameratosque tholi fornices extrema manu perfecit ære ſuo, annuoq; ad ſacra dicato.

---

Porrò legitur in viri huius clariſſimi Toreumatibus circa eius effigiem ſic inſcriptum. BER. RV. CO. B. EPISCOPVS TAR. LE. BO. VIC. GV. ET. PRÆ. ex altera autem parte, vbi mulier ſtans in plauſtro, manuque florem tenens, aquila, & dracone plauſtrum trahentibus legitur. OB VIRTVTES IN FAMILIAM RESTITVTAS. quemadmodum retulit hyſtoria Taruiſina.

---

Eiuſdem Epiſc. mem. etiam inter canonicorum nobilem depræhendas.

---

Penès pulpitum Concionantium ad Templi medium in baſi altaris Natiuitatis, actorum, & Mortis, & reſurrectionis CHRISTI Domini.

ANDRÆAS SALOMONO CAN. TAR. R. D. CAR. PISANO EPISCOPI TAR. LOCVM TEN. ET VIC. ANNOS XXII. ET VLTRA OFFICIO HONESTISS. FVNCTVS PIE EREXIT, AC DOTAVIT. MDLI.

Hic

Digitized by Google

*Hic, illic, in Epiſcopio ad fores ex marm.*

GEOR. COR. EPISCOPVS TAR.

Infra Capucinorum Templum extra vrbem ad primum lap.

TEMPLVM HOC IN HONOREM SANCTISSIMÆ TRINITATIS:
ET ALTARE MAIVS IN HONOREM B. VIRGINIS MARIÆ
REVER. D. D. GEORGIVS CORNELIVS DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPVS TARVISINVS CONSECRAVIT.
ANNO MDLXVIII. V. CAL. IVLII.

Penès aram magnam Templi Cathedr. vbi quieſcunt eiuſmet Ep. oſſa, hæc in columna altiùs ex Anaglypho.

GEORGIVS CORNELIVS PONT. TAR. GENERE, VIRTVTE, HONORE INSIGNIS
IN HVMILI ANTE ARAM SEPVLCHRO EIVS CINERES CONDI IVSSIT.
ANNO MDLXXIX.

*Vidori ad D. BONÆ Monaſterium, ibiq; etiam non longè.*

MARCVS CORNELIVS ARCHIEPISCOPVS SPALATRENSIS
SANCTÆ BONÆ DE VIDORO COMMENDATARIVS.

*Ne fraudetur interea ibi defunctus Abbas.*

SEP. SER. FRANCISCI DE RHODIGIO DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA ABBATIS MON. S. BONÆ DE VIDORO.

*Taruiſii ſupra Seminarij clericulorum fores.*

*CHRISTIANAE RELIGIONIS SEMINARIVM HOC*
*PIIS SEMPER STVDIIS PROTEXIT, ET AVXIT*
*FRANCISCVS CORNELIVS EPISCOPVS TARVISINVS*
*INQVE ILLIVS VSVM, ET COMMODVM*
*HAS AEDES EMENDAS, ET RESTAVRANDAS CVRAVIT.*
ANNO MDLXXXIII.

*Ad Diui Stephani altiùs ſupra ianuam.*

*FRANCISCO CORNELIO PONTIFICE TARVISINO*
*DE ECCLESIA BENEMERENTE.*



Digitized by Google

Eiuſdem Ep. digna memoria reperitur in conſecratione Templi Diuæ M. Magdalenæ, quam vide inter Monacorum mem. pariter in conſecratione T. Diui Pauli. Vide inter Moniaſ. mem. nec minus aliam in iactu primi lapidis Templi Sanctæ Mariæ Nouæ. Quam ſimiliter comperies ſuo loco inter Monialium mem. ne incaſſum toties repetatur.

---

Vita functo hoc noſtrorum dierum Prçſule Tar. S. R. E. Cardinali in Vrbe Roma: dum hic illi iuſta perſoluerentur, tale apponendum Epitaphium cogitaui.

FRANCISCO CORNELIO PATRICIO VEN.
S. R. E. CARDINALI AMPLISS.
DE TARVISINA DIOECESE AB ILLO, VELVTI A
GEORGIO PATRVO EPISC. SVIS RECTA, AT-
QVE ADIVTA LONGE OPT. MER.
CAN. COLLEGIVM. TOTA PRESB. FAMIL. VNIV.
DENIQVE CIVITAS ANIMIS LVGENT.
RELIGIOSIVS EREXERE
ANNO SAL. NOSTRÆ MDLXXX.

---

Lancenici ſupra Templi oſtium. Extra ad tertium lap.

D. O. M.

HIERONYMVS REIECTINVS EPISC. CAPRVL. HOC TEMPLVM DICAVIT CVRA, RELIG. MVNIFICENTIAQVE ZERBINI TRALAGNI SALODIEN. PLEBANI ACCERSITVS.
MDLXXXVI. DIE XXIV. IVNII.

---

Moliani extra ad VI. lap: ſuper Templi oſtio.

MDXCVIII. DIE XVI. IVN.

*AMPLISS. AC REVERENDISS. DOMINVS ALOYSIVS MOLINVS ARCHIEP. EP. TARVISIN. DEO OPT. MAX. ET DEIPARAE MARIAE VIRGINI TEMPLVM HOC DEDICAVIT, ALTAREQ; MAIVS CONSECRAVIT, APPOSITIS IN EO RELIQVIIS SS. MART. HILIANI, ET SOCIORVM NECNON MDIC. DIE XVIII. NOVEMB. MAIOREM CAMPANAM SVB NOMINE MARIAE BENEDIXIT. PRESBITERIS LAVREN. FERRATO, ET HIERON. CALIANO PLEBANIS.*

---

Nec reticebo, quod eo loci infra antiquum clauſtrum, quod erat (vt eſt, omne ius etiam) R. Monialium, quæ nunc Taruiſij S. Theo-



Digitized by Google

niſti, ibi antiquitus degentium: ad columellæ epiſtylium alabaſtrite id circiter eſt inciſum.

DOMINVS ✠ ADELARDVS CARDENALIS
hoc opus feci pro anima.... V. F.

Hic fuit ex nobili gente Catanea de Lendenaria, qui obijt anno 1325. vt mihi videre contigit apud Gaſparem Catan. legum DOC. nunc Taruiſij Proprętorem mei amantem nimis in eius antiquæ familiæ perilluſtribus Monumentis. MDCVII.

Taruiſij ad D. Nicolai ædes infra clauſtrum, ſub Epiſcopi ſtatua iconica, viuum illum inquam aſſimilante.

M. M. M. M. M.

*QVID vis viue? loqui defuncto. Siſte, quid vrges?*
*Quis ſit hic? Excelſi pars quotacumq; poli.*
*Quis fuerit? fuit ANGELVS. ex quo ſtemmate natus?*
*Ex CASARINIS ciuibus. vnde? ſolo.*
*Qualis? Mytratus. Cuias? CAPRVLENSIS. an iſtic*
*Vixerit? haud vixit? Quomodo? viuit adhuc.*
*Quì ſic? Quòd Fato nil dignum geſſerit. æuo*
*Grandis? dic quatuor luſtra, ſed adde decem.*
*Qua fuerit vita? ſancta. qua veſte profeſſus?*
*Hac, quæ fert ſummi myſtica verba Dei.*
*An tibi ſit præſens? præſens. quidnam velit? vnum,*
*Vt moriens diſcas viuere. Lector abi.*

Fr. Io. FRANCISCVS MARCHETI TAR.
ORD. PRÆD. OBSERVANTIÆ ERGO.

S. S. S. S. S.
M. D. C.

Et ne quid obſcurum adeo maneat, vt a nemine intelligatur dicam, ex Auctoris mente ſupra ſcriptos quinque characteres inferre.

*Mortalis Monumenta Monent Mentem Moriendum.*

Poſtremos verò. *Suo Sumptu Sepulchrum Struendum Studuit.*

Et nos ſic etiam, aperte tamen, luſimus quandoque: id pręſertim in Tyrocinijs noſtris expoſitis legitur regiſtratum.

Mor-

Digitized by Google

*Mortales Mortem Miſeros Memorare Morari.*
*Mortua Mors Moneat Morbida Membra Mori.*

Plures quidem aliæ Epiſcoporum arcæ operoſæ, elataq; altius marmorea Monumenta conſpiciuntur, auratis crucibus, tum gentilicijs inſignibus decorata (fuère etenim prædefunctorum EPISCOPORVM Taruiſij, vt ex hyſtoria liquet, Decades multę) quibus cum nulli videantur appoſiti characteres, nullam ego pariter defunctorum in ijs iacentium Antiſtitum faciam mentionem: quandoquidem illi, qui in operoſioribus tumulis extruendis tot potuère pecunias erogare, potuiſſent etiam ære pauco litteras, ſaltem paucas, ſuperaddere: quod cum neglexerint attrectare, & ego in his tacitus ad alia pertranſibo.

Ad hęc, ſi quis cupit Elogium Venantij Honorij Fortunati Taruiſini Epiſcopi Pictauienſis: illud inter poetarum rimetur: vbi & quędam Felicis Epiſcopi Taruiſini eius coæui: annum circiter chriſtianæ ſalutis. DLXX.

---

*Accedat coronidis loco Monumentis Epiſcoporum hoc vnum, quod iure, & meritò ad Hominum, atq; operum glorioſam memoriam excitauimus.*

TRES, ET VIGINTI DOCTRINÆ CHRISTIANÆ EQVITES ANTESIGNANOS PVEROS probatos inſtituit, cruceque argentea interim ſingulis ex dono tradita communiuit ALOYSIVS ARCHIEPISCOPVS MOLINEVS EPISCOPVS TARVISINVS Die XXII. Febr. Ad cuius nutum die prima Maij RAPHAEL INVITIATVS VEN. ZACYNTHI, CÆPHALENESQVE EPISCOPVS tunc Taruiſij commorans, XIV. Puellas in Sacroſancta hac Doctrina expertas Reginas dixit: & Regio vnamquamq; Diademate Decorauit. Die autem tertia Commemoratione Sanctæ Crucis conſpicua, idem EPISCOPVS noſter MOLINEVS XXIV. cuiuſq; ætatis ac gradus virgines Sanctę VRSVLÆ dicatas, deuotaſque ob id VRSVLINAS vocatas conſtituit: Sacratiſſ. EVCHARISTIÆ pabulo roborauit: illaſque nigro cingulo, albo cęreo, albo velo, CRVCIFIXI CHRISTI DOMINI ſolida imagine: Corona denique rutilanti inſigniuit, Quæ omnia expolitiſſima ad amuſſim ingenij ſui Oratione Virgi-

nitatis

Digitized by Google

nitatis Encomio, ciuibus innumeris, præter mulierum ingentem numerum in cathedrali Templo ad cæremonias confluentibus, perluſtrauit.

Anno à partu Virg. MDCIV.

Pro pueris autem Recitantibus ſic præſcripſeram.

*Non Martis, Phœbiuè Equites: ſed Chriſticolentum*
*Hi ſunt, Doctrinam qui cecinère ſacram.*
*Qui retulère tribus ſectis ea cuncta redacta,*
*A capite, à medio, poſt, prius, ante, retro.*
*Sit tibi, CHRISTE DEVS, laus, gloria: gratia nobis:*
*Noſtro & MOLINO Præſuli, honosq;, decus;*
*Reddidit hic etenim feruentem fertilis vſum*
*Huius Doctrinæ per ſacra Templa, domos.*
*Quinetiam per corda hominum, veluti puerorum:*
*Et famellarum, Virgineiq; chori.*
*Euexit teneros natos, fecitq; pericla.*
*Quos Equiteſq; creat, quis tribuitq; Cruces;*
*Quos inter Bonauentura (vnicus hic mihi reſtat*
*Poſt octo extinctos) condecoratur Agens.*
*Detulit vnde ſibi laudes quiſq; Angelus adſtans*
*Hos iuxta: grates carmine quiſq; & Eques.*
*Sit tibi, CHRISTE DEVS, laus, gloria: gratia Nobis:*
*Noſtro & MOLINO Præſuli, honosq; decus.*

Dum opus hoc meum ex ipſiuſmet Epiſcopi noſtri MOLINEI voluntate RAPHAEL, quem dixi, Epiſcopus zacynthinus tunc ſecum degens ad imprimendum luſtraret, moritur Venetijs hic noſter Præſul: Taruiſium aduehitur, effertur moerore publico die XXIII. Septemb. MDCIV. bina Oratione laudatus: ſit et in maiori cathedralis Eccleſiæ Baſilica tumulatur: in cuius funere ad thenſas innumera conſpecta ſunt Carmina: Ego, præter poetica, tale illi tunc. Epitaphium excitaui.


Digitized by Google

D. M. S.

ALOYSIO MOL. ARCHIEP. IADR. EPISCOPO TAR.
DOCTRINA, VITA, ET MORIB. SPECTATISS.
IN OMNIB. ADMIRANDO.
BART. BVRCH. PHYSICVS, DONEC ALIVD ALTIVS
DICETVR, PRAESVLI, AC PATRI OPT. H. MON.
CONSTITVIT.

---

Porrò operis iſtius mei viſio huiuſmodi publica ex hoc intercipitur: magis autem præſule Raphaele aliò ad alia reuocato: maximè verò ob italicarum rerum viciſſitudines, ac temporum, negotiorumq; varias reuolutiones.

Delector huc dignam reuocare memoriam antiquiſſimi Ciuis noſtri, qui ante annos 740. fuit Epiſcopus Mantuę, vt apparet adhuc in ordine Epiſcoporum omnium Mantuę infra Epiſcopium depictorum: vbi quarto loco ſic ſub Antiſtitis effigie ſcriptum eſt.

QVARTVS. IOANNES Enginulphus Taruiſinus Epiſcopus MANTVAE DCCCLXXII.

---

## EPISCOPORVM TARVISII,

ex quo habetur regiſtrum, Catalogus: nempe ab anno conciliatæ diuinitatis 390. ad hoc vſq; tempus.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Ioannes* | *Eccelinus* | *Albertus* | *Petrus* | *Petrus Riarius* |
| *Titianus* | *Arealdus, quem* | *Odoricus* | *Azzo de Mancis* | *Ioãnes de Sauona* |
| *Iocundus* | *Rholandum dicit* | *Tiſus de Vidoro* | *Petrus de Baono* | *Benedictus Vti-* |
| *Helmandus* | *Platina.* | *Nicolaus* | *Nicolaus Beruti* | *nenſis* |
| *Felix* | *Conradus* | *Gualterius, qui fuit* | *Lottus Gamba-* | *Nicolaus Frãcus* |
| *Ruſticus* | *Odoricus* | *Card.* | *corta* | *Bernardus de* |
| *Triuiſius* | *Gamboldus* | *Albertus Riccus* | *Iacobus* | *Rubeis* |
| *Fortunatus* | *Almericus* | *Thomas Trauerſari* | *Lodouicus Con-* | *Franciſcus Piſa-* |
| *Adelbertus* | *Gregorius* | *Henricus Tōtarenus* | *tarenus* | *ni Card.* |
| *Felix* | *Bonifacius* | *Tolbertus Calcia* | *Ioannes Bened.* | *Franc. Cornelius* |
| *Rozius* | *Blanco us* | *Preſau us Nouellus* | *ctus* | *qui fuit Card.* |
| *Almericus* | *Vldaricus* | *Acillus* | *Hermolaus Bar-* | *Aloyſius Molin.* |
| *Blanconus* | *Ottonus* | *Fandulfus* | *barus* | *Archiepiſ. Iadr.* |
| *Almericus.* | *Vbaldus* | *Caſtellanus Salomõ* | *Marcus Barbus* | *Franc. Iuſtinia-* |
| *Gregorius* | *Conradus* | *Vbaldus Gabriel* | *Theodorus* | *nus Abbas de* |
| *Roſaris* | *Ambroſius* | *Ioãnes Valabaile* | *Lodouicus Bar-* | *Buſco viuens.* |
| *Raynerius* | *Tiſus* | *Petr. Paul. de Coſta* | *bus* | |

Digitized by Google

# CANONICIS TARVIS. PRAEDEFVNCTIS

## BARTH. BVRCHELATI PHYS.

### APOSTROPHE.

O Sacrum collegium, & ſacrorum capitum normæ, regulæ, ac verè Canones, à quibus ſemper (quod in veſtrùm quoq; Elogijs clarè fit legẽtibus manifeſtum) Religio, pietas, iuſtitia decus, integritas emanauit: huiuſmodi precibus meis, rogo, porrigite nũc ſacras aures: ea quod à me ipſo conſequi valere non ſentio, veſtrum pijs, replicatiſq; Orationibus, vt ipſe conſequar, adiuuate: nempe, vt DEVS OPT. max. talem in me feruorem ad bene operandum excitet, ac immittat, quò & ego ex ordine omnia faciens, ſanctæ Religionis, pietatis, iuſtitię, decoris, ac integritatis meritum aliquando valeam adipiſci: & nedum voſmet hic in terris admirabiles videar imitari, verum etiam vt iuſtus tandem effectus, ac rectus corde, lætari poſſim in Domino, necnon beatifica Dei viſione ſimul vobiſcum deniq; perfrui mihi ab illo concedatur in cælis.

Canonicorum Tar. ex annorum ſerie Marm. Monumenta.

*Ferme in extremo Templi Cathedralis.*

MCCCXXX. INDICT. . DIE.... VENERABILIS VIR DOMINVS PRESBITER BENEDICTVS DE ROCO CANONICVS TARV.....

---

Marmorea Tabula in muro poſita, quæ prius è regione ſteterat, in capella Sanctarum Catherinæ, & Magdalenæ: quam cum altari ſuſtulit annis elapſis Reuerendiſſimus Apoſtolicus Viſitator.

*Stirpe notabilis, & venerabilis, atq; benignus*
*Gente LVCANVS, & Vrbe DECANVS in hac quia dignus,*
*De BRANCASECIS decoratus CANONE claro*
*Foſſus ab enſe necis iacet hic CONRADVS amaro*
*Prouidus in factis animæ quærendo medellam,*



Digitized by Google

*Hanc fore capellam ſtatuit procriminis actis,*
*Cui CATHERINÆ pia, MADALENÆq; Sacra MARIÆ*
*In titulum datur de uotum quod hic veneratur,*
*Prabendasq; duas ſuper hac celebrantibus ara,*
*Eccleſiaq; duos huic dedit Accolitos.*
*Annus erat CHRISTI ſortes mors cum tulit iſti*
*Mille trecentenus ſeptenus iam quadragenus.*
*Lux erat & plena ſeptembris quarta vigena.*

---

Secus ſiniſtram ianuam D. Liberalis.

✠ *Sepultura Reuerendi .... Petriboni Chanonici Trauiſini*
*Filij quondam Mag. Gerardi iobiſci de Montebelluna.*
*Qui obijt in milleſimo Tricenteſ. quinquageſimo indictione III.*
*Die XXV. menſis Aprilis in feſto Beati Liberalis.*
*Illorum Dominorum Preſbiterorum Prabendatorum huius Eccleſiæ.* CXIC.

---

*Ad radices graduum in fine Templi, vbi Canon. marm. effigies.*

HIC IACET EGREGIVS, AC VENERABILIS VIR DOMINVS ZANDONATVS DEL CORNO ARCHIDIAOONVS, ET CANONICVS TARVISII DOCTOR IN DECRETALIB. FILIVS NOBILIS VIRI DOMINI THOMASII DEL CORNO. QVI OBIIT PADVÆ DIE MARTIS, NONO MENSIS SEPTEMBRIS, M.CCCCXXVII.

---

*Penes ſcalas tendentes ad ſacrarium, circum circa ad oram cap.*

SEPVLTVRA NOBILIS, ET EGREGII VIRI DOMINI IOANNIS DELFINO DE VENETIIS Q. DOMINI FRANCISCI HONORABILIS CANONICI HVIVS ECCLESIÆ IN CANONICO IVRE PERITISSIMI. QVI OBIIT ANNO MCCCCXXXVI. DIE XIIII. IVLII. CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE. HOC OPVS FECIT FIERI DOMINVS GEOR. DELFINO EIVS FRAT. M.

---

*Ab hoc non longe. Sed attritum.*

IOANNI CHRISTOFORO FELETO TARVISINO ARTIVM ET DECRETORVM DOCTORI CANONICO ET EPISCOPALI VICARIO MCCCCLIII. XV. DIE OCTOBRES.

In

Digitized by Google

*In fine templi in ſacello D. Hieronymi: cuius iconis prototypum manu Laurentij Lotbi habemus pulcherrimum in noſtra porticu.*

DIVO HIERONYMO PRESBITERO
SIMON DE MONTONA IVRIS DOCTOR,
ET APOSTOLICAE SEDIS SVBDIACONVS,
AC HVIVS ECCLESIAE CANONICVS
SACRVM FIERI IVSSIT.
MCCCLX.

---

*Ad ara pedes ſtratum marmor effigiatum, & his litteris inſignitum.*

VENERABILI SACERDOTI NICOLAO DE MONTONA HVIVS ECCLESIAE CANONICO, SIMON DE MONTONA IVRIS DOCTOR: ET APOSTOLICAE SEDIS SVBDIACONVS NEPOS: ET SIBI, AC HIERONYMO, CAETERISQVE SVIS FF.
MCCCCLIX. DIE XI. MENS. AVG.

---

*Iuxta illud Canonici Feleti.* D. M.

BARTHOLOMAEO ROVERIO PONTIFICII IVRISCONSVLTO
CANONICO TAR.
SEBASTIANVS ROVERIVS FRATRI MERITISS.

---

*Ab hoc non longè attritum marmor.*

ANT. DE DVCIIS... CAN.. DOCTORIS. M. EXQV...
MCCCCLXIII. XIV. CAL. NOVEM. MORTI SVCCVBVIT

---

Eo loci exiſtunt ſepulturę aliquot nobiles Canonicorum inſignibus, figuris, & characteribus decoratæ: cæterùm adeo à frequenti calceorum attritu conſumptis, vt, nedum non legi poſſint, ſed vix ibi litteras extitiſſe compræhendatur.

---

*Ad D. Franciſci T. in Baſilica Decumana.*

LAVRENTIO LAVREDANO S.C.
DVM TARVISINAM PRAETVRAM GERERET DEFVN
CTO PETRVS LAVREDANVS F. CANONICVS TAR.
PARENTI DVLCISS. MOEREN. ET SIBI MON. P.
OBIIT MCCCCLXXV. PRIDIE CAL. MAR.


Digitized by Google

*Ad ſuperliminare ædis vnius canonicæ eiuſdem Can. mem.*

PETRVS LAVREDANVS CANONIC.
HAS ÆDES TVRPI SENIO CONFECTAS
ÆRE PROPRIO REPARANDAS, EXORNANDASQVE
CVRAVIT. M D V.

---

*Vltra medium Templi cath. exculptum, ac effigiatum probè marmor.*

MARCO SPINETÆ IVRIS PONT. CONSVLTO CANO-
NICO INTEGERR. GREGORII SPIN. CIVILIS, AC
PONT. IVRISCONSVLTISS. F. NICOLAVS
SPIN. FRATRI PIENTISS. B. M. V. P.
VIXIT ANN. LII. M. II. D. II.
VIRGINITATE CONSERVATA.
OBIIT ANNO SAL. MCCCCLXXIX. VII. CAL. SEXT.

---

Sapit naturam illius, quod legitur Romæ in Ara cæli, V;. Locus ſacer iuſſu Q. Bratoni Elephori. Fecit Q. Bratonius Paneſius Patrono Pio. vixit annos LXXX. Integer Integros.

---

Adhuc clarius Neapoli. ſ. Beatrix Gratiana parthenopea illibatam Virginitatem ſeruans recordata, q. mortalis erat ſibi tumulum hunc viua poſ. donec tuba cauet. MDXXIX.

*Ad D. Io. Baptiſtæ à Templo, vbi Canon. inciſus.*

VENERANDO DOMINO HIERONYMO DE BRAGIS
SVBDIACONO, ET CANONICO. MCCCCLXXXII.

---

*Iterum in Templo cathedrali iuxta primum ſcalarum gradum ad Sanctiſſ. Euchariſt. attritum marmor.*

FRANCISCO AB ANGELO TARKISINO CANONICO
PATRVO, ET AVVNCVLO PATERNAE PIETATIS
ANTONIVS AB ANGELO NEPOS.

---

*In ſacello B. Rochi, quod fertur, Tabella marmorea elegans muro inſerta.*

DIVAE MARIAE VIRG. MATR. SEBASTIANO, ET ROCHO.
PETRVS ALASTIS CANONICVS PELTR.
ET IN HOC SANCTISS. TEMPLO CANONICVS
HANC ARAM AERE SVO PROPRIO FVNDAVIT, DICAVIT, DOTAVIT.
RELIGIONI, PIETATI, AC BENEFICIO OBNOXIVS.
SIBI, EI, AC POSTERIS SEMPITERNAM MEMORIAM.
AN. CHRISTI NAT. MCCCCLXXXVI.



Digitized by Google

*Humi verò ad medium capellæ ſuper marm. ſarcophago.*

QVEM MANET HIC TVMVLVS TVMVLVM CONSTRVXIT, ET ARAM, ALASTIS PETRVS, DE GREGE ET IPSE PATER.

---

*Secus ſedile Prætorium non diſtans à ſcalis chori.*

FRANCISCO NOVELLO CANONICO TAR. LIBERALIVM ARTIVM, IVRISQVE PONTIFICII PROFESSORI HAEREDES EX TESTAMENTO POSVERVNT.

H. M. H. N. S.

M. V. IIII. VII. ID. NOVEMB.

---

*In extremis Templi Mon.*

MONVMENTVM FAMILIAE GVRIANAE DICATVM M. D. VI. IDIB. MART. ANDRAEAS GVRIANVS CANON.

---

*A ſiniſtris rotunda ſcala ducentis ad chorum.*

SEPVLCHRVM REV. D. FRANCISCI DE ACCIALIBVS CAN. TAR. MDXVI. II. AVGVSTI.

*Expectat viuum te Patria, Tumba Sepultum.*
*FRANCISCE ACIALE, hac ſerò, ſed illa citò.*

MDXVIII. Die XX. Aprilis.

*Ad Patriam citiùs veni, ſed ſeriùs ad te,*
*Tumba, tua, & Patria vota fuere rata.*

---

*In fine pulchri, depictiq; arte non leui, fornicis longioris, ſacelli B. Mariæ Virg. Annunciatæ ad ſacrarium marmor cum inſignibus valde nobile, muro alliſum.*

BROCARDVS MALCHIOSTRVS PARMENSIS CANONICVS TARVISINVS SACELLVM MARIÆ VIRGINI SACRATISSIMÆ DEDICATVM VNA CVM FORNICE, CÆTEROQ; ORNATV SVA IMPENSA FECIT BERNARDO RVBEO ANTISTITE TARVISINO BENE DE SE MERITO TVNC BONONIAM SAPIENTER, AC FORTITER PROLEGATO REGENTE.

ANNO DOMINI MDXIX. MEN. OCT. F.

---

*Ad aræ pedes infra columnulas, in buſto eleganti.*

MONVMENTVM HOC BROCARDVS MALCHIOSTRVS CANONICVS TAR. VNVS POST HOMINES NATOS INTEGERRIMVS VIVVS PAVCORVM EXEMPLO SIBI POSVIT. ID HÆREDES AC POSTERI NE SEQVANTVR CAVENTO.

Ad

Digitized by Google

*Ad arcam marmoream huius ſacelli.*

REVERENDVS BROCARDVS CANONICVS
VIRGINI DEIPARÆ DICAVIT.

---

*Patauij in ædibus Fr. Heremitanor. ex ſymbolo.*

FRANCISCO MALCHIOSTRO IVRISCONSVLTO
PARMENSI CLARISS. IN PATAVINO
GIMNASIO PROFITENTI.
SICCARII MANV CRVDELITER EXTINCTO BRO-
CARDVS MALCHIOSTRVS FRATER MOESTISS.
MDVII. DIE VII. OCTOB.

---

*Taruiſii in T. Cathed. in muro ſurſum poſt Organum ſpecioſum ſepul-
chrum his præcipue in auro clarum notis.*

BERTVCIO LAMBERTO
PRMICERIO TARVISINO PROT. Q; APOSTOLICO PLVRES AN-
NOS PONTIFICVM TAR. VICARIATV IVSTISSIME,
AC SAPIENTISSIME FVNCTO.
M. D. XXII.
DOMINICVS LAMBERTVS I. C. CANON.

---

*Patauij in Eccleſia fr. Heremit. D. Aug. ex ſymb.*

STEPHANO LAMBERTO Iō. Baptiſtæ Patricij Lucenſis Filio, Qui ob incredibilem morum, Et ſingul. ingenij præſtantiam aſſiduoſq; in ciuili ſtudio labores nulli vnquam, dum viueret creditus eſt Vitalis, Patauij defuncto.

*Parentes, Michaelq; Frat. moeſtiſſimi. Poſuerunt.*

Obijt XIIII. Cal. Maias M D L V I I anno æt. ſuæ climact. XXI.

---

*Taruiſii ad D. Petri T. cath. ante aram D. Iuſtinæ v. & m.*

IOANNIS NOVELLI PARM CANON. TARVISINI
PROT. QVE APOST. OSSA. M D X X V I I I.

*Ad*

Digitized by Google

*Ad ipſius ædes canonicas altiùs ſub podio.*

IOANNES NOVELLVS CANONICVS TARVISINVS
HAS ÆDES VETVSTATE CORRVPTAS
ÆRE PROPRIO RESTAVRAVIT.
VIII. AVG. ANNO M. D. XXII.

---

*Ad D. Io. Baptiſtæ, vbi fons ſacri baptiſmatis, ſupra ianuam introrſum ſcutatum marmor.*

TEMPLVM FORNICE CONFECTVM, RESTAVRATVMQVE
ÆRE PROPRIO FRANCISCI OLIVÆ PLEBANI
ANNO DOMINI M DXXXII.

---

Hic fuit ſubinde Canonicus, fuit & Ioan. Baptiſta Ol. iuriſconſ. Canonicus Tar. circa annum M D L X X.

De opere perinde ac de homine ſic aliquando Vincentinus Vonica poeta celebris.

*Templa dicata Deo ſunt hæc, Diuoq; Ioanni*
*Baptiſtæ: ſidei fons vbi clarus adeſt.*
*Preſbiterum decus hoc Franciſcus munus Oliua*
*Contulit inſtaurans Templa vetuſta piè.*
*Templo etenim veteri cernens inſtare ruinam,*
*Sedulus ære ſuo tale parauit opus.*

---

*Super ianua altera id legitur labefactatum.*

ANDRÆAS SALOMONIS CAN. TAR.

---

*Ad aram Canonici Salomonis in T. cath. in ſolo marm.*

Hanc Eccleſiam D. Io. BAPTISTÆ vndecumq; Sancti Præcurſoris Hyſtoria decoratam ſumptib. Reu. ac exc. D. Io. Baptiſtæ Oliuæ Can. & huius Templi Præſidis.

Ludouicus Flumicellus Tar. Pinxit.

Anno Dom. M D L X X.

---

*Secus pietatis aram ſupra ſepulchrum altiùs in pariete marmor æq;, ac elogium cum icone ſpecioſum valde.*

IVLIO

Digitized by Google

IVLIO ACTIONIO ADVOC. CAN. TARVIS. IN PHILOSOPH. STVDIIS, OMNIVMQ; LITTERARVM ET GRÆCÆ, ET LATINÆ LINGVÆ INTER NOSTRÆ ÆTATIS HOMINES CLAR. VIRO. QVI CVM PRÆSTANTISSIMÆ CVIVSQ; LAVDIS FASTIGIO CVMVLATVS, TOTIVS TARVISINÆ DIOECESIS ADMINISTRATIONEM GERERET, OMNIBVSQ; ADIVMENTO ESSE STVDERET, AD EVM PLERIQ; OMNES DOCTI, ET INDOCTI HOMINES, QVASI COMMVNE OMNIVM PERFVGIVM, AC PRÆSIDIVM CONFLVEBANT. MARCVS ANT. ADVOC. HÆRES EA, QVA DECVIT ERGA TALEM PATREM PIETATE MONVM. HOC FACIENDVM CVRAVIT. VIXIT ANN. LXIX. MENS. I. DIES XV. OBIIT MDLXVIII. ID DECEMB

---

*Hic quoq; Marcus Anton. fuit Canon. Taruiſ.*

---

*Ad Diui Franciſci in Templi medio. Raynald. Men.*

HERMANI DVO SVNT HIC PATRVVS, ET NEPOS, QVI LICET NON DIV VIXERINT, AT ITA TAMEN, VT SEMPER VIVERENT, OBIERVNT P. MDXI. S. MDLXIX. ABRIGHETVS CAN. TAR. POSTREMI FRATER M. P.

---

*Adhuc ad D. Petri in Capella, quam diximus. B. Rochi*

D. O. M. vt ferme in omnib.

IVLIVS ROVERIVS CANONICVS, NOBILISQ; TAR. OB. AN ÆT. SVÆ LXXII. MEN. VIII. AN. DO. MDLXXI. XIII. KAL. IVNII.

---

Inferiùs poſt inſignia in eodem marmore.

*Spero che nel gran dì l'Alma ritorni*
*A riueſtirſi il qui riposto velo:*
*Et tua mercè, Signor, drizzarla al Cielo*
*A miglior vita, & à più lieti giorni.*

---

*Monumentum Andreæ Zuchellij Canonici contingens chori ſcalas ſatis operoſum, hoc Hetruſco tetraſticho eſt inſignitum.*

*Qui ſtia, Signor, la mia carne ſepolta,*
*Fin che riſorga nel gran dì tremendo*



Digitized by Google

*Ne le tue mani, humil, lo ſpirto rendo,*
*Che il puro ſangue del figliuol ti coſta.*

---

*Ad D. Margaritæ infra clauſtrum in ſep. conditorio ad tempus.*

SIGISMVNDO BORGASIO CAN. TAR.
VIRO AD VNGVEM EXPOLITO
NODOSA ANTE DIEM PODAGRA CONSVMPTO
IOANN. TVRRIVS IVR. CONS. AMICO B. M. P.

---

*Ad D. Catherinæ ſolicorum ſepulchrum.*

AVRELIO SOLICO IVRIS CONS. FRATRI. NEC NON
PROGENITORIB. A PRIMO STIPITE CONSEPVLTIS RESTAVRAVIT
IVL. SOL. CAN. TAR. ATQ; ARTIVM, ET SACRAE THEOL. DOCT.
M. D. L X X V I.

---

*Ad D. Auguſtini ad baſim aræ B. Mariæ Virg. aſcend.*

BLA. GVILERMI FELTREN. DEC. DOCT. OLIM VIC. EPISCOP.
ET ECCL. RECT. NVNC CAN. TAR. AERE, ET STVDIO
RESTAVR. ANNO MDLXXXIX.

---

Eſt & aliud huius fratris Doc. Feltr. ex altera parte ad aram aliam.

---

Ad D. Theoniſti anno MDCII. tumulatus fuit Curtius Bambinus Canonicus Fanẽſis, Vrbanus homo: cui hoc diſtichon applicui.

CVRTIVS hic opere, & BAMBINVS ſimplicitate
Occidit: hinc FANVM, Fanaq; iure dolent.

---

*Dom ò ſtructum eſt illi pulchrum ſepulchrum, pulchrumq; ibi cæſum Elogium ad Diui Theon. ſecus altare Sancti Patris Benedicti.*

CVRTIO BAMBINO CIVI, ET CANON. FANENSI
ALOYSII ARCHIEP. MOLINI EPISC. TARVISI.
DOMEST. ET FAMIL. AC OB ILLIVS VIRTV.
AB EO MAX DILECTO S.
OBIIT. III. NON. IANVA. MDCII AETAS AN. XLIII.

---

*In porticu Templi cathedralis ad leones repoſi.*

AEMILIO PVLCINCI COM. IVR. VTR. CONSVLTISS.
CANONICO TAR. NECNON GEN. VICARIO EPISCOPALI
IN MEDIO MAGNOR. OP. GRANDIVMQ; EXPECT. DEFVNCTO.
FRANC. ET CAESAR AEQVE FRATRES, AC COMITES
HEV DOLENTES H. M. P. C.



Digitized by Google

OBIIT ANNO ÆT. S. XLV. CHRISTI AVT. MDCIII.
ET IN HVNC FOR. CONSANG. DE MONTONA SARCOPH.
EX EIVS TESTAM. TVMVLATVR.

---

*Occubuit poſtremò Eraſmus Fuſcus I. V. D. Nob. Tar. Archidiaconus in Templo cathedr. Tar. cui mihi tale cænotaphium proferre libuit, atq; illud hic cum Canonicor. Elogijs recenſere.*

LVCEM QVIS FVSCAM DIXERIT?
LVX FVSCA TAMEN.
ERASMVS FVSCVS FVLGIDVM LVCIS IVBAR OBFVSCATVR
IMPROVISVM, CONCIDIT IN OCCASVM.

*Nihilominus præ illius ſupremis Doctrinæ meritis, & Sanctitatis, vel in tenebris lethi lucet.*

IMO

CORAM Fulgentiſſ. SOLE CHRISTO DEI FILIO
FVSCVS HIC Glorioſus IN Æternum Fulgebit.

Obijt anno D. MDCXII. VI. Aug. Ætatis verò XLIIII.

# RELIQVO PRESBITERORVM

Cætui, Præbendatis inquam, Manſionarijs, Capellanis, Curatis, &c.

BARTH. BVRCHELATI PHYS. APOSTROPHE.

QVorumnam autem magis ego deuotas preces humilis implorabo, quàm veſtrûm illas frequentes, feruentesq; adeo, ò ſacra capita? ſiquidem hic in terris continuè ſacra officia diligentiùs recitaſtis, rem diuinam feciſtis diebus non intermiſſis: ſacroſanctaque Sacramenta ſumma deuotione, non minoriq; charitate aſſiduè adminiſtraſtis; quapropter familiaritatem non modicam cum Chriſto Domino piè credimini arctiùs contraxiſſe. Rogo vos igitur, ac obteſtor, ò amicæ animæ, vos præcipuè ſacroſanctæ Congregationis participes, veſtris pijs interceſſionibus ita agite

te apud ſeruatorem IESVM, ſpem meam vnicam, ac ſecuram, vt quandoque ſentiam me tactum dolore cordis intrinſecus in talem modum: vt, via veteri aliquando tandem relicta, viam ſalutis indubiæ me comperiam iniuiſſe, in illaq; nihilum deuiantem continuata deuotione vſque in finem perſeuerare. Spero vtiq; vos id acturos: veluti ſpero illum vos auditurum, ac, ò vtinam exauditurum: propterea rogo, ac obſecro, vt veſtrum omnium deuotum, ac obſeruantem hominem, ſi quis eſt alius, attentis auribus auſcultetis, illi iteratis precibus faueatis, eumq; ad vos breui tempore venturum tutiùs expectetis, atq; ò vtinam, expetatis.

## Cæterorum Sacerdotum Sæcularium Monimenta.

### *In templo cathedrali.*

IOANNI BAPTISTÆ ALMERICO MANSIONARIO, ET SCHOLASTICO ECCLESIÆ TARVISINÆ RARISSIMO. FRANCISCVS CAVSINVS SORORIVS PIIS, ET SIBI SVISQVE F. MDIX.

---

H. M.

M. ANT. NARVISIA HVIVS ECCLESIÆ MANSIONARIVS, PARENTIB. PRÆDEF. SIBIQVE V. P. C. MDLXXIX.

---

SEPVLCHRVM R. PRÆSBITERI SIMONIS RIGHETTI, SVORVMQVE HÆREDVM. MDLXXXV.

---

*Ioannis Lazauæ Presb. mem. vide inter milites.*

---

D. M.

BENEVENVTO TVRRIO P. V. P. AD EXTREMAM DIEM. MDLXXXVIII.

---

CHRISTO DEO.

Pro Reu. Presbitero Hieronymo ab Eccleſia Cyprio.

*Ecce venit tui amans HIERONYMVS, alme Redemptor,*
*Ad te, quò meritam deferat vnus opem.*
*Vnus opem meruit diuinam: quippe docendo,*
*Viuendo, orando, munia ſumma tulit.*
*Doctrinam pueris prior omnibus indidit auream*
*Ipſe tuam: Euexit, ſuſtulit, auxit eos.*
*Oramus certè pro illo, nam neſcius eſto*
*Quisq; Deo gratus ſit modò in his tenebris;*
*At magis oramus pro nobis carus vt oret.*
*Te miſeris; illi, miq; benigne, faue.* B. B.

S. T. T. L.

Tumulatur Quinto id. Apr. MDCII.

Terribili ſuborta non minùs, quam improuiſa temporis procella.

D. M.

ANTONIO RHOLANDELO SACERDOTI DIVINI VERBI STVDIOSISS. DOCTRINÆQ; CHRISTIANÆ VERBO, AC OPERE SEDVLO EXECVTORI IN MEDIA PALESTRA, EX EIVS INSTITVTO, DEPOSITO, DVM ANNVM ÆT. VIX XXXV. ATTIGISSET. PARENTES, FRATRESQ; MOESTISS. PP.
ANNO DOM. MDCII. M. SEPT.

*Infra Canonica in paruo templo D. Nicolai.*

IOANNI LILIO SACERDOTI, ET MVSICO OPT.
QVI ANNVM AGENS XXVIII. OBIIT.
IN SACELLO CVI PRÆERAT NIC. FRAT. PIIS HOC M. F. C.
MDXLVIII. IV. ID. IVLII.

*Ad Diuæ Mariæ IESV. ad Templi medium.*

MARCO ANT. GAMARINO PRESB. ADMOD. EXEMPLARI.
TVM DE RE LITTER. ET DE FILIOR. INSTIT. OPTIME MERITO
BARTHOLOMÆVS BVRCH. PHYS. AMICO SINGVLARI
HOC MONVM. DESTINO. MDIC.

Ego idem de illo, hoc tetraſt.

*En moritur GAMARINVS, homo celeberrimus arte*
*Rhetoricæ: & Phœbi, Caſtalidumq; lyra.*



Digitized by Google

*Quid mirum? mala ſors, mala mors rapit omnia, verſat*
*Omnia. iam valeant omnia. Amice, vale.*

In eiuſdem obitu Nicolai Mauri, I.C. Epigramma.

*Quem placidus genuit SILIS: quem blanda puſillum*
*Calliopes aluit, pauitq; Heliconis in vndis*
*CANCER, ad Aethereos nunc eſt ſublatus honores.*
*Inuida Mors rapuit: Morti ſed clarus Apollo*
*Eripuit, ſtatuitq. fore hunc venerabile ſignum*
*Muſarum agricolis, quo fructus tempore quiſq;*
*Colligat, & docta ſoluat ſua dona Mineruæ.*

*Ad* D. *Margaritæ ſecus capellam Sancti Nic. de Tol. paruum marmor.*

Presbiter Parentinus, & D. Lucia hanc capellã conſtrui fecerũt.

*Ad Diui Pauli Templum Monacarum.*

VENERAN. SACER. D. BERNARDINO CAPVENSI
HVIVS ECCLESIAE CAPELLANO,
ET SIBI, ET SVCCESS. HIC CVRAM AGEN.
V. R. MONIALES PIE CONSTRVI IVSSERVNT.

*Ad* D. *Mariæ Nouæ Templum Monacarum.*

REVERENDI, ET OPT. VIRI D. TIBVRTII DE RVSCONIBVS
CIVIS BRIXIAE HIC OSSA QVIESCVNT.
QVI OBIIT. MDLXXIII. DIE......

*Ad* Diui *Martini ante aram priorem.*

SEPVLTVRA OMNIVM PRESBITERORVM SANCTI MARTINI.

Poſteaquam mutatus eſt iuriũ huius Templi Dominus inuertitur illud, ac reformatur deniq; & hoc ſep. ante aram magnam ſibi parat parocus, ac in eo poſt menſes paucos tumulatur.

Sep. R. D. C. Hier. Berlo cenet. vlt. huius Eccleſiæ curati & ſuorũ Parochialium tantum hic admitti volentium. Anno MDCXII.

*Ibidem ad aram B. Rochi. ſed mox euerſam, & in mel. f &c.*

MCCCCLXXIX. die 24. Menſis Decemb. Tempore venerabilis Preſbiteri IOANNIS VIZARDI Capellani Eccleſiæ S. Martini factum fuit hoc opus.



Digitized by Google

*Ad Diui Laurentij cenotaphium.*

D. M.

Templi huius Rector, & R. Congregationis Primicerius ſibi, Poſteriſq. ſuis Bernardus de Gaſtaldis Tar. fieri mādauit. MDXLVII.

---

Ibidem. PRESBITER PASCHALIS A PORTV HVIVS TEMPLI RECTOR SIBI, PARENTIBVSQ; SVIS, HIC SINGVLIS ANNIS ANNIVERSARIVM CELEBRANDVM INSTITVIT.

ANNO DOM. MDLXXVIII. IDIB. IANVAR.

---

*Ad Diui Michaelis T.*

PRESBITER MARCVS CVM IRATVS HVIVS TEMPLI RECTOR SIBI, ET LAZARO NEPOTI, AC POSTERIS.

QVANDO OMNIB. IS VIT E EX TVS.

MONVMENTVM FIERI IVSSIT.

ANNO DOMINI MDLVI. MENSE IVNII.

---

*Ad D. Viti Eccl. ante aram primam.*

S. REVER. VIRI D. PETRI DE CARIOLA PRIMICERII TARVISINI, ET RECTORIS HVIVS ECCLESIÆ. MCCCXXX. I. DECEMBRIS.

---

*Iuxta parietem capellæ Sanctiſſimi Crucifixi.*

D. M.

VIRO HVMANISSIMO, ET SACRÆ THEOLOGIÆ DOCT.
DOMINO MARCO DE CIVRANO HVIVS TEMPLI RECTORI,
ET TARVISINO PRIMICERIO,
IOANNES NEPOS, ET SIBI, ET SVIS.
QVI OBIIT MCCCCLXIII. DIE XVIII. MENSIS SEPTEMBRIS.

---

*Ad D. Bartholomæi circa clerici effig. ex marm.*

HIC IACET VENERABILIS VIR DOMINVS PRESBITER MICHAEL DE MARTELAGO OLIM RECTOR ECCLESIÆ SANCTI BARTHOLOMAEI DE TRIVISIO.

QVI OB. DIE XXII. SEPTEMB. MCCCLX. ET HOC ALTARE DOTAVIT.

Digitized by Google

*Ad aram D. Euſtachij ſtat hæc memoria R. Presb. D. Bartholomæi Palazzoli ibi præbend.*

Ære PALATIOLI, EVSTATHI, tibi ponitur ara,
*Tu meritis faueas, & prece, Diue tuis.*

Moritur hac æſtate 1615. atq; per Gaſtaldiones magni Hoſp. illi ſufficitur R. Pr. Ioannes Bigulinus.

---

Arſenius Palat. huius frater I. C. def. Aurelius iſtius fil. art. & med. Doc. ac Eques viuens.

---

*In eodem T. ad med.*

DIONYSIO LANFREDO MONTISBELLI IN ROMANDIOLA NATO HVIVS ECCLESIÆ PATRONO PERPETVO, AC SVCCESSORIBVS.
M D C I I I. Obijt MDCXI. men. Oct.

---

*Ad D. Auguſtini T. effigiatum marmor.*

SEP. DOMINI PRESBITERI STEPHANI DE ALBANIA RECTORIS ECCLESIÆ SANCTI AVGVSTINI DE TARVISIO PRO DIMIDIA. ab.

---

S. PRESBITERI IACOBINI DE SER PETRO DE MIANIS, ET VOLENTIVM SECVM SEPELIRI. ab.

---

*In ſepulchro circa inſignia.*

DE NAZANIS. Quod extruxit Præſb. COSMVS.

---

In podio cæmeterij ſub dio marmor diſſectum, vt apparet antiquum valde: mendis ſcatet.

✠ *Hic Tumulatur, & vermibus eſca paratur.* ab.
*PAX pacis factor, pacisq; verus Amator.*
*Virtutibus pollens, placidiſq; moribus ornans,*
*Eccleſiæ ſancti AVGVSTI presbiter aſtans.*



Digitized by Google

*In baſi altaris Sancti Iacobi. &c.*

IO. BAPTISTA GVILERMVS FELTR. DEC. DOCT. BLA. GERM. FR. ECCLE. RECT. PROPRIIS SVMPT. RENOV. ANNO DLXXXIX.

---

Non longè, ad parietem.

*ADOLESCENS, Quid luctantes Genij faciant, vide.*
*Philoſophiæ ſtudium, ea corporis diſcraſia.*
*Vicit hæc. Contabuit, occidit.*

SEBASTIANVS TVRCHETTVS CLER. MARCI ANT. F. VN. ANN. agens XXIII. Anno Do. MDCI. D. XXVII. DEC.

---

*Ad D. Leonardi ante aram S. Franciſci de Paula.*

IOANNI, Gaſparinæque parentibus colendiſſimis GALEATIVS ſacerdos huius ſacratiſſimi ſacelli Rector conſtituit. MCCCCXCII.

---

Eſt Balthaſſariorum ciuium, Tabellionumque ſepultura inter quos fuit noſtro æuo Ludouicus Medicus phyſicus, & hic Venet. probatiſſ. cuius fratris ENSEDISII IOANNES FIL. Hoc anno MDCVI. Medicus euaſit optimæ ſpei.

---

*Ante aram D. Leonardi, prius hic legemus ex marm.*

R. D. PR. BARTHOLOMEVS SAPA RECTOR ISTIVS ECCLESIÆ, AC VEN. CONGREGAT. PRIMICERIVS S. D. N. PP. ACCOLYTVS ET CAPELLANVS SIBI, SORORIQ; IOANNE, AC SVCCESS. V. CONSTRVXIT. MDXXVIII.

---

*Hoc autem abraſo iſtud nunc eſt repoſitum Epit.*

Hanc ſibi BERNARDA poſuit de gente Sacerdos
Vrnam AVGVSTINVS, Præſulibusq; ſuis.

MDXCVIII. V. KAL. DECEMB.

---

Ad D. Pancratij T. Bernardini Riuerij præbendati T. cathedralis, huius Eccl. Rectoris, Ioannique Iacobi Fr. eius, & Hær. ſuor. oſſa.

Digitized by Google

oſſa hic Quieſcunt. Reſtaur. a Ioann. Riuerio Rectore Anno MDCXIII.

---

*Ad D. Agnetis ante aram Ma. in rubro quadrato marm.*

CLERICORVM.

*Ad Monacas, vulgo conuertitas, ad Templi med.*

SEPVLTVRA PRRESBITERORVM

---

*Ad D. Theoniſti in pago campi Crucis.*

SILVESTRO CARRAR. C. T. AC PLEBANO OPT.
PORTÆ INSVPER INSIGNI, DE BONO OPERE LAPIDATO.
RVSTICOR. QVIPPE FVRIIS PERFOSSO, TRVCIDATO,
DEMVM TVRBIDÆ AQVÆ FOVEA SVBMERSO.
PROH DOLOR.
FRATRVM, SORORR. MATRISQ; DEPLORANDA CALAM.
BARTH. BVRCH. PHYS. HOC AMORIS, AC NECESS.
TESTIM. MOERENS POS.
MDXCIII. CAL. DEC.
VALE ANIMA TENDICVLIS OMNIB. EXPEDITA.

---

*Sed reuertamur non leui de cauſa ad T. Diui Auguſtini.*

Huc appulerũt ante paucos annos Reuer.^{mi} illi Clerici Somaſchi, ita dicti à quodam loco Comitatus Bergomenſis, vbi originem ſumpſit hæc Congregatio, Communioq; Presbiterorum, quam ſane inſtituit ante annos ſeptuaginta Hieronymus Æmilianus Patricius Venetus, vir inter Religioſos Religioſiſſimus, ac ſingularis. hi ſeſe receperunt, imò recepti ſunt, infra ædes D. Auguſtini, vbi Templũ eſt parochiale: ſtudio quippe, ac diligentia Illuſtriſſ. ac Reuer. præſulis noſtri Aloyſij Molinij, animarum noſtrarum bono continuè conſulẽtis. Hi Reuer. Patres, ſex, vel octo, plures etiã quandoque, benè, quinimò peroptimè ſanè debitum ac officium exercent ſuum: miſſas celebrant tres, & quatuor ordinariè, cum priùs diceretur vix vna per diem; recitant horas Canonicas in choro ſibi ſupra



Digitized by Google

decumanam portam extructo apertis ianuis à mane ad veſperas: adminiſtrantes ſacramenta, audiendo ſedulò confitentes, confeſſos ſacratiſſimo Chriſti corpore, præſertim quolibet die Dominico, publicè communicãdo: infirmos, maximè viciniæ, inuiſendo, illiſq; Sanctiſſimæ Euchariſtiæ pabulum ſumma diligentia, mirabilique deuotione afferendo: cæteraq. expediendo, quæ ex vſu ſunt Eccleſiæ cuiuſq; parochialis. Ad hæc Oratorium penès illos ſtatis diebus exercitum, ab illuſtriſſ. Antiſtite eſt inſtitutum. Docent quinetiam iſti Patres, legunt, prælegunt, declamant publicè concionantes; Reuerendarum Monialium etiam, ex Reuerendiſſimi Epiſcopi inſtituto animarum curam exhibent ſedulam, adeo, vt bonum, atq; optimum de ſe ipſis odorem in hac Ciuitate mittat hæc nobilis, deuotaq; Congregatio: in cuius ædium ſuperliminari hę duæ viſuntur deſcriptæ lineæ.

COLLEGIVM CLERICORVM REGVLARIVM CONGREGAT. SOMASCHÆ. MDXCVIII. MAII. VIII

*Cæterùm de hac venerabili Somaſchenſi Congregatione eſt, vt legatur liber integer tribus diſtinctus, anno* M D C V. *editus ab admodum R. P. Andræa Stella Veneto ex his vno, eoq. præcipuo ſed & nunc Generali, cum huiuſmodi titulo.*

LA VITA DEL VENERABILE SERVO D'IDDIO IL PADRE GIROLAMO MIANI NOBILE VENETIANO, ISTITVTORE DE GLI ORFANI, E D'ALTRE OPERE PIE IN ITALIA: E FONDATORE DELLA CONGREGATIONE DE' CHIERICI REGOLARI DI SOMASCA. CON GLI PROGRESSI DELLA STESSA CONGREGATIONE.

Fr. Hieron. Capugnanus in Itinerarij Italici parte 1. pag. 127. vbi, de agro Comenſi, & Bergomati, &c.

Hinc ad montana pergens Somaſchæ pagum amœno ſitu inuenies, & illuſtrem exordio Patrũ Clericorum Regularium, qui a loci nomine Somaſchi nuncupantur, quiq; Eccleſiæ Dei multimode inſeruientes, certam ſuam faciunt vocationem.

---

*Migrauit ad Dominum his diebus ex illis vnus, quem malignè febricitan-*

tem

Digitized by Google

*tum inuiſimus tres Medici Tar. tum Moratinus Ven. Quapropter ego Patri B. M. ſic inſcribendum putaui.*

SANCTO FERRO VEN. SOMASCHENSIS FAMIL. DECORI EXIMIO SANCTIMONIALIVM A SECRETIS SACRAMENTALIB. QVIN ET OPTIMATVM SÆCVLARIVM, TARVISII VITA FVNCTO. BARTH. BVRCHELATVS PHYS. CONFESSARIO SVO MÆRENS POS.

Obijt florenti ætatis ſuæ, ac ſtudior. anno XLIV. Domini verò MDCXII. XV. Kal. Martij.

---

Poſtremo hoc anno MDCXV. dum hi Reuerendi Preſb. tollerent aliquantiſper Templi ſolum, & illud laterib. diſcolorib. ac marmoribus decorarent, remotis quibuſdam antiquis, disfractiſq; monumentis, alia ſuffecerunt noua: hæc inter illud præcipuum, cuius hæc inſcriptio ante aram primam.

CLERICORVM REGVLARIVM CONGREGATIONIS SOMASCHÆ. MDCXV.

---

Excitatum eſt ibi iiſmet diebus marmor presbiterale, quod vix audeo regiſtrare, cum tempus nondum aduenerit inſignitum: eſt etenim MDCXVI. Typographorum hic certè eſt mos, inſtantem annum reponere in fronte operum, quò recētiora videantur, & propterea acceptiora, non autem lipothomorum: niſi forte inhiantiū lucro, cum ſinguli inſculpti characteres illis ſingula ſint dipondia, an malluit ſic inſtituens, abhorrens antiquitatem? aſt quis illi recepit vitæ venturum annum, vt huiuſmodi mendacium ſubuenturi temporis curriculo obnubiletur? at at, admotis ſpecillis cerno literam ex X in C, non ita bene tranformatam, reliquas autem antiquitatem ſeruare: inſcripſerant enim prius maiores ſui MDXXVI. quod X in C. Mutata, euaſit MDCXVI. ſic igitur ſtat Epitaphiū.

PRESBITERI ALOYSII TARDIVELLI, ET SVORVM HÆREDVM. MDCXVI.

---

Complacuit ſibi admodum Reuer. Presbiter Gaſpar Ancar[illegible]us Sancti Pelagij nunc Præpoſitus, Diui Pancratij prius, opus hoc noſtrum ſuo carmine cohoneſtare: quare & mihi complacui id hoc loco reponere ad eius perenne decus: atque illi inſuper reſpondere.

Ode Gaſparis Ancarani
Ad Excellentiſſ. D. Bartholomæum Burchelatum phyſicum.

*O vir excelſo rutilans vbique*
*Ritè ſplendoris radio superni*
*Vnde lætatur Iouis, ac Mineruæ*
Inclyta proles.

*Quis prior cœlo, Patriamq. Ciues*
*Vexit extento, charitumq; ductu?*
*Quiſvè vecturus meritis honoris*
Vixerit vnquam?

*Tu decus magnum, Patriæq; Numen.*
*Viuito felix, bene namq. vitam*
*Exarant, degas, duplicantq. Muſæ,*
Tu ſuper omnes.

*Promptus es Vates, precioſa quæque*
*Vrbis antiquæ, Proceresq; Nymphas*
*Voce facundus, calamoq; ducens*
Cuncta ad olympum.

*Solus extollis ſuper astra lætas*
*Fluminis clari Silis vſque ripas,*
*Nobilis Phœbi medicans alumnus.*
Carmina iungens.

*Iam viri illuſtres meritò canentes*
*Laudibus talem, ſimul & Poetæ,*
*Atq; conciues, quibus ille donat*
Tanta, celebrent.

*Vos vt excelſos tulit arte, niſu*
*Aeneam vati ſtatuam refertam:*
*Munere inſigni Aonidum, perenne*
Tollite in æuum.

Admodum Reuer Sacerdoti Gaſpari Ancarano
Bartholomæi Burchelati phyſici reſponſio,
æquata lance.

*Gaſparis dignum videor mereri*
*Canticum magni: bene tangit ille*
*Tam ſui plectri, reboante, chordas*



Digitized by Google

Calliopēa.

*Quare Ego, indignus licet vſq; honore*
*Præmio celſæ ſpecioſitatis,*
*Suffero, & laudo genus id canendi.*
Et ſimul artem.

*Reddo tum grates, nimis, Ancarano,*
*Efferat quamuis humilem poetam,*
*Si licet verſus quatuor notantem*
Ferre poetam.

*Aio me & ciues voluiſſe noſtros*
*Tollere, & iurè, hoc opere ante natos,*
*Atq; viuentes, meritant id, Vrbis*
Deniq; cuncta.

*Si modo quicquam male complicatum*
*Pagina hac noſtra diuturniore,*
*Suſtine, & dicas, bene cuncta ferre*
Non valet vnus.

*Vnus humanis, foris, vt domiq.*
*Actibus totis propè tractus horis,*
*Vndecim tollens: ſimul & medellam*
Vndique præſtans.

*Gratulor, Gaſpar, tibi, ruſticaris*
*Quando, cum ſcribas, ſtudeasq; ſolus:*
*Et Deo cures animam referre*
Labe ſolutam.

Digitized by Google

# RELIGIOSIS FRATRIBVS,

## SEV MONACIS CLAVSTRALIBVS

Quorumcunque ordinum.

BARTH. BVRCHELATI PHYS. APOSTROPHE.

ECquis noſtrum vos non ſuſpiciet? Patres admodum recolendi, veluti & admirandi, Ecquis veſtrum implorare auxilium recuſabit? Religioſi clauſtrales, ac cęnobitę, Baccalaurei, Doctores Theologi, Concionatores, Rectores, & reliqui cuiuſuis inter vos gradus, hac vita functi, cęleſteſq; manſiones iam aſſecuti? Vos, qui continuè in ſacroſanctis miniſterijs conſiſtentes, pro defunctorum ęquè, ac viuentium ſalute die, noctuq; perpetim laboraſtis in terris? Orate adhuc, rogo vos, Fratres pijſſimi, obteſtamini inquam ſupplices Patrem omnium Deum opt. max. vt, dum in eo à vobis iam his in Templis, ac cęmeterijs continuato miniſterio pro nobis veſtrum benefactoribus, pro hac ciuitate veſtrorum ordinum fautrice, ſedulà magno feruore perſeueretis in cęlis, quas meritis noſtris dignè, aut quidem congruè, conſequi non valemus, precibus veſtris aſſiduis, ac multiplicatis, IESV CHRISTI Aſſertoris noſtri gratiarum promiſſionibus digni aliquando efficiamur, per eundem, qui viuit, & regnat Deus in ſęculum ſęculi, & in diem ęternitatis.

*Ad Canonicorum Regularium Lateranenſium ædes, ſub titulo Sanctorum Quadraginta.*

D. O. M. S.

PRÆLECTORI PVBLICO PERINDE, AC PRÆDICATORI PRÆCIPVO PENITVS SINGVLARI D. CYPRIANO IAMBELLI VER. CANON. REG. TARVISIO ADDICTO ADEO, VT ILLVD PATRIAM SVAM VOCARET.

Digitized by Google

HIC SIBI MINIME parcens, vt alijs prodeſſet, interdiu extra, noctu autem infra parietes, ſemper operans, ad proximi ędificationem non minus, atq; ad ſui nominis immortalitatem plura typis expoſuit admiranda: plura adhuc forſitan exponenda relinquens, cum Quadragenarius occubuerit inſperato.

BARTHOL. BVRCHELATVS PHYS. AMICO ADM. NECESSARIO OBLECTATO INSVPER, INTER EIVS ACADEM. CONSPIRANTES CVPIDO AVT. INTER SOLICITOS TARVIS NOS. Inuaghito. Deſioſo.

*DE cunctis optimè merito, æqui boniq. conſulens.*

MON. DICAVIT.
ANNO AB ORBE RED. MDXCVII.

---

*In ſuperliminari Eccl. D. Mariæ in Bethlem.*

CANONICI REGVLARES LATERANENSES
SACELLVM HOC VETVSTATE LABENS
DE SVA PECVNIA REFECERVNT.

---

*Poſtremò infra nouum Templum Sanctorum XL. ante aram Decumanam in nouo ex rubeo marmore exciſo ſep. iſtud legitur epitaphium.*

CANONICOR. REG. LATE. QVIES.
PETRA CHRISTVS TEGAT NOS.
S. XL.
ANNO DOMINI MDCXIII.
D. VALERIO BELTRAMINO TAR. PRIORE.

---

Ad D. Marię Maioris Templum Fratrum Canonic. Regul. Sancti Saluatoris de Venet.

*In amplò eorum ſepulchro ante altare maius.*

QVOTIDIE MORIMVR.
M D L VII.

---

*De Reformatione Eccleſiæ ſupra portam maiorem in marmorea tab.*

ÆDES

Digitized by Google

ÆDES VIRGINIS SACRÆ PRIVS HVMILES VETVSTASQ;
AD HAS MOLES
INGENIO, ET CVRA IACOBI MAVROCENO TARVISII PRÆTORIS
PRÆFECTIQ; IVSTISS. REDACTÆ SVNT.
ANNO SAL. MCCCCLXXIIII.

De eiuſdem T. conſecratione mem. vide ſupra inter Epiſc. mon.

*In fronte ſacræ Turris pulchrum marmor.*

ARCIS NOSTRÆ TVTELÆ INDVLGENTIA SACRI SENATVS
EX PVBLICO CONCESSVS LOCVS
OB FIDEM INCOMPARAB. CANONICORVM D. SALVATORIS.
IACOBO TRIVISANO PRÆTORE TAR. PROCVRANTE.
M. D. X. VI.

*Ad D. Nicolai T. Fratrum Prædicatorum, ordinis inquam Dominicani, in primo clauſtro infra Capitulum in ingreſſu a dextris.*

ANNO DOMINI MCCIII. Pro totius mundi vtilitate, Deo miſericorditer largiente, ac B. Maria deuotis precibus impetrante incæpit ordo Fratrum Prædicatorum in partibus Tholoſanis ſub B. Dominico Hyſpano, tempore Innocentij PP. III. anno Pontif. ſui VI. Quibus Fratribus a Domino congruum, & conſonum nomen impoſitum fuit, vt Prædicatores veritatis nominarentur, & eſſent. Quibus etiam Fratribus Prædicatoribus.

Beata Virgo Maria habitum S. ordinis tribuit.

*A ſiniſtris autem ſic legitur.*

ANNO DOMINI MCCXXI. FRATRES PRÆDICATORES PRIMO TERVISIVM venerunt, & eodem anno Communitas Teruiſij eiſdem ædificauit Conuentum Sancti Nicolai, in quo nunc ad laudem Dei, & ſuæ Matris Virginis glorioſæ, & Beati NICOLAI, ac vtilitatem populi Teruiſini commorantur. Anno autem MCCCLII. fuit depictum præſens Capitulum per Thomam de Mutina Pictorem.

In Templo altiùs, ſub Horologio tetraſticum admir.



Digitized by Google

*Quando ſpem Hora moratur, ac dolorem,*
*Et læto fugit atq; pertimenti*
*Menſu fallitur ægra mens eodem,*
*Ergo hoc munere ſanior fruatur.*

*Prior. Mag. Io. Franc. de Beatis, Veneto.*

MDXXI. Nouembr.

*Et alibi vlteriùs Prioris huius Cænobij mem. grauem cernes.*

---

*In Capella ante aram ſub magno Campanili Epitaph.*

M. ANTONIO ANGELO DE ANCONA AROMAT. TAR. BENEFACTORI OPTIMO FR. S. NICOLAI HÆREDES RESTIT. MDLXXV. OBIIT MCCCLVIII. DIE XXIX. MARTII.

---

*Ibidem in dealbato pariete Elogium eiuſdem boni viri.*

MAGISTRO ANT. DICTO ANG. Ciui Anconitano aromatario Tar. Viro pientiſſ. qui ante hanc aram in honorem D. Benedicti erectũ ſibi, & Agneti ſorori obſequentiſſ. in nouiſſimam diem quietis locum parauit, ſacrificiumq; per dies ſingulos hoc in ſacello, perpetuo ei annuo redditu aſſignato, celebrari mãdauit: nec non omnium bonorum ſuorum cænobium hoc D. NICOLAI hæredem inſtituit.

HVIVS RELIGIOSI FRATRES ÆTERNVM HOC OBSERVANTIÆ, ET PIETATIS ERGA ILLVM MONVMENTVM P. C.

---

*Ex altera parte eſt Elogium illud Papæ BENEDICTI XI.*

Quod legiſti infra Epiſcoporum memorias. vbi & F. ANGELI CASARINI. EP. & alterius fr.

*Ad perilluſtris aræ baſim Roſarij Sacroſancti.*

---

FRATRES SANCTI NICOLAI, ET CONFRATRES SANCTISSIMI ROSARII FVNDAM. REÆDIFICARVNT.

*Exteriùs à dextero latere portæ Decumanæ.*

INTER SANCTOS SORTEM ILLOR. ESSE PRECATVR: FR. IO. ANT. F.



Digitized by Google

In clauſtro ad murum ſacrarij antiquum marmor.

*Conſpice iacturam cunctis hoc funere duram,*
*Lector, plange piè, quia fons, & dogma ſophiæ*
*Clauditur hic ſtratus FRATER Franciſcus humatus,*
*Floruit hic mundus Belluni quando oriundus*
*Extitit, ò quanti fuit vt ſeruire Tonanti*
*Corde ſui ſano tres deno cæpit in annò.*
*Cui fuit iſte datus, qui prædicat, ordo beatus.*
*Horum quæ geſsit viuens, quæ mente repreſsit,*
*Perlege regiſtrum, cernes quòd ſacra Magiſtrum*
*Pagina fecit eum virtutum turba trophæum,*
*Ex vitijs totis tribuit ſibi corpore motis.*
*Omnibus exemplum fuit: hoc proprijs quoq. Templum*
*Sumptibus ornauit, cælorum ad regna volauit*
*Mille & ter crebras octubre fugante tenebras.*

---

*Ad Diuæ Mariæ IESV T. infra ædiculam.*

HVIVS MONAST. AVCTORIS, ET PROC. TOTIVS REL.
FRANC. MALAPELLENSIS, ET PVDICISS.
THADÆÆ IVGAL. OSSA,
AC SVLPITIÆ F. X. CAL. IVLII. MDXIIX. VX. PRÆF.
MOR. XVI. NOVEMB.
ALOY. SOLICVS GENER. HIC. ....

---

*In decumana Capella mox in muro altius repon.*

D. O. M.

ANTONIO TRAVAINO DE SPINETA V. NOB. IVRISC. PRÆCLARISS.
CVIVS PIA LIBERALITATE AREA HÆC VNIVERSA ADDICTA
COENOBIVM HOC NEQVE NON TEMPLVM IPSVM MA-
☞ GNA EX PARTE CONSTRVCTA, SIBI, MONACOR. CI-
VIVM, DEIQVE IN PRIMIS SINGVLAREM GRA-
TIAM PEPERERE.
GREGORIVS IVRISC. PRONEP. EIVSQ. FIL. IOANN. LL. DOC. ATQ.
EQVES NE INSIGNE TANTI AVCTORIS MIRÆ PIETATIS E-
XEMPLVM DIVTIVS DELITESCERET. GRATO ANIMO PP.
ANNO CHR. SAL. MDCXII.

Memo-

Digitized by Google

*Memorabile hic vnum, neq; certè omittendum, ponam. ſ.*

ADMIRANDVM
PETRI GANDINI, ET CATHERINAE SAPONIAE IVGALIVM
TARVISINOR. CIV. SACRVM FACINVS.
QVI SANE ADSIGNATIS CHRISTINAE FIL. VNICAE NVBENTI
CVNCTIS FORTVNAE BONIS,
SEMETIPSOS PENITVS ABNEGANTES,
LEGITIMO PATRATO DIVORTIO,
ILLE INTER OBSERV. REFORMATOS FR. FRANCISCANOS,
ILLA INFRA VESTALES S. MARIAE NOVAE SACRAS VIRG.
CONCEDVNT.
BONAVENTVRA HIC DICITVR: HAEC EVPHRAGIA.
EVFORTVNIVM ILLVD. HOC HONESTVM GAVDIVM.
O DIVINVM CONVENIENTIVM ANIMOR. CONSILIVM.
ANNO SALVIFICAE INCARN. MDXCVI. D. XIV. IVLII.

---

*Ad Diui Franciſci in pila ſecus altare maiùs ingredie ntibus à laua, ad ſimulachrum nob marm. matrona religioſiſſ.*

IN MEMORIAM DOMINAE THOMASIAE DE LIMBRAGA
R. PATRES S. FRANCISCI POSVERE.
AN. D. MDLX. DIE XXII. IVNII. OBIIT MCCCCLX.

---

*Inferiùs ſic exciſum.*

ORATE FRATRES PRO ANIMA HVIVS GENEROSAE DOMINAE.

---

*Ad chori autem primam ſedem ex teſſellis inſititijs hæc leguntur.*

SEDILIA HAEC DEDALEA LEGATARIO AERE THOMASIAE MATRONAE RARISS. TRALVSII DE PISETTA CONIVGIS, AC VARIENTI DE LIMBRAGA F. PACTA FVERE
ANNO SAL. MCCCCLXXXVI.

---

*Et ad chori ingreſſum ad vermiculata Emblemata hæc inciſa.*



Digitized by Google

## A SAROTICA SEDILIA IPSI ZENODORO INVIDIOSA PETRVS ANTONIVS MVTINENSIS COMPEGIT.

Animaduertendum hic vnum, quòd hoc anno MDCXII. Franciſcani Patres chorum hunc operoſum, qui ante hominum memoriam ad hos vſq; dies ſteterat in Templi corpore, ſiue aream dicas, magno ſanè tranſitantium, ac preces fundentium impedimento: ſodalium præſertim cordigerorum, monacorumque perturbatione non modica: cum & ſedilia in auſcultandis horis, & concionibus plurimùm occuparentur a ſæcularibus: deſtructis muris ambientibus, in quibus ſanctorum tanti ordinis effigies, ac memoriæ videbantur inſignes, & duo pulpita ad lectiones, ac Euangelia decantanda: tranſtulerunt infra baſilicam decumanam, illamq; affabrè, atq; ad amuſſim in omnibus concinnarunt, ab hominum, ac fæmellarum frequentia prorſus exemptum: vndè ſpacioſiorem, ampliorem, liberiorem Eccleſiam ſpectes: & proindè altare maius, quod infra Capellam extiterat, nobilius, ac magni ſumptus antea, ad marmoreos gradus ſtatim latiores extructos faciundum expectes. at at ſolicitam diligentiam diligentemq. ſolicitudinem Pátrũ vide: Mag. Io. Bapt. Alabardi Taruiſini in primis, non exceſſit menſis Martius inſequentis anni, q̃ nedum abſolutum eſt opus, ſed & ibi ſuper altare amplum valde impoſitum eſt Tabernaculum, quotquot in vrbe, forte & vrbibus plurimis, conperiuntur, maximũ quoquo verſum, altitudine, amplitudine acumine, ordinibus, inciſuris, ſculpturis ſtatuis, atq; parergis, conſpicuum nimis, ac admirãdum, & propterea magni, quin; maximi, ſumptus, dum ſuperinauratum fuerit: quod illico occæptum eſt vſquequaq; Cuſtode Patrum. R. F. Paulo Corneſano Taruiſino, muſico, voce, & digitis, ſed afflatu pręcipuè: nec non compoſitione pluſquam perito; abſolutum vero cum tot adiunctis ex omni parte admirandis menſe Iulio ſubſequenti, Cuſtode exiſtente admodum. R. P. Mag. Ludouico Nicoletti pariter Taruiſino, adiunctis poſtremò in exauratarum chori forium ſuperliminaribus ſimulachris grandioribus viuum repręſentantibus, altero Sancti Liberalis Protectoris noſtri, altero Sancti Caroli Borromei.

## VACATE. ET VIDETE.

---

*Ex altera porrò parte prioris Capellę ad dexteram in pilá, vbi & effigies ex alabaſtrite, viuenti homini, vt noui, ſimillima eſt tale marmor.*

QVIS.

QVIS HIC? M. ANT. CVRSIVS. CVIAS? TARVIS. QVID PROFESSVS? MONACVM, Philoſophum, ac Theologũ planè ſummum. Quę merita? Docendo, ſcribendo, dęclamãdo, agendo, viuendo: deniq; ingenio, Doctrina, facundia prudentia, ac probitate ſingulari cum patriam ipſam, tum Franciſc. Familiam (Vrbe, & orbe teste) ad ſummum decus euexiſſe. Quę pręmia? Deo frui, corpore iam poſito. Quo anno, menſe, ac die? Salutis noſtrę MDLXXII. V. Cal. Decemb. Ætatis verò ſuę an. XLI. D. XX.

Qui poſuere? FR. DANIEL SBAR. BRIX. ET FR. STEPHANVS GERAR. VENETVS MINORITÆ THEOLOGI PYLADEO quondã nexu homini iuncti. Veteris neceſſitudinis ergò.

*Secus maioris baſilicę gradus commune nunc poliandrium Fratrum D. FRANCISCI vbi monaci effigies, et characteres exeſi circumcirca.*

Venerabilis... MARCVS DE CONEGLANO DOCTOR.... S. gitijs ſacræ Theologiæ cho... dabilis Prouinciæ Sancti ANTONII. Qui obijt MCCCC. II. Menſe Madij.

*Cuius anima in pace requieſcat.*

*Ad magni Viridarii fores, quod eſt inſula in amygdalæ formam infra flumen, vulgò Cagna grande, vulgaris nota. ſed &c.*

---

MDLXXIII. IV. NON. MAIAS, CONQVESTVM EST AD CLARISS. DOMINOS IVRIVM VETERVM CONVENTVM INSVLAM VSVRPASSE ET VIII. ID. NOVEM. ANNI EIVSDEM DISCEPTATA CAVSA PRO CONVENTV AB ILLIS IVDICATVM FVIT.

*Secus pilam, nempe craterem illum luſtralem. vulgò pila d'acqua Santa.*

HVNC CRVCIFIXVM Fecit fieri Lupus Iudeus hoſpes Iudęorum Taruiſij vigore ſententiæ contra illum latæ per D. Inquiſitorẽ FRATREM ANTONIVM DE RHODIGIO ordinis Minorũ, Decretorum Doctorem & Magiſtrum in Theologia quoniã ſępius in deſpectum CHRISTI, & fidei Chriſtianæ paſſus eſt quendam Chriſtianum alias Iudæum, comedere pluries carnem die Veneris, & ſabbati, cum alijs ad menſam in domo ſua. 1453. 13. Septembris.

*Alibi nõ longè hac ſublata, eſt poſita noua pila*

*Supra marmoreas ædes R. P. Inquiſitoris.*

HIC RESIDET REVER. P. M. CON. FRAN. IN CIVITATE ET D. TAR. HÆR. PRAVIT. INQVISITOR GENERALIS APOSTOLICVS. MDXCV. *al.*

*Penès Ianuam, quæ de Templo tendit ad cauædium.*

ORATE FRATRES Deuotè pro anima generoſæ Dominæ Dñę CATHERINÆ Relictæ q. Egregij Militis DOMINI GVECELLONI S. TEMPESTA.

Digitized by Google

Quondam Domini TARVISII, in Capella præſenti ſepultæ.
Pro cuius anima FRATRES, ex ſingularibus beneficijs receptis.

PERPETVO OBLIGANTVR.

---

*Infra ſecundum clauſtrum ſupra fornicem verſus viridarium. ad inſignia gentil. admodum. R. P. M. Ioan. Baptiſtæ Alabardi T. dum ageret Prouinciæ patrem Generalem.*

PATRES CONCIVES DE SE OPTIME MERITO POSVERE. M.DCVIII.

---

*Ad Diuæ Margaritæ, ad Templi med. in latis pilis duo magna, ac polita marmora nobilia. Primum.*

D. O. M.

ÆGIDIO VITERBIEN. PATRIAR. CONSTANTINOP. TITVLI S. MAR. S. RO. ECC. P. CAR. AVGVSTINIANÆ FAMILIÆ PROTEC. VIGILANTISS. GABLIEL VENET. THEOLOG. INSIGNIS ANNIS VII. IN GENERALATV PER OPTIME GESTIS, OCTINGENTORVM PATRVM SYNODO CELEBERRIMA SVMMO OMNIVM APPLAVSV FELICITER CONFIRMATVR, A QVO EX OMNIVM SACRA STVDIOSORVM ACADEMIA CVM AVGVSTINO MVSÆO TAR. COENOBII HVIVS PRIORE SACRÆ THE. DOC. XVIII, CREANTVR. NECNON CVM IO. FRAN. TAR. BACAL. XXXVII. LECTO. DENIQ; XXIIX. VBI PROVINCIARVM ANTISTITES ELECTOS CONFIRMANS, CONVENTVVMQ; PRIORES, AC STVDIORVM REGENTES INSTITVENS PRÆSENSQ. COENOBIVM IN GENERALE ALMÆ RELIG. MEMBRVM EVEHENS, TOTAM AVGVSTINIANAM EREMITICAM REMPVB. ANTIQVO SPLENDORE RESTITVTAM VTRAQ; FELICITATE DONAVIT. VNIVERSIS TARVISINÆ VRBIS NOBILIBVS CIVIBVS, AC POPVLO DE HVIVSMODI AVGVSTINIANO COETV PROFVSISSIME MERITIS.

MDXXVI. XX. MAII.

Digitized by Google

*Alterum vero eſt tale.*

D. O. M.

FIDENTER INGREDERE HVC IN SP. ET VERITATE ADORATVRVS SACROSAN. ET PERVETVST. EXTAT TEMPLVM HOC, QVOD OLIM EX DIRVTO A BARBARIS OMNIA TVNC IGNI, FERROQ; VASTAN. EXTRA MOENIA SACELLO PIENTISS. ALBERTVS TOTO ACCLAMANTE TARVISIO CVM SACR. AEDIB. HIC DESIGNAVIT AC P. LAPIDE POSITO INDVLG. ANN. I. DIES XL. CONCESSIT PORRIGENTIB. REMISS. DIES C. EX ECCL. THESAVRIS PERPETVO DONO DEDIT ANN. SAL. MCCLXVI. IVLII LVCE XIII. QVA PRAECIPVE AD PER. REI MONVMENTVM TVTELARIS D. VIRG. MARGARITAE SOLEMNITATEM COLI RELIGIOSISS. PLACVIT.

NEC ILLVD QVIDEM OBLIVIONE DELENDVM, HIS IPSIS IN SEDIB. PATRVM ORD. GENERAL. CONVENISSE SYNODVM, VBI ALEXANDER DE S. ELPIDIO OMNIVM SVFFRAGIIS AVG. FAMILIAE CAPVT INSTITVITVR MCCCXXI. F. CHRISTOPH. T. TA. PRIOR EREXIT, POSVITQVE MDXXXVIII. DIE XII. MAII.

---

Secus aram transfigurationis Chriſti Domini ad Deiparæ ſimulachrum inſtauratum clathrum. Fr. Io. FRANC. Muſæi Tar. Sacræ Theol. Doct. S. Deu. hanc. F. c. MDLXX.

---

Vbi noto illud S. Deu. hanc F. c. inferre ſumptibus Deuotionem hanc fieri curatum.

---

*Ad baſim altaris Sanctiſsimæ TRINIT. nunc ſcholæ Cingulator. et cæt.*

HANC SACRAT. TRINIT. ARAM VETVSTATE CONSVMPTAM FR. HIER. TAR. SAC. THEOL. PROFESS. EIVS NOMINI, MAIESTATIQ. DEVOT. IN MELIOREM FACIEM REST. EAMDEMQ. VIR. DEIP. ASSVMPTIONI AC D. SIMPL. MEDIOL. ARCHIEP. EC D. THOMÆ APOSTOLO DICAVIT.

---

Inibi erecta eſt ſchola Cingulatorum ſub titulo B. Mariæ Conſolationis plurimis indulgentijs ditata; vbi capella amplificata remotaq; ara prædicta ſatis humili, erectum eſt altare magnificentiſſimum, ſtatuis, atq; auro mirabile mirandum in modum: tribus illis

Præſer-

Digitized by Google

præſertim Deiparæ, Virginis. ſ. Sancti Patris Auguſtini, & eius Claræ matris Sanctæ Monicæ, naturalis ſtaturæ cunctis: vbi per totam baſilicam in quadratis linteaminibus picturæ ſpecioſiſſimæ conſpectantur.

---

*Nondum poſitum, ponendum tamen.*

FR. MELCHISEDECH DE LAZARIS COÆTANEO SVO, CONCIVI, CONSANGVINEO, CONFRATRI: AT CONCIONATORI IN PRIMIS CLARISS. MEMORIA, ACTIONE, CONCEPTVVM DELECTV, ATQVE EXPOSITIONE SACRÆ PAG. VIRO ADMIRAB. AC SINGVLARI, RAPIDO FATO, HEV NIMIS ANTE TEMPVS, SVBREPTO, VT PERPETVVM RELIQVERIT DESYDERIVM SVI. FR. STEHANVS BVRCHELATVS C. TAR. DE SE B. M. MOER. MON. P.

OB. ANNO ÆT. SVÆ XXXII. SAL. VERO NOSTRÆ MDXC.

---

De fratre Marco Aurelio Ven. Eccleſiaſte eloquentiſſ. Romæ vita functo Barthol. Burchelatus Phyſ. amico ſingulari.

*Qui MARCUM putat AVRELIVM proprio ore locutum*
*Fallitur; ore Dei namq; locutus homo.*
*Fallor ego; in MARCO diuinus ſpiritus, ore*
*Ipſius AVRELII tanta locutus enim.*
*Fallor item: MARCI eſt diuinus ſpiritus, osque*
*Diuinum: vt populo cælica verba ferat.*
*Fallimur ab cuncti, non eſt homo quippe locutus,*
*Angelus aſt cæli, miſſus ab Arce Dei.*

MDXCIV.

---

*Ad oram optimæ cyſternæ infra clauſtrum.*

MVNERE FR. LIBERALIS TARVIS.
IN COMMODIOREM VSVM RESTIT. MDXXV.

---

*Et horum Patrum Herem. mem. eſt infra Nob. vbi de Oct. à cornu.*

---

*Ad Diuæ Catherinæ, ad Epiſtylium poſtremæ baſilicæ.*

PRIO-

Digitized by Google

*Duo sequentia Elogia parata, nec dum posita.*

D. O. M.

AMBROSIO SPIERA C. TAR. SACRÆ THEOL. MAG. ORD. SERVOR. FRATRI, CONCIONATORIQ; EMINENTISS. QVI CLARVIT CIRCITER ANN. SAL. MCCCCL. ROMÆ, ET VBIQ; LOC. CONSPICVVS. CVIVS MAGNA OP. TYPIS EXPOSITA A PAVCIS NVNC HABITA, AB OMNIB. DESYDERANTVR VNA CVM SCRIPTIS ALIIS ITERVM IMPRIMENDA MAG. IOSEPH POLICRETI C. T. EIVSD. ORD. FR. TANTI F. GLORIÆ STVDIOSVS HOC MON. P. C. MDCXII.

D. M. S.

*MARCELLI PHILOXENI TARV. FR. SERV. RELIGIOSISS. POETAE INSVPER LAVR. ANTE C. ANN. VIVENTIS, SCRIBENTIS, EXPONENTIS: QVOD SYLVARVM IMPRESSVS LIBER SATIS PRAEMONSTRAT. MAG. AMBROSIVS MACRINVS C. T. CONSERV. VIC. PROVINC. DIGNAE HVIVS MEM. NON IMMEMOR H. M. P. C. ANN. MDCXII.*

*Ab his non diſtans.*

PAVLO DE RVGOLO CIVI TAR. SACRÆ THEOL. DOC.
*Qui in conuentu Regendo æq. ac in cænobio reformando*
*Apprime diligens.*
*Et templum ſplendidius reddidit, & Altare maius ſex altioribus*
*Suffultum columnis conſtruxit ampliſſimum.*
*Quod eo vita functo, Policretius, Macrinius, Galuanius RR.*
*Patres Theol. ciues Taruiſini,*
*Picturis admirandis, auro plurimo totum reliquum obtegente,*
*Summa impenſa illuſtrarunt.*
Obijt anno Sal. MDXCV. Ætatis ſuæ LXV.
*Infra clauſtrum ad inſignia.*

IVL. ANT. SANTORIVS S. R. ECCL. CAR. S. SEVERINÆ NVNCVPATVS RELIGIONIS SERVOR. PROTECTOR.

FR. STEPHANVS BONVCCIVS DE ARRETIO OR. SER. S. R. ECCL. CARDINALIS.


Digitized by Google

*Ad Diuæ Mariæ Magd. ſupra primum ſacrarij oſt. amplum marm.*

D. O. M.

SACRVM HOC D. MARIÆ MAGDALENÆ TEMPLVM, QVOD OLIM IN SVBVRBIIS, ET POST MVNITAM VRBEM INTRA MOENIA ANGVSTVM STABAT ET VETVSTATE CONSVMPTVM:
F. MICHAEL VENETVS COENOBII PRIOR RELIGIOSISS.
NOVIS, ET AMPLIORIB. IACTIS FVNDAMENTIS RESTITVIT.
ANNO A VIRGINIS PARTV MDLXXVI. GREG. XIII. PONT. MAX.

F. MICHAELE VICENT. TOTIVS CONGREG. B. PETRI DE PISIS PRÆSVLE GENER. ANNO DEINCEPS MDLXXXVIII. DIE VI. IVNII REVERENDISS. DOMINVS D. FRANCISCVS CORNELIO EPISC. TARVIS. EOD. FR. MICHAELE ITERVM PRIO. CONSECRAVIT,
ET IN HVIVS DEDICATIONIS ANNIVERSARIO VISITANTIBVS XL. DIES DE VERA INDVLGENTIA PERPET. CONCESSIT.

*Fulgariæ ad Dorſum.*

Petrus de Fulgaria de Dorſo Andrææ Fil. Frater Conuerſ. ord. B. Petri de Piſis in Ciuit. Taruiſij, anno Dom. MDLXXXVIII. hanc capellam erexit, Dotauitq; in Dei honorem, ac præcipuè B. Mariæ Virg. matris Gratiarum; ſanctorumq; Petri & Pauli, in qua extant multæ Beator. reliqu. & ex Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Card. Triden. Ludo. Madrutij indulto miſſa in ea continuè celebratur.

Ad cuius Facti mem. idem P. Hoc Mon. Poni mand. anno D. MDCX.

Neque lubet interea, dum de Monachis loquor, ſilentio prætereire Carthuſianos (quamuis per decem milliaria diſtent ab vrbe) in Montelli nemoris, Querceti inquam ampliſſimi, Vmbilico conſtitutos, ſiquidem iſtic eſt Monaſterium infra millia millium, & centena millia Quercuum, nullis prorſus domibus exiſtentibus in toto hoc ambitu lõgitudinis ſeptem, milliariorum, latitudinis triũ, prçterquam quòd eſt ABBATIA NERVISIÆ ſatis munita, locuples, & ſpectabilis, cui præeſt, cuiusue eſt nunc Dominus, & Mode-

Digitized by Google

Moderator Illuſtriſſimus Abbas, MARCVS ANTONIVS BRANDOLINVS VALLIS MARENI COMES: locus ab illo Monacorum diſtans per mille paſſus: locus quippe inſignis, in aprico poſitus editus valde, & à longè ſummè conſpicuus. Iſtic inquam eſt Monaſterium horum Patrum optimè diſpoſitum, cum curia ac periſtylio, ſcalisq; marmoreis vel ſubdio, quin etiam Xiſto ſuper magnum oſtium exporrecto, admodum inſignibus, ibi Templum nobile, Ærarium præterea apprimè aptatum, & cæmeterium. Cubicula in hoc gyro poſita ſunt partim Patribus in officio exiſtentibus, Priori præcipuè, & œconomo, ſeu Procuratori, partim hoſpitibus deſtinata; cum præterea vlterius ſit ſeclusum quadratum, amplumq; cauædium, cum periſtylio fornicato, vbi quilibet alius Monacus, viceni circiter, habitat, nedum cellam ſuam, ſed domunculam valde inſtructam, quippe quia ibi camera cum camino, tum cubiculum cum lectulo, & ſtudiolo, ac oratorio, & ſuperlaqueario, qui locus grandis ad inſtar horrei, hortus ibi præterea roſidulus, floridulus, excultus, muro concluſus, ſibi pecularis. hi perpetuum ſeruant ſilentium, degunt, diſtinentur, viuunt in cubiculis ſuis prorſus ſequeſtres, niſi quòd ad templum exeunt ad ſacra officia perſoluenda, quòdq. ſtata hebdomadæ die, poſt prandia ſub recreationis titulo commeant, perambulant, colloquuntur. Horum Patrum prouentus quippe ſunt magni, cum maiores admodum eſſent, antequam Sereniſſimum Dominium Venetum ſibi, Nauali inquam ſuo ſuper omnibus omnium Principum admirando, totum hunc nemoris Montelli circuitum, Quercetum ſanè, vt diximus copioſiſſimum, via ſtrata, atq. altioribus foſſis vallaſſet, cum ab Aquilone declinans ad Orientem præterfluat Plauis ampla. Sed, quod ad rem noſtram attinet, illud mihi libet ex inſtituto hic de his Religioſis Monacis regiſtrare, quod ante centũ annos ſcripſerat Hieronymus Bononius poeta celebris Taruiſinus hoc Epigrammate.

## CARTHVSIANORVM MONACOR. QVIES.

*Stat Nemore in medio Montelli nobile phanum*
*Iam dudum celebri Religione ſacrum.*
*Præſidet huic ſenior HIERONYMVS, ipſaq. Mater.*
*Alma DEI præſens Numen vtrumq. loco eſt,*
*Circum ſtat crebris, diſtinctum ex ordine cellis*

Cœnobium, atq; ampla commoda cuncta domus.
CARTHVSIANI ſeruant hic alta ſilentia Patres:
A menſis carnem reijciuntq. ſuis.
Hæc duo præcipuè nonnullis dura videntur,
Nota quibus ſummi ſemita nulla boni eſt.
Quid reffert, quæſo, piſcis, lac, caſeus, ouum
Corpus an hoc auidum fructifer hortus alat?
Sublimis cælum Meditatio ſcandit apertum:
Corporis, atq. animi eſt magna ſilere Quies,

---

Capucinorum mem. vide inter Epiſc. in conſecratione T.

---

Admodum R. P. Magiſtri Archangeli Ricij Ven. Auguſtiniani in Cænobio Sancti Steph. ad Exc. Barth. Burch. phyſ.

Omnes qui Rithmis præſtas, & carmine vates?
Illi quod ſparſim, qui ingenio omne tenes,
Quem ſacræ Aonides pauerunt vbere pleno;
Pallas quem inſtituit quippe: & Apollo ſimul.
Carmina, resq. tuas me morandas, Adria, & vna
Taruiſim extollet, quæq. cohorsq. ſciens.
Quandoquidem ſcriptor mirabilis vndiq. fulges,
Vincta metris recmas, ſiue ſoluta feras.
Regula noſtra tibi ſumma ratione tenetur,
Vt cunctæ, & fundent ad ſua vota preces.

Reſponſio.

Regula veſtra meum Stephanum deuota Nepotem
Ex Burchelatis continet, atq. fouet,
Tuq. faues illi in primis, doctiſſime, in omni
Doctrina, & calamo, voceq. magna ferens.
Iam tibi detineor, magè nunc opera iſta ferenti
Noſtra, vt teſtantur carmina docta tui.
Carmina conſpicuum Phœbi ſapientia fontem,
Carmina Pieridum quippe notata manu.
Gaudeo, ſi tu oras pro me, ſi Regula cuncta,
Lætor, ſiq. alij, geſtio aduſq. nimis.

Digitized by Google

# MONIALIBVS PRAEDEFVNCTIS BARTHOLOMÆI BVRCHELATI PHYSICI APOSTROPHE.

O Imitatrices Beatæ Mariæ Virginis Reginæ cælitum, ſiq; nimis dixiſſe videor, dicam, Sāctarum Virginum Claræ, Catherinæ Senenſis, Chriſtinæ, Iulianæ, Gertrudæ, aliarumq; beatarum plurium, quarum deuotionem, vitam, atq; habitum vt plurimum profitemini ſacræ Virgines clauſtrales, ancillæ Dominæ, ancillæ Domini, lucida ſydera, quæ in hac miſeriarum valle piarum cogitationum, ac bonorum operum odorem ſuauitatis ad Deum & mente, & corpore præmandaſtis: quemadmodum incontinens ego indignus videor veſtris precib. ita & Chriſti Domini, qui iniquitatum obliuionem promiſit ingemiſcenti, imitatrices factæ, eia ingemiſcentis peccatoris preculas, quamuis tepidas, nunc miremini, & vti Virgines ſanctæ, quod eſtis, ſanctam Virginum Virginem comprecamini, vt mihi in medicina facienda lubens ſuccurrat, quam, diſtico illo Tibulli ad Iſidem, ego quoq; vobiſcum flexis genibus inuoco, & inuocabo dicens,

*Nunc Dea, nunc ſuccurre mihi, iam poſſe mederi,*
*Picta docet templis multa tabella tuis.*

Siq; amplius me vos orare conceditis, vltra precor, vt annuētes, feruentibus veſtrùm interceſſionibus diutius Deum clementiſſimū deprecemini, quò ipſe denique cor mundum in me recreans, ac in meis viſceribus rectum ſpiritum innouans, tantarum mearum iniquitatum ille non amplius recordetur.

Monacarum Elogia, ac ep.

*Ad* D.*Theoniſti T. ſuperiùs ante aram maiorem ſtratum marmor apprime nobile.*

CECILIAM VONICAM ABBATISSAM FERME COLLAPSARVM ÆDIVM, MORVM, ET REI OMNIS IN INTEGRVM PERBREVI RESTITVTRICEM, ET SVPERAVCTRICEM; HIC CONDITAM CÆTERÆ OMNES MONIALES EODEM SEQVVNTOR.

M. D. LXXXI. XV. KL. AVGVSTI.

*Ad nouam aram maiorem modò erectam illuſtriùs, Gaſparis Ancarani* P*reſb. Biſtichon.*



Digitized by Google

al. ARA HELENÆ IVSSV APROYNÆ EST COEPTA REGENTIS.
ISTA SVB HELISABETH ROVERIAQVE NITET. MDII.

---

*In pago Moliani ad VII. lap. per Terraleum, vbi antiquitus degebant hæ Moniales infra cænaculum ad ſacras imagines adhuc legimus hoc Elogium.*

Hoc opus F. F. Reuerenda D. CHRISTINA DE LVMINIBVS Abbatiſſa huius Loci. Defendinus de Rota pinxit. MCCCCLXXXXVIII. die T. Septembris.

---

*Ad D. Pauli Eccl. in baſi dextera ſecus aram, ſuper qua extabat Sancti Apoſtoli admirabile ſimulachrum, quo mox ſublato, altare innouatum ex anaglypho & pictura, atq. auro ſpecioſiſſimum.*

DIIS SVP.
DIVO PAV. DE TAR. POPV. OPT. MER.
MARIA ROVERIA PRIORISSA ARAM HANC DICA.

---

*In altera vero baſi ad læuam.*

LVDOVIC. NOVEL. ET HIER. VSSINO CVRANTIB.
SACRA HÆC ARA ERECTA EST. MCCCCLXXXI.

---

*Inferiùs in ſep. ante hanc aram.*

VENERAN. SACER. D. Bernardino Capuenſi huius Eccle. CAPELLANO, Et ſibi, & ſucceſſ. hic curam agen. V. D. MONIALES PIE conſtrui iuſſerunt.

---

*Super pulchro Sanctimonialium ſepulchro chyrographum ex inciſorum Angelorum manibus deriuans.*

MEMENTO FINIS.

*Ad portam Atrij ſuper qua extat ſignum marm. D. Pauli.*

TEMPORE PRIORATVS S. D. LAVRÆ MARCELLO FVIT ABSOLV.
ANNO INCARN. DOM. MDXXXVI. DIE VIII. OCT.

---

*Supra Sacrarij ianuam marmor elegans.*



Digitized by Google

TEMPLVM HOC AD HONOREM D. PAVLI APOST. CONSECRATVM FVIT AB ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. D. FRANCISCO CORNELIO PONT. TAR. DIE IX. MENS. FEBR. A. MDXCII.
D. CHERVBINA BETHIGNOLA MONIALIVM PRIORISSA REGENTE.

---

*Infra earum Eccleſiam (quod ex clathris proſpexi) ita ſcriptum, quin pictum eſt.*

HELISABETH DISCALCIA PAT. PRIORISSA TEMPLVM HOC RESTAVR. PICTVRAS RELIGIOSIVS INNOVAVIT, LOCVM DENIQVE VNIVERSVM ILLVSTRIOREM FECIT.
ANNO SAL. MDCII.

---

De muſica admirabili acta in die, ac Templo D. Pauli. MDCV

*Angelicos audiſſe Choros quicumq. fatetur*
*In Diui Pauli dum cecinère piè.*
*Vox ſupera aſcendens ſuper aſtra, duplexq; & ab arte,*
*Atq. à natura ſcilicet, apta nimis,*
*Vox grauis in iuuene, inque ſene, & vox alta canora,*
*Quæq. tenore graui dicitur vna Tenor,*
*Tum mediæ voces duplices, tripliceſq; tonantes*
*Omnes arte noua, iudicioq. pari.*
*Inſtrumenta dein flatus, digitùmque, manuſque,*
*Organa, tum cornu, tum tuba, tumq; fides;*
*Hic tonus, hemitonus, fuga, ſub, ſupra, atq. deorſum,*
*Vox tremula eliciens, nedum animos, animas.*
*Singula quid referam? qua ſinguli & arte vagati?*
*Et quo concentu concinuère ſimul?*
*Sufficiat repetiſſe vnum, prope cuncta fuiſſe*
*Angelica, angelicus nam fuit ipſe chorus.*
*Quid referam de Echo variata in cornibus, atq;*
*In voce argutè, ſit modo acuta, grauis?*
*Scribo ego, & arripior, videor mihi namq. canentes*
*Audire, inſtabilis penna caditq. manu.*
*Dicite Io Pæan, & Io bis dicite Pæan,*
*Cantores cythara, voce, tubaq. melo.*



Digitized by Google

AL. PANTHEONA. ante aram magnam Monialium Sanctorum co-niunctamarmor nobile veſtibulum.

**D. O. M.**

**MONVM. HOC VETVSTATE COLLAPSVM PAVLA ROVERIA ABBATISSA RESTITVENDVM CVRAVIT. ANNO DOM. MDXCIV. DIE X. DECEMB.**

---

*Ad D. MARIAE nouæ, quod vocant, Templum conſtructum denuo. Hyſtor.*

MDVC. die lunæ XXVII. Februarij in extructione noui Templi R. Monialium Sanctę Mariæ Nouę iactus fuit primus lapis per admodum. Reuer. ac exc. D. Camillum à Cornu Nob. Tar. Decanum: & Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Epiſcopi Vicarium Gen. Cantata miſſa ſub dio, & multis cęremonijs peractis. poſitus autem fuit in cornu dexterum verſus plateolam ſecus viam ſub ſolo per quinque pedes: & illico ſuperædificatus murus pro ſundamentis, vbi priùs defixum fuerat vallum ex pax illis ornis: ſiquidem inibi hinc inde profilit aqua. Petra autem hæc marmorea vnius ſex qui palmi ab vna parte ſic inſculpta fuit CLEMEN. VIII. PONT. MAX. ab alia, FRAN. CORN. EP. TAR. ab alia D. SOR. CÆLEST. FREGONA MON. ABB. & ab alia A. D. MDXCV. Superiùs verò crux inſculpta iacet.

---

Ad monacas ſanctæ CHRISTINÆ ord. Camald. ad D. PARISII.

*Secus aram magnam.*

SEPVLCHRVM PAVPERVM FAMILIARIVM, ET BENEFACTORVM HVIVS MONASTERII.

---

*Ad Diuæ Claræ Monaſt.*

SOR. Clementiæ de Zuccareta Lodou. F.

*Quæ rerum pertæſa terreſtrium, & cæleſtia ſpirans,*
*Se huic ſacrar. Virg. D. CLARAE cætui humillimo*
*Mancipauit, ac iunior obijt,*
*Nullam prorſus opem ferentib. pharmacia, chyr. & dieta,*
*Matrumq. diligentia ſingulari.*

STAT

Digitized by Google

## STAT ſVA CVIQVE DIES.

Barthol. Burchelatus Monaſterij Prothomedicus, Haud lubens, attamen Lubens Affini B. M. Mon. P.

M. D. C. IX.

---

Sunt vtique apud has ſacras Virgines ſepulturę, & inſcriptiones aliæ multæ: quæ cum ſint infra eorum Virginia conſtitutæ, nec ab alijs videantur, illas petere, aut expetere penitus recuſaui.

---

Cæterùm dum hoc anno MDCX. menſe Febr. inuiſerem prothomedicus vna cum exc. Berthonio, & Balthaſſario ægrotantes Monacas duas ſeniores in cænobio Diuæ Claræ, videndi cupidi ciſternam, quam magni operis inchoarunt, in proximo conſpeximus harum Reuerendarum Matrum ſepulturas vnitas duas, ſuper quibus nihil inſcriptum: eleuans autem oculos ad parietem legi lingua vernacula rubro conſcriptum iſtud, quod ſequitur.

MDCV. II. febr. in euacuandis, emundandisque ambobus his Monum. LXXVIII. capita inuenta ſunt. non longè porro eſt buſtum Cõuerſarum, quod tegit quadratum marmor, pro ijs non quidem, ſiquidẽ inibi inciſum eſt. VINCISLAI BICIGNOLI TERREVM. inter exeundum autem, ſuper harum monacarum foribus ſic ſcriptum vidi. *Laſciate fuori il mondo, ò Suor ch'entrate.*

---

Ibidem in Templo ad nouum organum. R. M. Auguſtina Maroſtic. Abbat. Inde M. S. Angela de Rompiacis Pr. ad medium.

MDXCII.

*Conuertitarum, vulgò, monacarum mentionem alibi cernes.*



Digitized by Google

# PIARVM CONGREGAT. SAECVLARIVM

## TARVISII PRÆDEFVNCTIS Viris, ac mulieribus, Bartholomæi Burchelati PHYSICI APOSTROPHE.

AVete Fratres deuotiſſimi, ac ſorores religioſiſſimæ; qui, quæq; ſub Chriſti Redemptoris, eiuſq; præcipuè Corporis ſacratiſſimi, tum & B. Mariæ Virginis matris, claris inſignibus continue militaſtis: ſed & ſub præelecti alicuius Sancti viri, Sanctæve Virginis Deo addictæ, ſacriuè alicuius ordinis vexillis recenſeri promptiùs voluiſtis. autumo vos inter cæli penetralia, vbi copioſa eſt merces veſtra, gaudere, nulliſq; noſtris egere ſtudijs, aut ſuffragijs: quare & Vobis fratribus noſtris, ac ſororibus iugiter ex animo gratulamur: Sed & vos ſcire credimus nos veſtrùm pijs orationibus, ac interceſſionibus apud Dominum indigere: quo in CHRISTI Dei, Beatæ Virginis, Sanctorum, & ordinum ſeruitio, ac miniſterio perſeueremus ardentes, & ad Ciuitatem illam ſanctam, cuius iam dudum vos eſtis incolæ, ac poſſeſſores, anhelantes iam tandem ſedulò properemus. Hoc agite, Fratres noſtri, ſorores noſtræ, parentes, ac filij, charitatis munus, & ſymboli inter nos ſtudium, ac officium exercete: fratribus veſtris, ſororibus in CHRISTO, natis, atque progenitoribus confauete, vt aliquando ex illorum numero, Dei ſumma benignitate, ac indulgentia, cenſeamur, qui Chriſti Domini voluntatem facientes, ab eo eiuſmet fratres, ſororeſq; piè reputantur, ac matres, quod tandem felix, fauſtumq; bonum, Deum optimum maximum rogo, ac obſecro, vt ſemel nobis contingat, nunquam caſurum, nunquam interiturum.

Piarum ſæcularium Congregationum memoriæ.

*In cæmeterio D. Petri Ap. T catbedr. circiter illa octo marmorea monumenta.*

SODA-

Digitized by Google

SODALIVM SACRATISSIMÆ EVCHARISTIÆ, QVO DEFVNCTOR. CORPORA INSERVNTVR, LOCVS. M. D. XIIII.

Inuenies aliud ſcholæ huius Monumentum inſigne infra phyſicorum memorias ad. D. Magdalenæ T.

---

*Ad baſim picturæ nobilis Proceſſionis, ſeu pompam dicas, ad deferendum ad infirmos Corpus Domini.*

EX LEGATO TESTAMENTI Q. SER NICOLAI DELA VONICA MARCVS ANT. FIL. F. C.

---

*Ad baſim elegantis picturæ quadro vno, vt ſuperior, ex ſubtili arte concluſa in pompa Confraternitatis B. Mariæ Virg. Annunc.*

VT SCHOLÆ GLORIOSÆ VIRGINIS RELIGIO, ET HVIVS SANCTI SS. TEMPLI DECVS AVGEATVR. PRÆSIDENTES IPSIVS SCHOLÆ. M D L X X I I.

---

*Schola Sancti LIBERALIS in hoc eodem templo cõſpicua, cum nobili eius vexillo, ſubintelligenda in ipſius Sancti Elogijs antea recenſitis.*

---

Schola pariter Doctrinæ Chriſtianæ ibi plurimum frequens, quippe Templum maius, atque Parochia omnium maxima; hactenus tamen illa caret Elogio: ſed eius loco oratiunculam mihi recenſere lubet, quam recitauit in primis huius ſanctiſſ. inſtitutionis exordijs Io. baptiſta filius meus decennarius: cuius actionis mentionem videre eſt in Funebri illa oratione in eius funeſto, mihiq perluctuoſo admodum Funerali typis impreſſo. Eam ſanè tunc habuit lingua Itala ad puerullorum etiam intellectum: nunc autem illam in latino referens libro, latinam iuremerito, redditam recenſebo.

Nulli dubium (admodum Reuerendi Patres, ac inſtitutores noſtri patientiſſimi: fratres dulciſſimi, & Vos omnes Auditores) nulli dubium inquam, quòd, cum hominis ingenium ab illius ortu ſit rude, rerumq; omniũ ignarum, & quemadmodum dicebat philoſophiorum pater, & naturæ filius Ariſtoteles, tanquam tabula raſa, in qua nihil eſt pictum: & proinde ſit aptum natum ad recipiendum, ſuſcipiendamq; omnem doctrinam, & omnem diſciplinam;

cum ſui natura ſit & capax, & cuilibet aptum inſtitutioni? quòd inquam illud iure optimo exornari debeat, ac luſtrari ſcientijs, & pulchris doctrinis non minus ſane veris, atque ſinceris, & delectabilibus: quò, ſicuti homo ſuperat, & longo quippe interuallo, cætera animalia omnia ratione, & mente, eius propria forma, antecellit, pariter docilis homo, & diſciplinis imbutus, ac præditus ſuperet, ac præcellat ignarum vulgus, & illos homines, qui à carne & ſenſibus permittunt ſe mancipari. Verumenimverò, Dij boni, cui nam Doctrinæ, cui nam Diſciplinæ in his primis noſtræ cognitionis annis animum appellemus, longo tempore, ſemperque illius odorem, veluti dicebat Horatius: ſeruaturi? Ego nunquam eo adducar, vt credam aliquem inueniri adeo leui ingenio præditum, adeo diſtorti iudicij, atq; a ratione alieni (modo ille ſit Chriſtianus) qui non mihi illico reſpondens dicat, Hanc futuram eſſe Doctrinam Chriſtianam. Quandoquidem hæc Doctrina omnibus alijs præſtat bonitate, ſinceritate, veritate, ſanctitate, ordine, vtilitate, denique & conſolatione ſpirituali; Hæc edocet, ac inſtruit Chriſtianum illud, quod debet prorſus non ignorare, illud, quod quidē credere debet pariter, ac ſperare, illud poſtremo, quod toto eius vitæ curriculo ſuſtinere debet, defendere ac ꝓfiteri, illud inquam, quod amare debet, quodq; habere odio, & auerſari Chriſtianæ Doctrinę medio diſcipulus, illiusq; profeſſor diligēs mores adipiſcitur, & politicos, & religioſos, & ſanctos, ſeſeque habitu virtutis induit cæleſtis, atque diuinæ, & gratiam ſibi acquirit hominum, ac fauorem; Verùm illud, quod maius eſt, & rerum omnium ſumma, ſe exhibet, ac efficit gratum Deo, eius plaſmatori pariter, ac Creatori, præmōſtrat ſe Redemptoris ſui Domini noſtri IESV CHRISTI ſectatorem fidelem, ſeq; demum B. Virg. matris, ſanctorū, ſanctarumq; ac totius cæleſtis, triumphantiſque militiæ deuotum, ac eorum addictum numinibus manifeſtat; a quibus cunctis nedum, ſperat, ſed etiam expectat; fauorem, auxilium, ac ſuffragium in eius neceſſitatibus, in eius nimis præſentibus infortunijs. Ad hanc igitur Doctrinam admirabilem accedamus, fratres mei, ac Domini peramantes, Chriſtianæ Doctrinæ nauemus operam, illam amplectamur, ſequamur, addiſcamus ſedulò, & compræhendamus, illamque coram omnibus toto vitæ noſtræ curriculo enixè profiteamur, & ſperemus poſtmodum, imò pro certo habeamus indubiè, quemadmodum illa eſt nobis magis quacunque Doctrina alia neceſſaria, quippe quæ ad ſalutem æternæ vitæ, pariter nos continuè conſola-


Digitized by Google

ſolationem, delectationemque, ac vtilitatem eum in modum eſſe conſecuturos, vt ſimus ſemper ſatisfactionem animi maximam, ac ſolatium habituri, & perpetuæ ſubinde obligationis memoriam his admodum Reuerendis Patribus, ac inſtitutoribus, qui benignè adeo, ac patienter nos edocuerint, educauerint, ac diligentiùs erudierint, Seruaturi. Dixi.

*Ad D. Nicolai ad aram. in B. Rochi marmore ſuppedaneo.*

GASTALDIONES HIER. A CASELLIS NOT. PETRVS MARIA DE PROVINO, BERNARDINVS BELLVNENSIS SVTOR, MASSARIVS IACOBVS DECIANO PELLIPARIVS. EX PIIS ELEEMOSINIS. MDXVI. AVGVSTI.

---

Schola hæc habuit initium anno Dom. 1478. d. 22. Octobris.

---

Ad excelſam aram, atq; admirandam Roſarij B. M. Virginis, vbi præter illius, & Nati ſacras imagines, & XV. myſteria coronata, ſpecies hominum principum complures, & matrum conſpiciuntur.

FRATRES SANCTI NICOLAI, ET CONFRATRES SANCTISS. ROSARII A FVNDAM. REÆDIFICARVNT.

Hæc quidem ante non paucos annos. cęterum in hoc, quod modo miraris, Hoſpes, altari magnificando, nobilius inquã, ac ſumptuoſius conſtruendo columnis marmoreis, cælatura, atq. auro plurimo nimis ſpectabili, repoſita eſt ibi dũtaxat in coclea media Beatę M. V. figura ſedens filiũ habens in gremio ſpectabilis, atq; artificij non vulgaris, & ad arę baſim ampliori in marm. deſcripti ſunt hmõi charact.
Anno Dom. MDLXXXVI. Fratres ſancti Nicolai, & CONFRATRES ſanctiſſ. Roſarij à fundamentis inſtaurauère.
Ad hęc anno MDCVIII. Imago B. Marię V. ſtantis tenentis vlna filium, ſtructuræ admirabilis, pulcherrima ſi vſquã eſt alia pulchra (veteri in alterum vſum vocata) fuit hic repoſita. Quam die ſancti Stephani Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus Antiſtes Franciſcus Iuſtinianus, Illuſtriſſimo Prætore aſſiſtente cum maximo ciuium concurſu, benedixit, atq. corona argentea, quę nunquam ab eius capite dimouetur, religioſiùs coronauit.

---

*In facie altaris B. Rochi, ad medium.*

*Iſta tria molimenta ſunt ſcholæ Sancti Rochi.*



Digitized by Google

*Ad D. Maria JESV. in baſilica Nominis Redemptoris noſtri, IESVS, admirabilis, ad arcum altius.*

REDEMPT. IESV NOMINI DIVINO CONFRATERNITAS CAPELLAM HANC, ORGANVMQ; CVM PICTVRIS ÆRE OBLATO EREXIT, DICAVITQVE ANNO DOM. MDLXXVIII.
NOB. VIRO NIC. RAMP. IOAN. VERETONE, IOANMARIA BENAL. AMBROSIO PISCA. DANIELE ARZIGN. PRÆSIDENT.

---

*Ex altera fornicis parte, vbi picturæ, &c.*

DANIEL Arzignanus Maſſarius ſcholę, qui iam hoc ſacellum incæperat, & nunc diligentia abſoluit, Nomini IESV DEI Noſtri gratias agit MDLXXIX.

---

*Inibi ad pilam vnam, vbi & aniculæ huius effigies.*

CLARÆ MARTINI A VETVLA Mulier Religioſiſſ. imaginem, quæ piæ illius volunta. erga ſanctiſſ. Nomi. IESV CONFRATERN. HÆRED. SIBI Ex Teſtamento inſtitutam perpetuum conſtituat Monumentum.
DANIEL Arzig. eiuſdem CONFRAT. Maſſ. ex illius Decreto P.
Obijt id. Nouembr. MDLXXX.

---

*Ad alteram e regione pilam vbi pictura ex voto.*

EXTERNVM ORCANI CONCENTVM DIVINIS CÆCILIA LAVDIB. INTERNE COMITATVR, ET ASSISTENS CATHERINA ANGELORVM FRVITVR MELODIA. MDLXXXII.

---

*In ſepulchro marm. ante aram. vbi & noſtri mentio.*

NOMINI IESV INITIATORVM, QVOTQVOT VOLVERINT, CADAVERA HVC INFERVNTOR.
BVRCH. OL. ROS. PAL. GAST. ANNI MDVIC. MONENTIBVS.

Videlicet Barthol. Burchelato Doc. Ioanne oliua Not. Ioannicola Roſina ciue, Sebaſtiano Palma merc. Præſidentib.

---

*Ad Diui Franciſci T. Monumenta coniuncta duo.*

CON-

Digitized by Google

CONFRATERNITATIS CONCEPT. B. M. V.
FRATRVM. I SORORVM.

*Ad Diuæ Margaritæ ante fores in ſtrato marmore.*

SODALITATI DIVI NICOLÆ.

*Ad baſim aræ eiuſdem D. Nicolai de Tolentino.*

MCCCCLX.XVIII. Aprilis. Abſolutum fuit hoc altare. quod fieri fecerunt FRATRES SCHOLÆ SANCTI NICOLÆ, cum ſubſidio librarum centum, quas legauit ob hanc cauſam in Teſtamento bonæ memoriæ venerabilis Viri SER CATHARINI BELLAVSÆ CIVIS TARVISII, ac de Eleemoſinis plurium venerabilium perſonarum.

*Ex altera Templi parte ad aram tertiam.*

ALTARE CONFRATERNITATIS CINGVLATORVM. MDXCII.

*Ad D. Catherinæ ante eius ſanctæ delubrum in ſepulch.*

PETRO MAZZONO PICIGOTO BONONIENSI HVIVS CAPELLÆ CONDITORI GASTALDIONES EIVSDEM POSVERE.
ANNO SAL. MCCCLXXVI. XV. SEPT.

*Infra capellam marmor vetuſtum in muro poſitum.*

*MEMORIA SER PETRI MAZZONI PICIGOTI DE BONONIA, QVI FECIT AEDIFICARI HANC CAPELLAM, ET AEDES HIC ANTE, DICATAM AD HONOREM VIRGINVM, ET MARTYRVM SANCTAE CATHERINAE, ET SANCTAE LVCIAE. QVAM CAPELLAM CVM SVIS ORNAMENTIS, ET PRAEDIIS RELIQVIT SCHOLAE SANCTAE CATHERINAE.*
*QVI OBIIT IN MCCCLXXV. DIE XV. SEPTEMBRIS.*

*In ſacello Sancti Sebaſtiani ad aræ baſim.*

*HAEC PALA FACTA FVIT PER SCHOLAM SANCTI SEBASTIANI ET DE ELEEMOSYNIS PLVRIVM PERSONARVM.*
*ANNO MCCCCXCII. HIER. T. P.*

In hoc eodem T. apud Seruitas Fratres, anno MDCV. inſtituta eſt

Digitized by Google

ta eſt Fraternitas Habitus Viduitatis B. M. V. ad eius aram nobile, quamplurimis indulgentiis ditatam. inibi ſtatim ſtatuta ſtant ſepulchra duo, cum eorum inſcriptionibus Fratrum ſcholę, & Sororum.

*Ad D. Martini ſecus aram ſanctiſſ. Trinit.*

SEP. SCHOLÆ SANCTÆ TRINITATIS MDLXXVII.

*Ad D. Michaelis. vbi ſunt ſcholæ ſacratiſs. Euchariſtiæ: Sanctæ Heliſabet, & Sancti Eraſmi. Supra oſtium maius intr.*

HANC D. MICHAELIS SACRAM ÆDEM ANTIQVITATIS, ET DEVOTIONIS STVDIO VENERANDAM, TEMPORVM INIVRIA SQVALLENTEM, ET DETVRPATAM VICINI CONTRIBVLES, AC CONFRATERNITATVM MODERATORES VNO OMNIVM CONSENSV PIIS EROGATIONIBVS COLLECTIS, PICTVRA DEALBATIONE ORNATIOREM, PVLCHRIOREMQ; REDDIDERVNT. HI QVIDEM PROPENSIORIBVS IN DEVM ANIMIS, QVÆ AD CHRISTIANÆ RELIGIONIS INTERIOREM CVLTVM PERTINERE CENSVERVNT, QVANTVM EX RERVM, ET TEMPORVM ANGVSTIA LICVIT, HILARI ANIMO FECERVNT. FAXINT POSTERI, VT QVÆ MAIORA LICVERIT, AD DEI OPT. MAX. LAVDEM, ET GLORIAM LIBENTER IMPENDANT. SEXTA DECIMA SAL. HVMA. IVBILEI VERO TERTIA ANNORVM CENTVRIA SVMMA IVBILATIONE ABSOLVTA.

1.1600.

*In proximo ad laqueare depictum.*

Schola confraternitatis Sanctæ Mariæ Heliſabetæ, quæ Reſtaurata fuit anno Dom. MDXCVIII.

*Ad Diui Leonardi. bina marm.*

SEPVLCHRA FRATRVM, ET SORORVM SCHOLÆ SACRATISSIMI CORPORIS CHRISTI.

Inibi iam decennio ara nobilis, & ſchola Sancti Franciſci de Paula: nondum autem vlla ex marm. adiuncta memoria.

*Ad Diuæ Agnetis ad luſtralis aquæ pilam, ſeu concam marm.*



Digitized by Google

SC. SANCTISS. SACR. FF. AN. MDLXXVIII. D. XXV. IVL.

*Ad D. Mariæ cæterum ad aram DD. Iacobi, & Chriſtophori ſpectabilem Quorum quidem ſanct. ſchola, & deuotio ſatis ampla.*

D. CHRISTOPH. MARTY. RELIQ. HVIC ORATORIO ANNO MCCCLXXXIX. IX. IANVA. PIE DICATAS HIC RECONDI, ET CONSERVARI IVSSERVNT DD. IAC. ET CHRISTOPH. GG.

*In S. Joannis Euang. de Ripa ad dexteram aræ magnæ in baſi.*

ALTARE S. VICTORIS.

*EX TESTAM. D. NICOLAE DE CLAVDIS LEGATO MISSAE SABBATHINAE ANN. MID. COHONESTATVM A PRES. SCHOLAR. S. IAC. ET S. CATHER. COMMISS. MDCXII. REFECTVM, ET ORNATVM. AD MELIOR. SVI TVTELAM, ET FORMAM IPSOR. CVRA IN EAD. CAPEL. MDCXIV. TRANSL. EST.*

*Ibidem ad altare ſanctorum Iacobi, & Chriſtoph.*

FAM. GET. MDXCIX. SIM. RIG.

Scilicet, Familiæ Getæ ius Preſb. Simoni Righetto collatum.

*In confinio S. Pancratij ſuper oſtio Hoſpitalis S. Andreæ marmor ſcutatũ.*

ANNO DOM. MCCCXLVI. De menſi Aprilis completum fuit hoc opus Huius, Hoſpitalis ædificati expenſis, & ordinamento q. Andreæ q. Bernardi de Cathaneis de Somaria diſtrictus Florentiæ, ſub titulo ſancti Andreæ Apoſtoli.

*Magni Xenodochii, Sodalitatisq; ſanctæ Mariæ Verberatorum Monum. ad Diui Nicolai Tabulæ marm. valde nobiles.*



Digitized by Google

THOMÆ SALINGVERRÆ V. C.
QVOD SODALITATEM XENODOCHII DIVÆ MARIÆ SIBI HÆREDEM INSTITVERIT. ET DVOS ADOLESCENTES BONIS ARTIBVS ERVDIENDOS PERPETVO MANDAVERIT. OSSA, QVÆ ANNOS CIRCITER CCXXXVI. IN ABDITO LOCO SITA FVERANT. VT TANTI VIRI MEMORIA RENOVETVR, IN HAC TEMPLI MAGIS CELEBRI PARTE REPONI IVSSERVNT XENODOCHII CVRATORES. MDXXXVII.

---

OLIVERIO FORCETÆ PIENTISS.
QVI MORIENS ANNO MCCCLX. AMPLVM PECVLIVM AD LXXX. M. AVREORVM XENODOCHIO TARVISINO D. MARIÆ T. RELIQVIT. QVORVM EX ANNVO REDDITV IN CARCERE CONIECTI OB ÆS ALIENVM REDIMVNTVR: VIRGINES PAVPERES NVPTVM DANTVR. CÆTERISQ; INOPIA LABORANTIBVS SVBVENITVR. PRÆFECTI IPSIVS XENODOCHII, NE TANTA HOMINIS PIETAS DELITESCERET, MONVMENTVM IN HOC ILLVSTRIORI FANI LOCO F. C.
MDXXXVII.

---

*Accedat tertia tab. iam iam ponenda in T. cathedr. quæ eſt huiuſmodi.*

ANTONIO RONCINELIO BONINCONTRI F.
SVMMA RELIGIONE, ET PIETATE, NON MINVS, QVAM ANIMI NOBILITATE, AC GENERIS SPLENDORE CLARISSIMO
*QVI XENODOCHIO D. MARIAE AMPLI SVI PATRIMONII HAEREDE SVBSTITVTO GENTILE SACERDOTIVM HIC AD ARAM DEIPARAE VIRG. ET DIVINI NVNTII GABRIELIS PRO SACRIS FACIENDIS A MAIORIBVS SVIS INSTITVTVM PRAEDIIS LEGATIS LOCVPLETAVIT. ET RELIQVOS BONOR. SVOR. FRVCTVS IN PAVPERES, ET LOCA PIA QVOTANNIS DISTRIBVENDOS SVO TESTAM. MANDAVIT. AD EXCITANDAM TANTI V. MEMORIAM, QVE PER CC. AMPLIVS ANNOS SOPITA DELITVIT. XENODOCHII PRAEFECTI, ET CVRATORES COMMISSARII INSTITVTI.*
*H. M. P. C.*
*ANNO CHRIST. SAL. MDCVI.*

---

Nomina, & Effigies bonæ manus Plurium virorum illuſtrium, ac fœminarum, qui, quæq; hoc amplum xenodochium, collatis certatim diuitijs, tantopere locupletarunt, videre eſt ibidem altiùs in lon-

Digitized by Google

longiori illa porticu verſus Silim: vbi & ſingulorum legantium, ſiue id Hoſpitale ſibi aſciſcentium Heredem, tantorum operum tempora ſunt pariter regiſtrata. Verumenimverò nihil prohibet hæc etiam in præſentia recenſere: nedum vt illorum plurium memoria, & in his inſcriptionibus renouetur: imò propterea, quia futurum forſitan, vt exinde aliquis ſanctorum operum æmulator, pio huic, ſanctoq; loco legaret, ſiue etiam eius bona omnia, quemadmodum iſti prælegerunt, adiudicare, æqui, boniq; conſulens tandem decernat.

| | |
|---|---|
| *Dominus Petrus de Robegano.* | 1303. |
| *Domina Benaſſai de Medulo.* | 1304. |
| *Ser Ioannes de Gilio.* | 1338. |
| *Ser Franciſcus Stratiarolus.* | 1348. |
| *Ser Nicolaus de colle.* | 1352. |
| *Domina Thomaſina de limbraga.* | 1360. |
| *Ser Daniel de Salego.* | 1363. |
| *Ser Iac. philippus de Reſio.* | 1363. |
| *D. Oliuerius Forcetta.* | 1368. |
| *Ser Federicus de Maluaſis.* | 1368. |
| *Dominus Thomas ſalinguerra.* | 1369. |
| *Dominus Petrus de Tridento phyſ.* | 1377. |
| *Ser Ioannes de liberio.* | 1378. |
| *D. Marcus Tempeſta Aduog. alibi: c.* | 1390. |
| *Dominus Antonius Roncinellus. c.* | 1390. |
| *D. Thadæus de Adelmario.* | 1454. |
| *D. Matthæus de eptimo.* | 1456. |
| *Domina Heliſabeth Roncinella.* | 146[illegible]. |
| *Ser Io. Donatus aromatarius.* | 1470. |
| *Ser Deodatus de Septimo phyſ.* | 1470. |
| *Ser Ioannes de Fanzollo.* | 1478. |
| *Ser Melchior de Siena.* | 1481. |
| *Ser Federicus de Ponte.* | 1482. |
| *Reuerendus. D. Ioannes Epiſcopus Taruiſinus.* | 1484. |
| *Ser Coſma de Anoali.* | . . . |
| *Ser Petrus de ſancto Martino.* | . . . |

*Aliquot ibi præterea xenodochij librorum armarijs conteguntur.*



Digitized by Google

Reliqua benefactorum huiuſmodi, & quidem in magno numero, nomina, ac effigies, quia delineata inibi non exiſtunt, hic non repono; nec equidem ſufficerent plures paginæ, & laborioſus æquè, ac tædio plenus euaderet hic catalogus, præſertim in referendis tot fideicommiſſis, vulgò Commiſſarie.

Arridebit alicui forte fortuna catalogus illorum omnium, qui aſſequuntur ſalarium, præmium, ſeu ſtipendium dixeris, ab hoc admodum locuplete Hoſpitali, ac magna Domo, magniq; ambitus, ac circuitus, tribus, amplis inquam portis munita: varium ſanè pro varia perſonarum, atq; hominum ſorte. Quid etenim, & quantum quilibet recipiat hic deſcribere non eſt animus: voce referam, ſeu magis ſcripturam proferam percontanti.

Præſidentes quatuor, Gaſtaldiones vulgò dicti. ſ. Nobilis, Doctorue, Tabellio, Ciuis, Mercator, aut artifex, æqua lance.

*Cancellarius*
*Quaternarius*
*Syndicus Generalis cum ſub ſyndico ſuo.*
*Syndicus ad lites*
*Aduocatus ſ. legum Doctor.*
*Cauſidicus i. ſolicitator*
*Medicus phyſicus*
*Medicus Chyrurgus*
*Medicus ad tineam. vulgò tegna, ſaafati Arabibus: de qua uideat qui cupit, apud Hieronymum Mercurialem. de morbis cutaneis Lib. primo C. X. abſolutā tractationem, & curam curabilis; cū altera omnino remaneat incurabilis.* H. Merc.
*Infirmarius Noſocomij*
*Prior magni Hoſpitalis*
*Prior parui, huius membri:*
*Aduocatus in Vrbe Veneta*
*Solicitator ibidem.*
*Nuncius.*
*Equitatores tres.*
*Ratiocinatores duo.*
*Pharmacopola.*
*Horologij cuſtos.*
*Sarcinator, ſeu ſartor.*
*Sutor, ſeu caligarius.*
*Faber cæmētarius, vulgò murarius.*
*Eius manualis i. famulus*
*Faber lignarius.*
*Piſtor.*
*Duo eius famuli.*
*Molitor*
*Peregrinarius.*
*Caniparius*
*Subcaniparius*
*Horrearius, vulgo Biauaruollo.*
*Coquus*
*Balneator.*
*Doliarius*
*Alias Tubicen, & tibicines ſalario gaudebant, ad ſonitus præſtandos in ſolemnitatibus, & proceſſionibus Hoſpitalis. Tibia funeribus conuenit iſta meis. 5. Triſt.* 5. Ouid.

Nutri-

*Nutrices Domi ſex, vel 8. plures, & pauciores iuxta indigentiam. ſ. importatorum infantium abundantiam: per Vrbem autẽ multæ, plurimæ verò per territorium.*
*Decani 4. ex num. verberatorum*
*Vexillifer maior*
*Minor ſignifer*
*Carceraríj duo*
*Nuncius domeſticus*
*Ludimagiſter grammaticæ*
*Ludimag. arithmeticæ.*
*Cunarius. i. qui cunæ marmoreæ præeſt, noctu præcipuè, vbi ſpuríj, ac expoſiti reclinantur: quos ad lactendum ſuſcipit in Hoſpitio.*
*Lector logicæ: aliàs etiam phyſicæ, & Theologiæ.*
*Et ſi qui ſunt alíj; veluti aquæ decoctor ſimplicis, & hordaceæ perpetuò in publicum vſum paratæ.*
*Diſſector lignorum.*
*Architriclinus ſenum, &c.*
*Expoſitorum ad lactendum infantium explorator, ſignatorq;*
*Matres puellarum, tum nubendarum Virginum, tum ſeniculanum.*
*Reuiſor domuum locandarum. &c.*

*Sed ad Epitaphia repedemus. Ad D. Margaritæ ſecus hortos Monum.*

Sepultura SER MICHAELIS DE Prato Q. SER Matthæi, & ſuorum hæredum. SCHOLA ſanctæ MARIÆ de Battutis de Taruiſio eſt eius Hæres, De cuius bonis præſens fuit Ædificata capella.

---

*Ad Diui Laurentii in Templi medio longum marmor.*

S. Q. DOMINICI Lanaríj Q. SER Odorici de Petrarubea.... THE.... Cui SCHOLA Sanctæ MARIÆ De Battutis de Taruiſio eſt HÆRES.

---

Porrò infra xenodochíj ædes in antiquo domicilio, vbi forſitan Præſidẽtes, vulgò Gaſtaldiones, tunc temporis ſacri Hoſpitalis iura, ac negocia decernebant, adhuc diſpicitur iuxta ſacras imagines ad pilam Tabella huiuſmodi, quam extenſis manibus detinet depictus angelus ſupereminens.

BENIGNE. AVDIRE. SOBRIE. DISCVTERE PRVDENTER. RESPONDERE. ET. PIE. MISERABILIBVS. EROGARE. SI. CVI. QVID. QVANDO. ET QVOMODO. DES. MEDITARE. TEMPORA. PRÆTERITA. PRÆSENTIA. ET. FVTVRA. DISTINGVES. PAVPERIB. NON. PARCVS ERIS ET PRODIGVS. NON EXISTES. SED. TENE. MEDIVM. ET BEATVS. ERIS. DE ALIENO. NON. FACIES. ELIMOSINAM SED DE SVPERABVNDANTI. FACITO. CHARITATEM. IVRA. ET. BONA. PAVPERVM. TOTO. POSSE. CONSERVES. ET. BENE. TIBI. ERIT. M. CCCCII.

Digitized by Google

Modo

*Modò autem ſuperiùs ad Præſidentium decorum Tribunal, ſub ſpectabili icone literis aureis ſic inſcriptum extat.*

MVNDI CORDE, IVSTI, MISERICORDES, AC VNANIMES ESTOTE PATRES.
VT DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI PROMISSIONIBVS DIGNI EFFICIAMINI.

---

*In Oeconomico Syndici Gen. pij loci ad pedes B. M. Virg.*

NATA DEO, GENITRIXQ; DEI, SANCTISSIMA VIRGO,
SIS PRÆSTO: OECONOMIS AVXILIARE TVIS.
OCTAV. BONON.
M. D. C. V.
tum M. D. C. X. III.

---

Qui quidem Bononius in ſequenti anno M D C X I V. vti Notarius euaſit Præſidens tanti loci.

---

Ad vetuſtas, conſpicuas tamen, imagines Beatæ Mariæ Virg. ſanctorumq; pluriũ inferius ſecus magnam porticum, vbi moratur ille, qui eſt receptandis expoſitis infantibus deſtinatus, ita ſubſcriptum eſt;

Magiſter IACOBVS Pelliparius de ſancto Martino habitator in contrata Crucis Viæ fecit fieri hoc opus ad Honorem Dei, & Matris Glorioſæ Virginis Mariæ.
MCCCLX. XII. Auguſti.

---

Sunt autem hæ imagines, in dextro latere ſancta Maria Battutorum ſtans pedibus expanſo vtrinque pallio: ſub quo acceptas habet deuotas perſonas vtriuſq; ſexus, in ſiniſtro verò è regione huius, eſt eadem Virgo mater ſedens cum Chriſto IESV infantulo in vlnis, ac in gremio, cum angelis adſtantibus: vbi infra viſuntur, hinc nutrices cum cunis, & puerulis: inde mulieres, ac viri offerentes Matri ſanctiſſimæ infantulos faſcijs redimitos. appicti ſunt autem ſancti, Petrus, Iacobus, Io. Baptiſta, Franciſcus, & Bernardinus. Aſt ad muri initium iuxta fores adeſt inhærens equo Martinus ſanctus valde conſpicuus.

Iacobus hic inquam fuit, vt audio, ex auctoribus noſtratiũ Ami-



Digitized by Google

toniorum, adhuc eo loci degentium, in confinio. ſ. viæ Crucis, atq. in ædib. Hoſpitalis: qui quidem de Valle ſancti Martini diſtrictus Bergomenſis in has oras migrarunt, atq. depicti fuère ſancti illi oẽs iuxta nomina conſanguineorum, quæ infra illos habentur adhuc in vſu; Porrò vnum mihi remanet ſubnotandum quod ſubnotatum conſpicitùr typo magni illius incendij, quod quidem in magno hoc hoſpitio contigit die notata.

EX VOTO. MDCVII. XVII. NOVEMBRIS.

Et hæc de magni Hoſpitalis, quod ad meum inſtitutum ſpectat, memoria, ac inſcriptionibus ſatis ſunto. Quapropter pij loci leges, commoda, prouentus, ſalaria multa, legata plurima, diſpenſationes, piaq. opera innumera, & varij generis dicere prætermittam: eiuſmodi legat, qui cupit, libro decimo, Hyſtoriæ Taruiſinę, aliqua etiam noſtrorum 4. Epitaphiorum: ſed præcipuè annales tanti Hoſpitalis, Teſtamenta, partes, decreta, leges, ordines, ac ſtatuta.

Cæterùm vnum, quod poſtremo exilijt Elogium, dixero ſacroſanctum, in indice auratis litteris, ſummaq. impenſa, ac artificio decoratum in Templo ipſius Hoſpitalis erectum, poſtremum ponam, ſcilicet.



PAVLO DE SAXOFERRATO
HOSPITI HVIVS LOCI DEFVNCTO PIENTISS. V. ATQ; OPT. CRVCICVLÆ SALVTIFERI LIGNI, IN QVO SVMVS REDEMP. QVINGENTORVMQ; AVREORVM GRATISS. ELARGITORI ANNO MCCCCL.
QVÆ SINGVLARI VIRTVTE, AC GRATIARVM LARGITIONE ADMIRANDA, VRBI SEMPER PROPITIA MAX. CVLTV, SVMMAQVE VENERATIONE HIC IN CONCLAVI REPOSITA ADHVC ET HONORIFICENTISS.

Digitized by Google

TISS. SERVATVR, ET SOLENNITER V. NONAS MAII FIDELIBVS DEOSCVLANDA PRÆBETVR. PRÆSIDES MEM. AD PERENNE DECVS.
AN. SAL. MDCXIIII.
H. M. EXCIT.

*Dum autem de hoc conſuleretur negotio, ego interpellatus, ſic eiuſmodi rem digeſſi.*

LARARIVM HOC CRVCE PARVVLA EX LIGNO CHRISTIF. A PAVLO SENTINATI PEREGRINO RELIGIOSISS. HIC DECVMBENTE MAGNO HVIC HOSPITIO DE SE B. M. LEGATA CONSPICVVM PII LOCI PRÆS. PIE TVNC EREXERVNT, CLATHRARVNTQ; ATQ; ILLAM QVOTANN. IN FESTO CRVCIS A SACRA MANV EXHIBERI CHRISTIFIDELIB. OSCVLANDAM SANXERVNT. NVNC VERO XENOD. IPSIVS RECTORES, OBLIVIONEM ÆQ; AC DESVETVD. ABHORRENTES, HOCCE VARIOR. MARM. SVMPTV, MEMORANDA HÆC IN POST. PRÆCAVENDAQ; VNANIMES COOPTARVNT. ANNO AB ORBIS REDEMPT. MDCXIV. A LARGIENTIS OB. CLXIV.

Ex Hoſpitalium, ſiue noxodochiorum num. proculdubio eſt id, quod dicitur Lazaretũ, officium ſ. præſtitum ſub nomine ſanitatis; cuius ſunt Præſidentes 4. Nobilis nempe, ſeu Doctor, Tabellio, Ciuis, Artifex, cum eorum Syndico, & Cãcellario. Quòd ſane xenodochium ſatis amplos prouentus exigit: legata præterea, & eleemoſinas; cum nec ſcriba aliquis poſſit conficere teſtamentum, ac ſtipulare, quin interroget teſtatorem, an quid legare voluerit Lazareto, veluti & Hoſpitali, & alijs locis pijs, hinc fuit, quòd & pater meus in ſui confectione teſtamenti legauit ambobus his Hoſpitalibus, bene de illis ſentiens, denariorum non leuem ſummam. Habet locus iſte extra muros, ſecus Silis fluenta, domunculas aliquot ad deportãdos lue peſtilenti infectos homines: ſiue ad relegandos ſuſpectos, ad contumaciam præſertim quadragenariam abſoluendam cum reb. ſuis. Retinet id officium ſecus forum prætorium ſub magna porticu officinam ad Fides ſanitatis conſcribendas, ſiue ſubſcribendas, & diſpenſandas per Tabellionem collegij, cum ſint impreſſæ, vel aliũde

iſtuc

Digitized by Google

illuc deferatur ad tranſitum. vbi ſuper oſtio introrſum ſic inſcriptum eſt.

DEI PROVIDENTIA,
PRÆSIDVMQ. VIGILANTIA, CONFIDIMVS.

Illud reſtat non ignorandum, in qualibet Eccleſia parochiali haberi deuotas ſcholas, ac confraternitates ſacratiſſimæ Euchariſtiæ: in quibus etiam ſunt pro miſeris occumbentibus, ſeu deuotis confratribus attumulandis marmoreæ ſepulturæ: quarum aliæ ſunt inſcriptæ, latino quidem ſermone Fratrum, & ſororum, aliæ vulgari: aliæ verò inſignibus calicis, & Hoſtiæ ſolummodò figuratę; has non colligo, quia de illis ſufficit hæc retuliſſe: perinde atque prætermitto ſodalitatum aliarum monumenta nō pauca, præcipuè, ob eorum carentiam litterarum, veluti ſacri Roſarij, B. M. Virg. ad Diui Nicolai ſex, vel octo, inſculptis Roſis tantummodò decorata, pariter ſcholæ ſanctiſſimi Nominis Dei, TETRAGRAMMATON, veluti & B. Rochi ſatis opiparæ. vbi harum trium confraternitatum ſpecioſa inuiſuntur altaria magni ſumptus, quin & maximi Roſarianum, & hæc iuxta hyſtorias ex pictura in telis virorum in arte principum exterorum pariter, ac noſtratium: ſicuti præterea ad D. Mariæ IESV ædem præter illam, de qua ſupra, ipſius Nominis IESV, picturis hinc inde, & ſub laqueari nobilibus illuſtratam, adeſt illa ſancti Ioſephi ſponſi B. Mariæ, vbi ara non minus, atq. ſacellum eſt valde conſpicua, & inferiùs nudę litteris ſepulturę. Porrò ad D. Franciſci Fanum eſt deuotum illud Cordigerùm ſodalitium, præter illud ſacratiſſimę Conceptionis B. Mariæ Virg. cum binis illiꝰ ex marmore Monumentis; vbi in proximo eſt Fraternitas D. Antonij de Padua, & eſt vt plurimum Germanorum hic degentium, cum eorum marmoreis Monumentis his characteribus inſignitis.

HÆC DVO MONVM. SVNT SCHOLÆ TEVTONICOR.
SANCTI ANTONII DE PADVA MCCCCXCIV.

*In muro autem, vbi ſunt picturæ Sancti Hyſtoriam, ac miracula referentes, hic legitur.*

HOC OPVS FECIT FIERI SCHOLA SANCTI ANTONII
DE PADVA TEVTONICORVM TARVISII.
ANNO MCCCCLVIII. 8. Iunij.



Digitized by Google

Eſt ibi etiam Societas, & altare B. Bernardini de Senis, non parum frequens. Cæterùm ad D. Margaritæ, præter illam locupletem ſancti Nicolæ, qua de iam diximus, adeſt illa Cingulatorum cum duobus marmoreis Monumentis fratrum, & ſororum, inuicem ſeparatis, audio ibi pariter eſſe ſcholam ſancti Valentini, vbi & altare decens. porrò ad ædes Diuæ Catherinæ eſt illa Confraternitas ſatis diues. de qua nos arte, ſub nomine eiuſdem ſanctę Virginis, eſt & illa ſanctę Luciæ, illa pariter ſancti Sebaſtiani cum aris eorum, ac ſepulturis: Quinetiam & B. Iob ſchola, ara itidem & ſarcophagus, poſtremò illa Viduitatis Habitus B. Chriſtiparæ Virginis cum ſepulchris, vt mox dicebam: cuius quidem pulli Habitus inſignibus adhuc à Patribus illis in Templo ad aram veſtitæ ſunt publicè, ac decoratæ deuotæ Virgines ſeptem. Præterea ad Diuæ Mariæ Nouæ eſt ſchola, ac Fraternitas ſancti Blaſij; ad ſancti Michaelis ſunt illæ iam dictæ cum tumulis ſuis. ad D. Martini, præter illam ſanctiſſimę Trinitatis, illa etiam Diuę Marię pariter, & ſancti Zenonis, ad D. Ioannis a Baptiſmate reperitur ſchola, & ara ſanctę Apollonię; ad Diui Pancratij Templum eſt ſodalitas Humiliatorum ante XXX. annos iam inſtituta, ſunt quędam alię ſocietates. B. Mariæ Virginis per Eccleſias paſſim: eſt ad Diuę Marię carcerum ſchola, ſancti Abbatis Antonij, prętter illam ſanctorum Iacobi, & Chriſtophori locupletem, ſunt & alię quas ignoro forſitan, nec etenim multi refert, ſi binas, aut alteras prętermiſero; ſuborta fuit poſtremò, vt tetigimus, ſchola ſancti Franciſci de Paula in D. Leonardi antiquo Templo, eaq; frequens valde, ex quo Frater Ignatius Capuanus, illius. ſ. ordinis Minimorum Eccleſiaſtes admirabilis ęquè, ac Tarentinę ciuitati gratiſſimus, huc ſecundò poſt ſexennium MDCII. appulit ad concionandum in Quadrageſima. ad hęc hiſce poſtremis annis tres eleuatę ſunt Fratalee, ſocietateſq; artificum vt plurimū, ac mercatorum in mortis ſenſu frequentes admodum; magna inquam illa, ac referta, ordinis Crucifixi, de qua in fine tertij libri in Elogijs hyſtoricis noſtris latius, cum ara, & ſarcophago ad D. Viti. illa ad Diui Laurentij ſub titulo Dominę pietatis conſtans ex fratribus LXIII. iuxta numerum. ſ. annorum B. Marię Virg. & illa Mortis, ſic dicta, ad D. Gregorij. omnes, prior præcipuè, cum pluri mis indulgentijs, piè inſtitutę, obſeruatę ac exercitę, prętertim annua ſolemnitate in Eccleſijs ſuis, & in deferendis fratribus morientibus paſſim ad inhumandum, cum funalibus ſingulis ardentibus longo ordine.

Adhæc

Digitized by Google

Adhaec praeterea ſunt ſcholæ, & ordines, ac frataleæ Mercatorum, atq; artificum fermè omnium ſeparatæ, conſtitutæ paſſim in Templis, cum eorum altaribus, ac ſepulchris, quas libens prætereiens ad alia me conuertam.

Veruntamen, ne alicui in hoc mancus videar, illas ſigillatim etiam recenſere non detrectabo: quippe nec ab re id, nec iniucũdum cenſeo.

Scholæ, ſiue Frataleæ opificum Taruiſij, iuxta ordinem magnæ Proceſſionis diei ſanctiſſimi corporis Chriſti, ciuitatis noſtræ antiquiſſimum, obſeruatumq; continuè vſq. in hodiernam diem. 1615.

Eccleſiæ præterea, atq; aræ propriç ad illorum deuotionem exercendam, atq; conuentum.

Lictores, præcones, ac barouerij, in Templo cathedrali illuminant, exornantq; aram B. Mariæ Pietatis. Eorum ſanctus in vexillo, & feſtum, eſt Diuus Paulus enſifer.

Amphorarij. ſ. vini portitores ad D. Franciſci T. Eorum deuotus, ac patronus electus, neq; non inſignium eſt ſanctus Thom. Ap.

Caupones, ac Tabernarij, ad D. Gregorij. eorum deuotus ipſemet ſummus Pontifex. & inſignium.

Molitores, ſiue, vt dicunt, molendinarij. ad D. Leonardi. Eorum ſancti tutelares Diuus Proſdocimus, & D. Bartholomæus, ara, & illuminatio, & vexillum.

Piſtores, ſeu Furnarij. ad D. Gregor. altare D. Mariæ, labarũ, &c.

Nautæ ad D. Mariæ maioris T. eorum capella, altare, ac ſignum eſt B. Mariæ Virg. cum expanſo pallio.

Barbitonſores, & chyrurgi. ad D. Franciſci, eorum Sancti, Coſma, & Damianus.

Fabri cæmentarij. ad D. Nicolai. illorum tutelaris idemmet D. Nicolaus. &c.

Plauſtrarij, doliarij, ac pixidarii, ſeu turnarii. ad D. Franciſci: eorum ara eſt illa ſanctæ Crucis. Feſtum vero in die ſanctiſſimæ Trinitatis.

Fabri lignarij, & ſtipatores, vulgò calafadi, ad D. Nicolai. illorum eſt ſanctus Ioſeph.

Fabri ferrarij, & veterinarij. ad D. Laurentij, vbi eorum altare, & deuotus eſt ſanctus Alo.

Pelliones, ſeu pelliparij. ad D. Nicolai. eorum perſpicuum altare, atque deuotio eſt Sancti Ioan. Baptiſtæ, cum agno ſuo, vbi & protector ſanctus Theoniſtus.



Digitized by Google

Sutores, caligarij inquam, ad D. Auguſtini. eorum ſancti Marcus, & Anianus in propriæ aræ titulo, & in vexillo.

Coriarij ad D. Ioannis Euang. de Ripa.

Lanij, ſeu macellarij. ad D. Franciſci. exercitum altare eſt D. Sebaſtiani, vbi & ſepulcrum, &c.

Figuli. ad D. Nicolai illorum præpes eſt ſanctus Dominicus.

Cimatores, tonſores inquam prauorum, & lanarij ad D. Ioannis à baptiſmate, vbi eſt eorum altare B. Mariæ Virgini erectum, & tumulus.

Sarcinatores, ſarctoresuè. ad D. Margaritæ. Protector illorum in ara pictus ſanctus Homobonus.

Biretarii. ad D. Nicolai. Ara, & vexillum eſt ſancti Vincentii.

Caſeolarij. ſeu fartores. ad D. Laurentii. illuminant, exercentq. altare ſancti Antonij Abbatis cum ſue ſuo. vbi & S. Michael cum bilancibus, & in vexillo.

Inſtitores, mercium venditores, ac reſtiarii. ad D. Gregorii. Deuotio illorum, araq. eſt ſancti Sylueſtri papæ. ſep.

Pharmacopolæ, ſeu aromatarii. ad D. Gregorii.

Pannorum, venditores, mercatoresuè, & Draperii. vbi & Cimatores.

## Artes Taruiſii exercitæ, carentes ſchola.

*Aurifices*
*Vitriarij*
*Spatarij ſeu cultellarij.*
*Piſcatores*
*Pictores*
*Inauratores*
*Tinctores*
*Textores, textrices, lanificæ, &c.*
*Scrutarij, vulgò ſtratiaruolli.*
*Vilia vendentes tunicato ſcruta popello. Hor.*
*Fullones*
*Pullarij*
*Propolæ*
*Myropolæ*
*Lipothomi, ſeu lapicidæ acuitores.*
*Gladiatores. i maſtri di ſcrima.*
*Loricarij, &c.*
*Campanarij, & Templorum ornatores.*
*Carpētarii, eſſedarii, &c qui plauſtrariis adhæſerunt.*
*Stabularii abſque hoſpitio.*
*Placētarii, uulgò confortinari, piſtores dulciarii.*
*Ephippiarii*
*Farinarii. farinati.*
*Balneatores.*
*Fænarii.*
*Tabellarii.*
*Statuarii.*
*Cathedrarii.*
*Carbonarii.*
*Impreſſores, ſculptores, plaſtes.*
*Ciſtarii. coronarii.*
*Omnis generis ſonatores.*
*Cantores.*
*Tripudiatores, vulgò ballarini.*
*Pilearij, qui cum inſtitorib.*
*Fornacarii. extra vrbem.*
*Bonellarii*
*Filatorii*
*Gucchiardi*



Digitized by Google

Cartarij, extra vrbem.
Bibliopolæ, & librarii.
Circularij.
Alearii, archi triclini.
Coqui.
Tubicines, tibicines, cornicines, &c.
Proſenectæ.
Dardanarii, præcipuè fæm. ac olitrices.
Ferri mercatores
Vini mercat.
Lignaminum merc.
Segetum merc.
Serici mercatores.
Et ſi qui ſunt alii vagamini per vrbem, & ſpectate.

## De ſacro Monte pietatis.

Sacrum pietatis Montem ad commodandum egenis pecunias, fęneratoreſq. interim compeſcendum, Iudęos pręcipuè, qui tunc temporis Taruiſii morabantur in magna copia ſeu frequentia, inſtitutum erectumq. fuiſſe anno ab orbe Redempto. MCCCCXCVI. Nicolao Franco Epiſcopo, & Hier. Aurio prętore ſuadentibus, neq. non adiuuantib. ſatis conſtat: in cuius quidē pii loci ſorte (idq. addatur hyſtorię) vltra XX. aureorum millia in præſentia numerantur, qui quidem vertuntur in gyrum, erogantur inquam continuè in pauperum Vrbis, & agri Taruiſini, quinēt exterorum, commodum, ac ſubſidiū; neq. hi duntaxat, ſed & quotquot pecuniarū ſummæ inibi in ęrario deponuntur, ſiue ad prelationes obtinendas vēditionū, ſiue ad legata abſoluēda, ſeu dotes conſtitutas ſeruandas, ſiue vt tutiùs ibi ſeruentur nummi, dum quis peragratur, aut dubitat expilari, ſiue alia quauis de cauſa reponātur, vti in quodam tuto ſacrario. Quandoquidem ad libitum, adnutum quandocumq. reſtituuntur. Sunt ibi ędificia ſtructurę ſatis operoſæ, atq. ordinis non ſpernēdi. Regitur hic Mons Pietatis, hoc inquam ſacrum ærarium, ac indigentium pecuniarū refugiū, ex decem Conſeruatorū quos vocant, decretis, electorum à maiori Ciuitatis conſilio, duob. ſ. nobilib. Viris, totidem Doctorib. ſint modò illi Phyſici, ſeu legiſtę, totidem Tabellionib. totidem ſimpliciter ciuib. totidemq. opificib. ſeu mercatorib. hac quippe ſerie gradus ciuilitatis noſtrę nunc ordinantur. iſti creant Theſaurarium, cum prius, ſi quis ex eorum numero id oneris intercipere voluerit, detur optio. hic ſanè cuſtodit, et tractat omnes denarios, tum ſortis pii loci, cum depoſitionū quarum cumque per ſex menſes, quibus tranſactis tenetur de cunctis reddere rationē. creatur porrò œconomus, vulgò Maſſarius, itidem à maiori, centum ſcilicet ciuitatis conſilio, cuius eſt munus pecunias accipere de manu Theſaurarii, & ſtatis dieb. nempe lunę Mercurii, & Veneris per anni dimidium petentibus ſuper porrectis pignoribus erogare ſic & aliorum continuatis temporibus ſucceſſiuè: hę autem pe-



Digitized by Google

cuniæ quotquot fuerint, ſanè tu ingenti ſumma, non repetuntur per annum: quo temporis curriculo, niſi exacta fuerint, aut remiſſa bona hæc mobilia, ſubhaſtantur; retinetque Maſſarius de pignoris precio commodatum, & vlteriùs pro ſingulis libris aſſis vnciam menſualem vigeſimam. ſ libræ portionem, ſeu partem dicas, per ſingulos annos: vt inde appareat hunc œconomum 18. menſibus in officio diſtineri, ſex menſibus mutuando, duodecim autem reſtituendo exigentibus pignora: aut non exacta per annum, vendendo, (niſi remiſſa fuerint ſucceſſori, licitante Maſſarii confidente vulgò il Fante, ſub magna fori publici porticu infra quatuor haſtas diſcriminata, deſcãdendo cum precio, vſq; dum aliquis dicat, Meum dummodo, non deueniat infra commodatum, & vnciam: quo caſu remanet Fanti pignus ad eius vtile, ſiue damnum, vt qui in æſtimatione pignoris ignorans fuerit, aut verſutus. Hoc addo non reticendum, quòd à libris ſex denariorum paruorum infra ex Io. Baptiſtæ Tirenæ Equitis, ac nob. Tar. liberalitate, ſiue in pauperes charitate inſigni, nulla vſura, nullo impendio pauperum continuè commodatur. porrò aſſignatũ eſt ipſi œconomo adhuc ſalarium ducatorum. 150. quod quidem auctum eſt hoc anno MDCXIV. ad vſq; centum & octuaginta, cum priùs iuxta commodati ſummam illud exigeret: quod ſæpe ſępius vltra 200. & quandoque 250. & adhuc longè vlterius tranſcendebat. Theſaurario pariter pro illis ſex menſibus conſtituto aureorum præmio quinquaginta; hi autem duo penès quos verſatur, diſtineturq; vniuerſa pecunia, tenentur vadari pro admodum ingenti ſumma; Cum prętere a Conſeruatores nedum ſint omnium actionum contingentium in ipſo Monte Cenſores, ſed & ſinguli ius habeant, ac auctoritatem in Dotis ſubſidium libras centum paruorum ſingulis nupturis *Virginibus* aſſignandi, idq; ex ſuperluero ipſius Vnciæ: quod quidem eſt tanti ponderis, ac momenti (vide quomodo multa modica faciant vnum, & ingens ſatis, vt dici ſolet) vt ſufficiat ad alia cuncta ſalaria perſoluenda: quæ ducentum & ſexaginta aureos certè tranſcendunt: & inſuper ad ſumptus plurium rationum ad ducẽtos alios aureos: reliquum prętere a quod ſupereſt, parum, aut multum, pauperibus, ac egenis larga manu per eoſdem Conſeruatores interim erogatur.

Quantum autem fuerit ſingulis annis alijs diſquirere non laboro: vnum ſcio ex ipſomet Theſaurario D. Patritio Adelmario hoc anno MDCXI. menſe vltimo ad feſta Natalitia cuilibet Conſeruatori, ex his vnciis recollectis ad diſpenſandum ad pia opera, conti-



Digitized by Google

giſſe libras quingentas, & triginta, adeo, vt ducta decies ratione omnes ſimul conſiderati, hoc anno in piis erogationibus perſoluendis præſertim in aſſignandis dotibus, quinq. mille, & trecentas libras effuderint; factis donatijs pluribus ijs, qui quomodolibet ſeruiunt, aut præſtant operam huic pio loco.

Sed, quod ad propoſitum noſtrum ſpectat, eſt infra eaſdem ędes terreſtre Templum duobus ſpecioſis altaribus præditum, & ſacrario; alterum quippe Beatę MARIÆ ſemper Virgini dicatum; alterum Redemptori noſtro CHRISTO eius filio: quod quidem Templum adeo ab omnibus frequentatur, & miſſę ibi diebus continuis celebrantur, ac ſępe ſępius optimis concentibus ſolemniter decantãtur, nedum quia ſit medium inter plateas, at magis quoniam vſq; ab anno Chriſtianæ ſalutis MDLIX. ad hęc vſq. tempora, viſa miracula innumera, ac admiranda, nec non poſtea & per illam Chriſti Domini ſpecioſam, quod teſtantur ſtatuę, ac tabellę propemodum infinitę tholo, & parietibus adaptatę, argenteę inſuper, atque aureę oblationes in magna copia, vt vniones interim, velabra, linteola, ſacros habitus, vota cærea, & id genus alia prętermittam. ibi igitur ſupra ſacrarij oſtio eſt tale marmor admodum conſpicuum, ac aptatum.

D. O. M.

SACELLVM HOC CHRISTI IMAG. MIRAC. EX OBSCVRIS PENETRALIB. TRANSLATÆ: ARAMQVE MARM. DEIPARÆ VIRG. IAM DIV FAVTRICI, CVM RELIQVO ORNATV.

CONSERVATORES

PIETATIS STVDIO, EX SACRI MONTIS VNCIA VNANIMES EREXERE.

ANNO DOM. MDXCIII.

---

Quæ inſuper notabilia, ac memoranda infra ędes huius ſacri Montis comperiuntur, præſertim in ſanctiori ęrario, vulgò Theſauraria, hic reponere non cũctabor: cum potior mihi videatur eorum locus in huius noſtri operis Appendice, ad quam dum velis, lector, recurras.

Coronidem huic primo libro impoſiturus, ad hanc Chriſti Domini miraculoſam imaginem fundam preces & ego Barth. Burch. animi mei propenſionem, ac deſiderium explicando: nec alia nunc

lingua,

Digitized by Google

lingua loquar, quam Ludolfi illa Carthuſiani, in eius de vita IESV Chriſti libro ſic aſſerentis. *Land. ſax.*

O bone IESV, Redemptor perditorum, ſaluator redemptorum, ſpes exulum, pauperum ſpiritu dulce ſolatium, laborantium fortitudo, laſſorum recreatio, triumphantium corona, ſupernorum ciuium vnica merces, & lętitia vera, vnica proles ſummi Dei, & fructus ſublimis vteri Virginalis: fons gratiarum omnium, de cuius plenitudine nos omnes accepimus: in te, vt finem omnium, tendens, & ſperans, & amans ferar: deſiderate IESV, ad te adducar, te ſequar: quia tu ſolus ſufficis, tu ſolus ſaluas, tu ſolus bonus, & ſuauis es te quęrentibus, & diligentibus nomen tuum. Amen. *pag. 87.*

FINIS LIBRI PRIMI.



COMMENTARIORVM

# MEMORABILIVM TARVISII

## LIBER SECVNDVS

*IN Quo ſæcularium Hominum Taruiſij tumulatorum Memoriæ ſunt ex ordine regiſtratæ.*

Adiectis de more Apoſtrophis ordinibus quibuſcumque: Denique & Morti ipſi.

*Cum Antiquorum, Romanorum inquam, Marmorum adhuc Taruiſij compertorum Additamento.*

BARTHOLOMÆI BVRCHELATI PHYS. OPVS.

*Ad illuſtriorem Vrbis, Ciuiumq; memoriam propagandam.*




TARVISII.

Apud Angelum Reiectinum. MDCXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

# AD OMNES CVIVSCVMQ. ORDINIS CONCIVES SVOS IN DOMINO QVIESCENTES,

## BARTHOLOMÆVS BVRCHELATVS PHYSICVS TAR.

FOrtiſſimorum quorumcumque, ac perilluſtrium animas Taruiſinorum, Comitum, Equitum, Militum, Nobilium, Excellentium medio litterarum, atq. adeò cuiuſcumq. ordinis Ciues nunc adeo, alloquor, et obteſtor, vt quos in eorum omnium gratiam labores ſuſcepi, hilari fronte accipiant, æqui, boniq. conſulant, tueantur, excuſent. viuos, an vita functos, adhuc alloquar penitus, incertũ eſt. Vos, ſublimes animæ hoc iamdudum terreno ergaſtulo liberatę, Vos alloquor.

*Viuite, felices, quibus eſt fortuna peracta,*
*Iam ſua: nos alia ex alijs in fata vocamur:* *Virg. 3.*
*Vobis parta quies: nullum maris æquor arandum.*

Suſcipite, quæſo, tutelam noſtram: laboreſq; noſtros, quiqui fuerint, Diuis noſtris Tutelaribus, dũ ob mei defectus vos pudeat Deo optimo maximo, præſentate, afflictum erigite, ac ferme perditum recreate. Non quidem in terris adhuc commorantes inuito, non quia non illis tenear, & me illis debere plurimum fatear: quippe qui patriam in ſinu geram, nec vnquam diſcingar: ſed ne ſtrenam, aut terrenum pręmium, quamquàm malè meritum, videar his tabellis interea popoſciſſe. Vos omnes hac labili vita functi Equites Equitem, Comites, ac Barones, Comitem, Militẽ, ac Baronem: Voſq; Doctores, ac ciues cuncti Doctorem, ciuemq; veſtrum indigenam: Academici Academicum quinimo Conſpirantis Academię inſtitutorem, perpetuumq; fultorem, ac patrem: Anhelantis autem Academiæ Reſpirantem, & primum Principem (abſit verbo iactantia) ferme dixero, & Vos poetæ poetam, oratores oratorem, ſcriptores operũ, librorum compoſitorem: Voſq; inſuper omnes alij boni viri in Domino quieſcentes, *Quiq; ſui memores alios fecère merendo.*

Semel, atq; iterum obſecro, auſcultate, opus meum ſuſcipite, tuemini, & illud religioſiùs obſeruate.


Digitized by Google

# TARVISINIS HEROIBVS HAC VITA FVNCTIS

## BARTHOLOMÆI BVRCHELATI PHYSICI APOSTROPHE.

VOs autem ſummi Regis, ac Imperatoris Vniuerſi Heroes, Comites, Equites, ac Milites anteſignani, qui in CHRISTI fide perſeuerantes continuè, alij quippe cum ſacroſanctæ fidei noſtræ inimicis: alij cum ijs, qui Reipublicæ, alij cum vitijs, ac concupiſcentijs, ſanè cum mundi huius illecebris virtuoſiùs militaſtis, in longa, atq; aſſidua veſtrûm Apparitione ſingularem fidem, atq; conſtantiam perpetuò præmonſtrantes, Vos inquam obſecro precibus, ac imploro, veluti eos, qui, ſicuti auguror, proximè ad Deum opt. max. acceſſiſtis, et vnà cum D. BENEDICTO Pontifice, veſtri plurîum coætaneo non minus, ac conterraneo beatifica potimini viſione, mihi talem gratiam impetrate, vt quandocumq; obtigerit me hanc vitam noſtram modicam, ac labilem cum ſtabili illa veſtra, atq; ſempiterna, Deo concedente, commutaturum, meritorum loco tanti fiant huiuſmodi obſequia, hic meus erga veſtrum omnium perpetuam memoriam, atq; exaltationem ſummus deuotionis affectus, vt præclaris multiplicatis interceſſoribus illuc vobiſcum propius mihi aſcendere ab exaltatore humilium CHRISTO Domino munificè largiatur.

Elogia, atq; Epitaphia Heroum Comitum, Equit. Mil. &c.

*Ad Diui Petri Templum cathedrale.*

Diui LIBERALIS Equit. Anteſignani mem. vide ſup. inter ſanct.

---

*Penès chori ſcal.s in lithoſtrato attritum antiquum marmor.*

Al. HIC IACET NOBILIS MILES D...C. S. DE STENICBERG. DE STIRIA GENERALIS CAPITANEVS CIVITATIS TARVISINÆ. QVI OBIIT MCCCLXXXIIII. DIE XXII. MENSIS [illegible].

Hic

Digitized by Google

*Hic fuit Capitaneus Generalis Taruiſii pro Leopoldo Auſtriæ Duce, Qui per triennium ciuitatis Dom. potitus fuit.*

In muro ad ſcalas verſus ſacrarium in cænotaphio nobili hæc quatuor carmina.

*Clauduntur Tumulo comitis hic oſſa IOANNIS*
*Nuper hic inſtructo: qui prædia multa reliquit.*
*Has quoq; canonicas, & mænia vaſta Theatri*
*Iſti Baſilicæ; pro ſe ideo quilibet oret.*

---

*Ante portam* Decumanam *ſub magna Porticu.*

DIVI CAESARIS FEDERICI PHYSICVS
HIER. VR. LVSA DOCTOR, MILES, COMES, PO. Q.

---

Cæterùm cum nulla ibi ſit facta mentio temporis, in quo vixerit, ſiue occubuerit tãtus Heros, liceat mihi Medico deſcripſiſſe ad verbum illud, quod in quodam Diurnali veteri medicinæ Pharmacopæi à Gallo Taruiſii (quod ſubinde fuit Leonis aurei ſignum, nũc autem eſt aurei capitis) quo ſane vtebatur Medicus hic clariſſimus de Vrſinico: regiſtratũ a pharmacopola compertũ eſt. nempe. 5. Feurer 1503. Adi ditto mori miſſier Hieronimo Orſenigò a hore 23. ½ & fo ſepolto à hora de Nona à di 7. ditto, con grand'honor, como Caualier, & Cõte, con el sò Zupon de Reſtagno, & veſta de ſcarlato, co'l ſtocho, e ſperoni, & collaina d'oro: & con compagnia de' Medeſi, & Podeſta, & Dottori: & tutto Treuiſo de perſone. & fatto vno ſolenne Baldachin in mezo la Chieſa del Domo, come ſe'l fuſſe ſtato vn'Imperator.

---

*Eiuſdem gentis memoria nob. ad D.* Margarita*, in cæmeterio verſus Silim ſub fornice teſtudinato ad arcæ marmoreæ peripheriam.*

S. NOBILIVM COMITVM DE VR. LV. QVI VIRTVTIBVS FLORVERVNT.
V. F.

---

*Superiùs verò circa arcum leguntur hæc mutilata.*

.... QVI VARIIS DIGNITATIBVS, ET PRAEROGATIVIS, CVM SVISQVE POSTERIS IN PERPETVVM A' MVLTIS PRINCIPIBVS DECORATI FVERVNT.



Digitized by Google

*Extra vrbem ad tertium lap. in pago Pontiano, ex marmore.*

BARBARÆ CONTVBERNALI FIDELISSIMÆ
AVGVSTINVS VRS. LV. IV. DOC. CO. ET MILES TAR.
FIDEI, AC MERITORVM MEMOR,
HOC ÆTERNVM MONVM. DONAVIT, ET SVIS.
MCCCCLXXII. III. DIE: OCTOBRIS.

---

*Ad* Diui Franciſci *infra cauædium ſub fornice, marm.*

*Nũc Berton ex Vrſinica.*

INSIGNIA SVPRASCRIPTA INDEBITE ABRASA
IVSSV SVPERIOR. RESTITVTA. AVGVST.
VRSIN. LV. IVRIS DOC. COMITE, ET MILI.
FILIO PROCVRANTE.

---

*Franciſci de Salomone Milit. & Regij mem. vide inter Epiſc.*

---

*Adhuc ad D. Petri ferme ad gradus marmoreos in fine Templi.*

IOANNI LAZAVE PRESBITERO ARTIVM, ET DECRETOR. DOCTORI COMITI PALATINO HVNC
CON.... SARCOPH.... VR. MDIX.

---

*Ad radices aræ B. Henrici infra ſacellum.*

LAVRENTIVS DOCTVS MEDICVS ORNAMENTIS MILITARIBVS INSIGNITVS HVMANÆ CONDITIONIS NON IMMEMOR SIBI, LIBERALI I. C. AC HELISABETHÆ CARISSIMÆ CONIVGI, AC POSTERIS
V. F.

---

*Infra Canonica ad pedes. B. M. V. marm.*

EX VOTO D. PVCINI PRATEN. EQ.

---

Extra ſub Leonum porticu ad fores.

*Qui fuit in terris Pucinus clarus vtroque*
*Iure, tenet fœlix atria celſa poli.*
*Pratenſis Generoſus EQVES de ſtemmate Patrio*
*Nobilis eſt cæli clarus in arce magis.*

FLORAVANTIVS, & Fratres BVRSII Nepot. F. C. MDXXIII.

Digitized by Google

An cum Pratenſi PILEO Comite illo Cardinali Patauij tumulato affinitatis, ſeu patriæ ſymbolum retineret Pratenſis hic noſter Eques, ignoro prorſus, eſt quippe ſaltem in Elogio, cum id tale exiſtat Patauij pariter in Baſilica Cathedrali.

*Stirpe Comes PRATAE Præclarus origine multis*
*Dotibus inſignis, ſæclo celeberrimus orbe.*
*Defunctus, ſtatuit ſua ſic ſuprema voluntas.*
*Hac Cardinalis PILEVS tumulatur in vrna.*

---

AIMILII, & Fratrum Pulcinici Comitum mem. vide inter Canon.

---

*Ad Diuæ Mariæ Maioris Templum in rotundo ſacello poſt eiuſdem B. Virg. miraculoſæ aram, ac murum condito.*

D. M.
FRANCISCO LEONIDA A TAR. PATRITIO, ET HEROI LIICVSIENSI,
QVI CYPRO RELICTA IN HAS TERRAS MIGRAVIT.
VBI ANNOR. LXXXVIII. MENS. VIII. HONESTISS. VITAM EXPLEVIT.
VIRO, ET PATRI OPT. VX. ET FILII M. P.
OBIIT ANNO MDLXXXV. III. KAL. SEPTEMBRIS.

*Inferiùs vix legibile.*

M. D. . XXXX.

---

*Viuit Conſtantinus eius fil. LL. Doc. Eques, admirabilis vir ingenij.*

---

Sub choro in elaborato marmore ad parietem.

*A teneris parti DIONORA, & HORATIVS annis*
*Mole ſub hac lapidis linquimus oſſa breui.*
*Vtq; priùs fuerat nobis cæleſtis origo,*
*Hic potiùs ſuperis nos iuuat vſq; frui.*

ALEXANDER ZAMBECCARIVS eorum mœſtiſſ. Pater COLONE. & tunc temporis GVBERNATOR TARV. poni mandauit.
AN. DOM. MDLXIIII. Men. Nouembris.

---

A dextris maioris baſilicæ extat ara D. Georgij generoſæ BVÆ Fami-

Digitized by Google

Familiæ Epirot. ius, ac ſumptus: vbi in cocleis altiùs ex ordine in muro exſculptis proſtant ſeptem ſtatuæ marmoreæ nimis nobiles, Virtutum ſpecimina Chriſtianarum, coronantes marmoreum cænotaphium: in quo quidem infixa ſunt alabaſtritica marmora ex minutiſſimo anaglypho opere admirabilia, Mauſolæi cuiuſdam nobile initium, vbi ſuperiùs plura vidimus tenſa vexilla bellica, paludamenta, & parerga; eo loci reponendum venit Elogium generoſiſſimi æquè, ac Victorioſiſſimi Capitanei MERCVRII BVA, auorum noſtrorum temporibus militantis, quod ſanè Ego Barth. Burch. ex tanti viri hyſtoria tot rebus geſtis, tot adeptorum inſignium iconibus decorata non minus, ac inſignita collegi, & quaſi per Epilogum conflaui, magnificis illius Neptibus morem gerens. illud nihilominus, velfortè grauius deſideratur in hoc pariete.

INCLYTO, AC VICTORIOSISS. MERCVRIO BVA EPIROTÆ A PRISCIS BVDVÆ PRINCIPIB. GLORIOSIVS ORIVNDO. QVI ÆTATIS ANNO INCIPIENS XIV. IN OMNIB. SVI TEMP. GRAVISS. EVROPÆ EXPEDITIONIB. DVX SELECTIOR. EQVITVM, STRATTIORVM PRÆCIPVE: ET MILITIÆ DVCTOR, ETIAM GENERALIS PRO VENETA REPVB. PRIMO' PRO REGE PARTHENOP. PRO REGVLIS MVLTIS. PRO VRBE PISANA. PRO REGE HYSPANIAR. PRO ROM. PONTIFICE. PRO GALLIAR. REGE. PRO SACRA CÆS. MAIESTATE, SVMMAS ADEPTVS VICTORIAS VEXILLIS PLVRIMIS CAPTIS. REGIBVS ADVERSIS, AC DVCIB. VVLNERATIS, VICTIS, VINCTISQ; ET PROPTEREA NVMEROSIS ARMIS, AC GLORIOSIS INSIGNIIS A' TOT SVMMIS PRINCIPIB. COHONESTATVS, AVREIS TORQVIB. SVMMI PRECII PRÆ LAPILL. AC VNIONIB. DECORATVS: SPOLIIS, ATQ. OPIMIS PRÆDIS DONATVS, QVAS ILLICO MILITIBVS LIBERALISS. CONDONABAT. CASTROR. ETIAM, AC TERRAR. DITATVS MVNERE, VT ET ROCHÆ SICCÆ, ET AQVINI, ET ILACIS, ET SVAVIS ALIOR.Q; LOCOR. FVERIT COMES, AC DOMINVS, DEMVM DEFVNCTO B. ALVIANO VENET. COPIAR. IMPERATORI CLARISS. QVO CVM PRIVS ETIAM CONFLICTARAT, STATIM SVFFECTVS, PLVRIBVS INSIGNIBVS PROVINCIIS EXPEDITIS, AD CÆLESTIS MILITIÆ EXERCITIBVS PERFRVENDVM TARVISIO TANDEM GLORIOSIVS EVOLAVIT.

THEODOSIA IN D.' PAVLI MONAST. BIS PRIORISSA: VENVS AGOLANTA NOB. TAR. ET RACHEL COMITIS PAVLI. DE CASTELLO VX. SORR. EX COMITE CVRIO PATRE NEPTES, ANNVI STIPENDII A SEN. VENET. MAGNI MERCVRII DESCENDENTIB. IN PERPETVVM



Digitized by Google

PETVVM ASSIGNATI VNICÆ RECEPTRICES, NE VLTERIVS IN OBLIVIONIS LATEBRIS CELEBERRIMA TANTI DVCIS MEM. TARVISII REMANERET, SVB HVIVSM. SPECIOSISS. AVI INSIGNIB. MARMORIBVS AC TROPHÆIS MON. HOC PERPETVÆ ILLIVS GLORIÆ TESTIM. PP.
ANNO A VIRG. PARTV, M. D. C. II.

---

*Reponere hic geſtio antiquum marmor huius naturæ ad Arnaſtum in ponto poſitum: vt priſcorum, ac recentiorum Ducum præmiorum ſymbola præmonſtrentur. id eſt huiuſmodi.*

SEX. VIBIO. GALLO RITINARIO PRIMOPILARI PRÆT. KASTROR. LEG. XIII. GEM. DONIS DONATO AB IMPERATORIBVS HONORIS, VIRTVTISQ; CAVSA. TORQVIBVS, ARMILLIS, PHALERIS, CORONIS MVRALIB. III. VALLARIBVS. II. AVREA. I. HASTIS PVRIS. V. VEXILLIS. II. SEX. VIBIVS COCCIANVS PATRONO BENEMERENTI.

Quod ſanè Epitaphium Marcus Marulus declarat appoſitè hunc in modum. Huic Vibio Vibius Coccianus Libertus peregrè defuncto poſuit ſepulturam, tituloſq; eius deſcripſit, & ab Imperatoribus delata dona. Fuit igitur Vibius primopilaris. i. miles primæ Legionis, deinde caſtrorum præfectus legionis tertiędecimæ pręfecti autē Caſtrorum, vel alarum, vel cohortum à Duce militię creabantur, vt ea regerent, & diſponerent. Quum itaq; militare officium ſtrenuè obiret, promotus eſt ad præfecturam Caſtrorum: in qua ita ſe geſſit, vt dona quæ commemorantur dignus fuerit ab Imperatoribus recipere. Donatus eſt ergo Gemmis. i. annulis gemmatis, torquibus: torques colli ornamenta erant: armillis, quibus brachia ornabantur: phaleris, quæ nō tantum equi ornamenta ſunt, ſed ēt hominis, quum Vergilius dicat, phaleras Ramnetis, & aurea bullis cingula. Coronis muralib. trib. vallarib. duabus aurea vna. muralis corona ei dabatur, qui primus obſeſſę Vrbis muros inſcendiſſet. Vallaris, qui primus pugnando vallum tranſcendens caſtra aduerſariorum introiſſet. Aurea aūt Corona erat obſidionalis: & donabatur illi, qui obſidione ciues liberaſſet. Haſtis puris quinq;: hoc donum eius erat, qui in prẹlio viciſſet. Haſtis puris. i. ſine ferro, vt Seruius ait ſuper illud Vergilij in 6. *Virg.*

*Ille vides, pura iuuenis qui nititur haſta.*

Vexillis duobus: vexillum dictum, quaſi paruum velum: Eſt. n. velum in ſummo haſtæ ſuſpenſum. Et his ergo Virtutis merito donatus fuit Vibius. ſequitur. Egregium hoc ſanè, & viri virtuti datum. Meminiſſe tamē debemus, quia fortes viros remunerat Imperator.



Digitized by Google

bonos Deus:& illis quidem terrena bona,& caduca conferuntur:his verò cæleſtia,& æterna.hęc Marulus.vbi vnum obſeruatione dignũ reputo , quod pace tanti viri ſit dictum. verbum illud decurtatum gem.meo quidem iudicio non gemmis,ſed geminis,ſeu geminatis, duplicatis inquam donis,proferendum eſſe: tum quia ſectum eſt verbum rationabiliùs ipſius geminis , quam gemmis,quod ſic potius ſecaretur,abbreuiaretur Gemm. tum etiam quia ſequitur, donis,quoniam diſſonat valde dicere,gemmis donis donato,non ita geminis, ſeu geminatis.cum ſic efferantur magis merita Ducis ,ac ſi dicatur, duplicatis donis donato ab imperatoribus honoris,virtutiſq; cauſa, & quænam hæc fuerint niceteria,explicatur dicendo,torquibus,armillis,phaleris.reliqua autem dona,quia variant numerum,per numeros recenſentur.niſi dicamus Gem.i. gemmeis, ſeu gemmatis donis donato , ad ſenſum Maruli.

*A. Gell.* *R. Vol.* *Plin.* *Blon.For.* *Rau.Tex.*

Et ne videamur militarium Coronarum materiæ prorſus ieiuni, dicamus ſex illas fuiſſe generum præcipuè , quod ſcriptum reliquit A.Gellius lib.5 .Noctium Att. c.6. & Volaterranus lib.26. philologiæ,præter Plinium,Blondum Forliu.Textorem,& alios; ſed quisnam meliùs loqui poteſt ipſo Gellio?quis lucidiùs ? illum auditote.

Militares Coronæ multifariæ ſunt: Quarum quæ nobiliſſimæ ſunt ferme eſſe accepimus Triumphalem , Obſidionalem,Ciuicam, Muralem,Caſtrenſem,Naualem. eſt ea quoque Corona,quæ Oualis dicitur,eſt item poſtrema Oleaginea , qua vti ſolent , qui in prælio non fuerunt,ſed triumphum procurant. Triumphales Coronę ſunt aureæ,quę Imperatoribus ob honorem Triumphi mittuntur.id vulgò dicitur aurum Coronarium : Hæ antiquitus è Lauro erant, poſt fieri ex Auro cæptæ. ſit exemplum.



Obſidio-

Digitized by Google

Obſidionalis eſt, quam ij, qui liberati ſunt obſidione, dant ei Duci, qui liberauerit: ea Corona Graminea eſt: obſeruariq; ſolitum, vt fieret è gramine, quod in eo loco generatum eſſet, intra quem clauſi erant, qui obſidebantur. Hanc Coronam Gramineam S. P. Q. R. Q. Fabio Maximò dedit, bello Pænorum 2. quòd Vrbem Romam obſidione hoſtium liberaſſet. exempli gratia.



Ciuica Corona appellatur, quam ciuis ciui, à quo ſeruatus eſt in prælio, teſtem vitæ, ſalutiſq; percæptæ, dat. Ea fit è fronde Querna, quoniam cibus, victusq; antiquiſſimus Querceus capi ſolitus ſit; fit etiam ex Ilice, quod genus ſuperiori proximum eſt, &cæt. nempe.



Muralis eſt Corona, qua donatur ab Imperatore, qui primus Murum ſubijt, inque oppidum hoſtium per vim aſcẽdit: iccirco quaſi Muri Pinnis decorata eſt. Vnde Silius Italicus lib. 13.

*Gradini cape Victor honorem*
*Tempora Murali cinctus Turrita Corona.*



Digitized by Google



Caſtrenſis, ſeu Vallarem dicas, eſt Corona, qua donat eum Imperator, qui primus hoſtium Caſtra pugnans introiuit. Ea Corona inſigne Valli habes. nimirum.



Naualis eſt, qua donari ſolet maritimo prælio, qui primus in hoſtium nau em vi armatus tranſiliuit. Ea quaſi Nauium roſtis inſignita eſt. hinc Virg. 8.

*Parte alia ventis, & Dijs Agrippa ſecundis,*
*Arduus, agmen Agens: cui belli inſigne ſuperbum*
*Tempora Nauali fulgent roſtrata Corona.* Videlicet.



Digitized by Google

Et

Et muralis autem & Caſtrenſis, & naualis fieri ex auro ſolent. Qualis verò Corona myrtea eſt. Ea vtebâtur Imperatores, qui ouantes introibant vrbē. &c. Plin. liberū Patrem ex hedera primū capiti ſuo coronam impoſuiſſe dicit. Sed & hedera poetæ coronabantur. Vnde Virgil. in bucol. Paſtores hedera creſcentem ornate poetam. Me doctarum hederæ præmia frontium Dijs miſcent ſuperis, dixit Horatius ode prima: qui & epiſtolarum 3. dixit, Prima feres hederæ victricis præmia. implexis hedera frondente capillis, dixit Pontanus. Iam verò de coronis ſermonem expediamus cum exemplo ſtrenui vnius militis, qui ex iis plurimas fuit adeptus. neq; ab A. Gellij lectione recedamus, qui lib. 2. cap. 11. ſic ſcriptum reliquit. Lucium Sicinium Dentatum, qui Tribunus plebis fuit Sp. Tarpeio, A. Thermo conſulibus, ſcriptum eſt in libris Annalium, plus quàm credi debeat, ſtrenuum bellatorem fuiſſe: nomenq; ei factum ob ingentem fortitudinem: appellatumq; eſſe Achillem Romanum. Is pugnaſſe in hoſtem dicitur centum & XX prælijs, cicatricem auerſam nullam, aduerſas quinque & quadraginta tuliſſe. Coronis eſſe donatum aureis octo, obſidionali vna, Muralib. tribus, ciuicis quatuordecim. Torquibus tribus & octoginta, Armillis plus centum ſexaginta. Haſtis duo de viginti. phaleris item donatus eſt quinquies viciesq;: populi militaria dona habuit multiiuga: in his prouocatoria pleraq. Triumphauit cū Imperatoribus ſuis triumphos nouem. —— ſed & proximi ſęculi, hic in proximo, quippe Venetijs in ss. Geniciſorum æde maxima non diſſimile ad Equeſtrem ſtatuam repoſitum Elogium adiungamus. ſcilicet.

*Ouid. lib. 3. Faſt. reddit cauſam.* *Plin.* *Virgil.* *Horat.* *Pontan.* *A. Gell.*

NICOLAO VRSINO NOLÆ, PITILIANIQ; PRINCIPI LONGE CLARISSIMO, SENENSIVM, FLORENTINI OPVLI, SIXTI, INNOCENTII, ALEXANDRI PONT. MAX. FERDINANDI, ALPHONSIQ; IVNIORIS REGVM NEAPOLITAN. IMPER. FELICISS. VENETÆ DEMVM REIPVB. PER XV. ANNOS MAGNIS, CLARISSIMISQ; REBVS GESTIS, NOVISSIME A' GRAVISSIMA OMNIVM OBSIDIONE PATAVIO CONSERVATO, VIRTVTIS, AC FIDEI SINGVLARIS SENATVS VENETVS M. H. P. P. OBIIT ANNO LXVIII. ÆTATIS. MDIX.

*Quid item in Mercurij ſuperiorum Matrum Fratris memoriam amicus ſcripſerim, hic repono.*

MER-

Digitized by Google

MERCVRIO BVA EQVITI, AC BELLATORI GENEROSISS. QVI MERCVRII AVI GLORIOSISS. ADHVC IVNIOR VESTIGIA, VT NOMEN TENENS, NON MODICIS IN GALLIAR. TVRBVLENTIIS PRO REGE CHRISTIANISS. OPT. GESTIS: PRAE INVIDIA ADVERSI AEMVLI DOLO OCCVLTISS. FVIT EX INSIDIIS MISERRIME, AC OMNIVM MOERORE CONFOSSVS, PLACIDAQ; IBI DEMVM MORTE QVIEVIT.
PROH GRANDIVM VICTVRI VIRI OPERVM IACTVRA.
BARTH. BVRCHELATVS PHYS. D. GEORGII EQVES, ET COM. PALAT.
FRATERNI AMORIS NON IMMEMOR
AMICO AEQVE, AC HEROI B. M. HOC M. P.
ANNO SAL. NOSTRAE MDXCVI. ID. MAR.

---

*In proximo extant memoriæ noſtræ, quas lubet referre poſtmodum inter Ciues.*

---

Ad arma Cæſaris Armaroli militum Ducis altiùs muro appenſa.

*CESARE il grande l'Armarolo parmi.*
*Che ſolo à gloria, e honor portò queſt'armi.*

Sic diſtichon verto.

*ARMAROLVS CAESAR mihi Magnus cernitur: illi*
*Sola hæc arma dedit gloria, ſolus honor.*

---

*Ex altera Templi parte ſurſum ad capſam picatam, rubeo panno, & huiuſmodi Elogio inſignitam.*

IOANNI COLORNO VIRTVTE, INGENIO, AC DISCIPLINA MILITARIS ARTIS PERITISS. ILLVSTRISS. DO. VENET. COLONELLO, ET TARVISII GVBERNATORI HONORANDO: ET PETRO ETIAM NON MINORI PRVDENTIA, QVAM VALORE DECORATO EIVS F. ANNIBAL F. VTRIVSQVE, ET FR. MOESTISS. NON SINE LACHRYMIS MONVMENTVM, ET VEXILLA
AD SVI, POSTEROR.Q; MEMORIAM ELEVARI IVSSIT.
OBIIT VNVS ANNO DOM. MDXVII. DIE XVI. IANVAR.
ALTER VERO ANNO MDLXV. DIE IIII. SEPTEMBRIS.

*Reponendum, vt audio ante aram Pietatis in marm. Gentil.*

DOMINICO AZZALINO
EXCELSI INGENII IVRISCONSVLTO,
NATALIB. COLLEGIO, EQVESTRI DIGNITATE,
MVNICIPALIB. HONORIBVS CLARISSIMO:
IN MODERANDIS CIVITATIB. ASSESSORIS MVNERE TRICIES FELICISSIME PERFVNCTO:

Cuius Solertia, Diligentia, Æquitas, & Bonitas Nullibi Deſiderata, Vbique Exercita, Reliquit Meritò Apud Magnas Vrbes Immortale Tanti Viri Deſiderium Numquam Intermoriturum.

Obijt Patauij Animæ Deliquio. MDCIII.
V. AN. LXIII. M. IX. D. XII.
NICOLAVS AZZALINVS IVRISC.
PARENTI OPT. P.

---

*Ad D. Nicolai ad aram maximam à dextris, ad operoſum figuris, & inſignibus præclarum deaurati marm. Mauſolaeum.*

DEO MAXIMO
AVGVSTINO VONICO V. C. PILEI F. IVRISC. EQVITI COMITIQ; CVNCTIS IN REBVS CASTE, INTEGREQ; VERSATO. DE PATRIA OPTIME MERITO.
QVI QVOM HONOR. SVMMAM IMPLESSET, ANN. AETATIS LXIII. MENS. IX. D. XIIX. SENATORIO MAGISTRATV FVNGENS VITAM QVOQ; IPSAM TERMINAVIT.
ANNO GRATIAI MCCCCXC. POSTRI. SEX.
INNOCEN. VIII. PONT. MAX.
PILEVS, AVRELIVS, HIERONYMVS F. PIISSIMI
REVECTO IN PATRIAM CORPORE
H. M. H. N. S.

---

*Super orbiculato marmore ſepulchrali ad planum poſito ſic exciſum.*

AVGVSTINVS VONICO ALMÆ VRBIS SENATOR.



Digitized by Google

*Penès gradus huius magnæ Baſilicæ, ſub lampadario.*

MONVMENTVM DOMINI POLIDORI EMILII COMITIS, PALATINI DE BRIXIA PRO SE, ET POSTERIS SVIS. DIE XXVIII. IVNII. MDXXVIII.

---

*Ad latus altaris ſanctor. Petri martyris, & Raymund. conf.*

D. M.

FLORAVANTO ACTIONIO ADVOC. PATRICIO TAR. EQVITI PRÆSTANTISS. CVIVS EXIMIAM PRVDENTIAM IN ADMINISTRANDIS REBVS PVB. AC IN AVGENDIS CVM DIGNITATE PROPRIIS POSTERITAS OMNIS ITA IN PERPETVVM PRÆDICABIT, VT EAM ADMIRARI FACILIVS POSSIT, QVAM IMITARI.

RAMBALDVS F. PATRI DE SE OPT. MER. DOLENS P.

VIXIT ANN. LXXVI. OBIIT MDLXXXV.

---

*Humi vero ſuper ſtrato marmore pon.*

FLORAVANTO ACTIONIO ADVOC. NOB. TAR. EQV. AVO, RAMBALDO PATRI B. M. SIBIQ; AC SVIS NESTOR EQVES, ET SIGISMVNDVS FRATR. PP.

ANNO CHR. SAL. MDIIC.

---

*Mantuæ in muro Palatij Rationum veterum.*

Franciſco Gongaza IIII. Princ. optimo. Hieronymus Actionus. Auogarius Taruiſinus Altenerij filius, ex ea familia Prætor IIII.

M. D. XI.

---

Exteriùs ſub diuo plures ſunt, erantq; magis, arcæ operoſæ muris affixæ, cum earum diſpluuiatis, Equitum, Doctorum, aliorumq; optimatum: in quibus ſanè vel ſunt illegibiles litteræ, vel non ſunt poſitæ. adhæc.

Inueni in libro manuſcripto omnium Regiminum Paduæ penès Exc. D. Georgium de Georgijs philoſophum, ac hyſtoriæ ſtudioſum ſuperq; ſatis, nunc exiſtente, anno 1320. D. Altinerium de Azzonibus de Teruiſio fuiſſe Pretorem Paduę; atq; iterum poſt non multos annos. anno porrò 1387. D. Iacobus de Azzonibus de Teruiſio fuit poteſtas Paduæ pro duobus Regiminibus.

*Ad Templum D. MARIÆ IESV. in ſacello primo ad dexteram.*

ALOYSIVS NOALIS DOCTOR, ET EQVES POSTERIS DICAVIT.

Digitized by Google

*Ex altera parte ante tertiam ſacellum.*

ANDRÆÆ GRATIANO CIVI TARVIS. I. V. D.
ET COMI. PALAT.
HÆRED. P. MDXCII.

---

*Aderat ſecus fores Latericium ſepulchrum nobili hac Inſcriptione cohoneſtatum.*

PYRRHO RICHIO NOB. PEDEMONTANO MALATESTÆ DE MALATESTIS DE ARIMINO ALVMNO, AC SIGNIFERO. SCIPIO CONSTANTIVS POST MALATESTÆ OBITVM IN NVMERO FAMILIARIVM RECEPTO, AC DOMI IMMATVRA MORTE PRÆVENTO, VIRO SPECTATÆ VIRTVTIS MONVMENTVM HOC SVMMO CVM DOLORE FIERI MANDAVIT.
VIXIT ANNIS XXX I. OBIIT ANNO CHRISTI MDLX.

---

Cæterùm iuuat referre generoſiſſimi Ducis CONSTANTII memoriam ſepulchralem ita lachrymabilem, vti memorandam, Patauij poſitam in magno illo, ac ſpecioſiſſ. T. Diui Antonij. per quandam excell. dicti il Santo.

OSSA MAGNANIMI EQVITVM DVCTORIS IOAN. THOMÆ CONSTANTII, CVM QVO SPES OMNIS, ET VOLVPTAS INFELICISSIMI PATRIS INTERIIT, HIC SITA SVNT.
SCIPIO INVITVS SVPEREST, VNICO ET OBRATVS FILIO, E BELGIO HVC TRANSFERENDA, ET COLLOCANDA CVRAVIT, SVI DOLORIS, ET COLLAPSÆ DOMVS PERPETVVM MONVMENTVM.
OBIIT ADVERSVS BELGAS S. R. ECCL. REBELLES FORTIT. DIMICANS.
ANN. SAL. MDLXXXI. ÆTAT. VERO SVÆ XXVII.

*Liquiſti hæc miſero ſolatia ſola parenti,*
*Quod non degeneri funere, Nate, iaces.*

---

*Poſſet iſtud reponi, & reponetur fortaſſe, infra maiorem Baſilicam, vbi extat magnif. ſepulchrum Gentil. in quod illatus eſt Eques.*



Digitized by Google

D. O. M.

IOANNI SPINETÆ NOB. TAR. LL. DOC. ATQVE EQVITI PERILL. CVIVS IN ORANDO, IN DECLAMANDO, IN SVADENDO, VIRTVS, CLARITAS, AC PERITIA, IN FORO, IN COMITIIS, IN LEGATIONIB. CORAM SERENISS. PRINCIPIB. NOSTRIS, NVNQVAM ORATOR. PRINCIPVM ADMINICVLO: CICERONIS INQVAM, ISOCRAT. AVT DEMOSTHENIS, EGVERVNT.

HVIC,

NEDVM GREG. SENEX PATER IVRISC. EGR. HELYSAB. RAYNALDA CONIVX, ET NOVEM FILII: SED ET VNIVERSA CIVITAS, DE CVNCTIS OPTIME MERITO, IN CORDIBVS SVIS ERIGVNT, NVNQVAM CASVRVM, ADMIRABILE MAVSOLÆVM.

OB. DIE MORBI VII. APRIL. VIII. ÆTATIS ANNO XLIII. SAL. MDCXIV.

---

Ad D. Franciſci Fanum proximè ad ſacrarij Ianuam tale ſub exculpto grauis armat. Mil. ex marm. Elogium. atq; Epitaph.

HIC IACET STRENVVS VIR BRANDOLINVS DE BRANDOLINIS DE BAGNACAVALLO COMES GEMELLARVM, SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CAPITANEVS. QVI OBIIT ANNO DOMINI MILES. TRECENTES. NONAGES. SEXTO. DIE XXVIII. OCTOBRIS. QVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

---

Subtus in marmorea Tab. exar. c.

*Conſilio pollens vir BRANDOLINVS, & enſe*
*De BRANDOLINIS iacet hic: Quem Bagnacauallum*
*Edidit: Eccleſiæ Capitaneus, atq; Gemellis*
*Emerita virtute COMES, fuit acta per omnes*
*Fortia loturus inſigni nomine terras,*
*Ni properante colo rupiſſent fila ſorores.*

---

Folline in Comitatu Gemellarũ, Comitis Guidi Brand. Epitaphiũ.

*Heu hominum fragilem ſortem, quà lumine Titan*
*Perluſtrat, dubio cuncta adeunda pede.*
*Cui Belli Mauors leges, Bellonaq; mater*
*Indiderant, GVIDVM contegit vrna breuis.*

---

*Penès ianuam, quà è Templo tenditur ad cauadium ſub magnifica ſepultura, infixum parieti eſt tale marmor.*

ORA-

Digitized by Google

ORATE FRATRES DEVOTE PRO ANIMA GENEROSAE DOMINAE DOMINAE CATHERINAE RELICTAE Q. EGREGII MILITIS DOMINI GVECELLONIS TEMPESTA QVONDAM DOMINI TARVISII: IN CAPELLA PRAESENTI SEPVLTAE. PRO CVIVS ANIMA FRATRES EX SINGVLARIBVS BENEFICIIS RECEPTIS PERPETVO OBLIGANTVR.

---

Ibidem alterum metricum marmor, licet mendoſum.

*TARVISIVM deſte decus hoc antro ſopitur.*
*Moremq; decorata tuum pullata venuſtas;*
*Hinc rutilat orbis, animum tenuere beatum*
*Sydera, qui tegitur hoc ſaxo lumine polus.*
*Lux aſſurgit pia fama cernentibus almum.*
*ADVOCATORVM NICOLAVM ſtipite clarum;*
*Hic gratus docilis, iuuenis decorus aſpectu,*
*Moribus, & genere nobilem gerebat effectum.*
*Mille trecentoſq; phæbus euoluerat annos.*
*Sexdecies, quiniſq; iunctis vices mo ſexto*
*Marci, dum obitus hic ſoliva luſtra peregit.*

---

Reperitur in libro manuſcripto Regiminum Paduæ id regiſtratũ. MCLXXIX. Dominus Gulielmus Tempeſta de Triuixio poteſtas Paduæ.

---

*Extat exciſum huius generoſæ, ac extinctę familiæ marmor rubeum in Seruitarum Fr. Templo D. Catherinæ huiuſmodi.*

TENET HIC LAPIS FRIGIDA ANTONIAE OSSA. HAEC STIRPE NATA TARVISII AVOCATI VAMPI TEMPESTA. TOTVM DISPERSIT, QVIA QVANTVM IN MVNDO.. LESIT, SVBIECIT SE CVNCTIS DIEBVS ANNORVM SVORVM..... HAEC DECESSIT A MVNDO APRILIS DIE LABENTE XXIIII. MILLENIS QVATERCENTENIS BIS DVO CVRRENTE.

---

*Sub cauædij fornice nobile marm. ſtratum. ſed ab, nunc ſublatum.*

HIC IACET NOBILIS D. D. ODORICA DE COLLALTO VXOR NOB. MILITIS D. MONFLORIDI DE CODERTA DE CONEGLANO.

---

*Duo hic ex ſymbolo referam Epitaphia, quæ pariter in meo illo Epitaphiorum libro ſunt elegantiùs regiſtrata.*

*Viennæ in Templo Fratrum Carmelitarum.*



Digitized by Google

HIC IACET MAGNIFICVS BARO D. GASPAR DE LAZANO DICTVS SLIK DOMINVS IN VVEISKIRCHEN BAISKIRCHEN. DIVORVM IMPERATORIS SIGISMVNDI, ET ALBERTI, FRIDERICIQ; REGVM CANCELLARIVS EGRENNENSIS, ET CVBITENSIS PVRGRAVIVS. NATVS EX INCLYTA COMITISSA TERVISII, ET COLLALTI. MARITVS ILLVSTRIS PRINCIPIS AGNETIS DVCISSAE SLESIAE.
QVI OBIIT ANNO DOMINI MCCCCXLIX. DIE SABBATI POST FESTVM SANCTI VLDARICI EPISCOPI.

---

In oppido ſancti Saluatoris vltra Plauim.

*Nobilitas, & forma pudor genuere COLALTAM,*
*Re, fama, exemplo, nomine BLANCA fui.*
*Mens adijt cælos, iacet id, quod corpore reſtat,*
*Iudicium extremum dum ciet ipſe Deus.*
*Mens iterum rapiet cinerem hunc: ab vinite recte,*
*Ne ſit Minois, qui Iouis eſſe poteſt.*
*Oſſibus oſſa meis tua ſic MANFREDE locabis,*
*Me inuenies, ſi vis, poſt tua facta, locum.*

Pro Comite Annib. def. 1607.

*Concidit Annibalis corpus mortale, tot annos*
*Terribile in terris, forte, potenſq; nimis:*
*Proſilit aſt anima æterno Diademate fulgens,*
*Illicet in cælis perfruitura Deo.*

---

Reliqua autem illuſtriſſimorum Collaltinorum Comitum grandia Monumeta infra eorum munita caſtra, ſancti Saluatoris inquã, & Collalti, plura conſpiciuntur, quæ hic non repono, cum ſat mihi iudicem in præſentia illorum ſummum ſplendorem ex allatis Epitaphijs innuiſſe.

---

*In clauſtri aduc D. Franciſci muro pluribus adiunctis inſignibus gentil. ex marmore fabrefactis id eſt inciſum..*

HIC IACET GENEROSVS VIR DOMINVS FRANCISCHINVS DELLA TVRRE FILIVS Q. EGREGII DOMINI AMORATI NATI Q. MAGNIFICI DOMINI GVIDONIS DELLA TVRRE OLIM DOMINI MEDIOLANI. QVI DOMINVS FRANCISCHINVS.
OBIIT MCCCCLXXIII. DIE VI. T. AVGVSTI.

---

AVGVSTINI VRS. COM. MIL. mem. vide ſupra cum illis T. cathedralis.

In

*In maiori baſilica à dextris altiùs ad ſarcoph. perilluſtrem.*

ALOYSIO SVGANÆ EQV PVB. VIROQ; SVAVISS. MORIBVS, AC OMNI VITÆ INTEGRITATE ORNATO, BARTHOLOMÆVS IVRISC. ET VINCENTIVS FILII AMANTISS.

H. M. PP.

IS IX. ET LX. ANNOS NATVS MORTVVS EST A' CHRISTI ADVENTV MDXXIII.

*1612 chori ſedilib. contecta.*

---

*Ad Diui Pariſij quadratum marmor.*

IACET HIC CÆLESTINA FILIA MAGNIFICI DOMINI M. ANTONII SVGANÆ EQV.

---

*In oppido Collalti infra ædes D. Bernardini prælustre marmor.*

ANTONIO SVGANÆ Taruiſino I. C. ornamentis Militarib. inſignito. Qui ob aeris huius loci temperiem per annos quinque in ius reddendo caſtè, integrèque verſatus eſt. Curſum conſumauit, & fidem ſeruauit. Qui obijt IIII. id. Martias. MDXLI. Io. Baptiſta Filius Pientiſſ. P. H. M. H. N. S.

---

*Adhuc ad D. Franciſci, ad cauædium ſub tecto.*

SEPVLTVRA NOBILIS MILITIS DOMINI HENRICI MALACAPELLA. QVI OBIIT IN MCCCXXXVI. MENSE DECEMB. DIE VII. INTRANTE. ET HÆREDVM S.

---

*Sub eadem porticu penès cænobij fores.*

PROSAVIVS NOVELLO EQ. OR. MA. SARACCAM VX. DILEC. SECVM HOC TVMVLO AD NOVISS. DIEM REPONI MANDAVIT. VIXIT ANN. LXXVIII. M. D. OBIIT ANNO SALVTIS MDLVIII. POSTRID. CAL. NOVEMB.

---

Non alio quippe ſtudio, ac olim P. Manlius Syrus, Eques hic, quē vidi puer magnifico ornatu incedentem, ſibi & vxori dilectæ duntaxat nobile hoc Monum. ſtatuit. marmoris exemplum ponamus, quod antiquiſſimum reperitur, ac vidi, Patauij in ædibus Baſſianis. nempe.

P. MANLIVS SYRVS P. F. IIII. V. CAP. ET POMPONIA GN. F. MARITALI CONCORDIA INCOMPARABILES S. V. P. HAC F. *Scard. p. 69.*

*Sine*

Digitized by Google

Sine vlla pœna vt ſuperſtes
Roſis.s.Iacentis Quot
An.Cal. Iun. exornet ſic Q. cum
Sur.omnibus epulentur Quos
Moriēs damnet ad Tale Poſteros
Qui ſupererit huc defunctum
Nichilo mutato Quo ad cor
...Atttinet comitetur Quam
...... omnibus immutabili F. L.
.....dum N. S. H. M. Nam VT
CONCORS VIRORVM ANIMVS
STETIT, ITA CONCORS mortuorum cin.H. iaceat.

Erat in lateritio ad tempus tumulo ad Templi oſtium: ſed repoſitis deinde in ibi conſtructo Boſelliorum Tar. gentilitio Monum. fuit iſte deſtructus.

NOB. V. ET COM. PALAT. IACOBO BOSELLO BERGOMATI INTER CAETEROS PRAESTANTISSIMO PHYS. ABVTINO IN PATRIAM REDEVNTI. FEBRI OPPRESSO AETATIS SVAE ANNO LXX. LICINIVS LEGVM DOCTOR, ET DANIEL FF. MOESTISS. POSVERVNT.
OBIIT DIE XIX. OCTOBRIS MDL.....

Ad aram ſacroſanctæ Natiuitatis Domini, aurei characteres.
ALOYSIVS ROVER. EQVES EX DEVOTIONE SVA, EREXIT.

Eiuſdem Equ. memoria ante chorum in buſti Epitaphio eſt inter Nob.

Ad Diuæ Margaritæ infra canædium ad muros, diſt. mend.
Hac iacet in foſſa IOANNIS DOMINICI oſſa
Nobilis, ac ſtrenui militis de Florentia PITIS.
Currente anno MCCCCXXXVI. Menſis Iulij II.
Obijt Io. Dominicus de PITIS de Florentia.

Ante ſacrarij oſtium ſub organo ſepultura terreſtris cum inſignib. gentil. nempe ſerpente uorante puerum, ſuper inciſis.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.
SEPVLTVRA NOBILIS VIRI DOMINI FRANCHI FILII Q. DOMINI MARCI, DE VICECOMITIBVS DE OLEGIO ET SVOR. HAEREDVM.
QVI OBIIT MCCCLXIII. XI. MENSIS NOVEMB. INDICTIO-

CTIONE SEXTA. CVIVS ANIMA
REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

Erat ante annos paucos, puta XX. in maiori baſilica ſepulchrum ſplendidũ: in quo exculptus videbatur grauis armaturæ Miles: tum inſignia, tum hæc carmina; ſuſtulerunt autem Patres marmora, dum chorum iſtuc transferrent. nec ampliùs, &cet.

CHRISTOPH. DE TOLLENT. EQ. VENET. DVCTOR.

*CHRISTOPHORVS patrię ſplendor generoſa propago*
*DE TOLLENTINO iacet hic, quem gloria tantis*
*Militiæ titulis totos celebrata per annos*
*Extulit, & multo quondam decorauit honore.*

Aliud Tetraſtichon.

*Chriſtophorus ſitus hic, quem Tollentina potentem*
*Armis. & bello magna propago tulit.*
*Ingenium, roburq; ſimul, pietaſq; dederunt*
*Membra tegi tumulo, nomen honore frui.*

MCCCCLXII. DIE XXIV. IVLII.

*Florentiæ in Templo B. Mariæ, quod aiunt, Reparatæ, extat huius illuſtr. generis aliud tale.*

HIC, QVEM SVBLIMEM IN EQVO PICTVM CERNIS
NICOLAVS TOLENT. INCLYTVS EST DVX
FLORENTINI EXERCITVS.

*Comitum de Vrſinico mem. vidiſti ſuperius ex ſymb.*

Adhuc ad D. Margaritæ in baſilica D. Auguſtini ſuper ſepulchro nobili ex inſculpto Doct. ac Equ. valde operoſo.

*Splendidus hoc tegitur FRANCISCVS MILES in antro,*
*Quem MVTONA Domus produxit, origine clarus*
*TARVISINVS honos patriæ Virtutibus altus*
*Philoſophus ſummus Medicinæ ſyderis inſtar*
*Fulgor, & aſtrorum rimator fulſit in orbe.*
*Mille quatercentum celeres ſol torſerat annos,*

*Biſq;*

Digitized by Google

*Biſq; decem cum quinque dies duodena manebat*
*Octobris, merito cùm ſpiritus aſtra popoſcit.*

*In baſi altaris D. Io. Euangeliſtæ, tum aliorum Euang. ex marm.*

QVAM OLIM AVVS PIE' ARAM EREXERAT, EAM IAM VETVSTATE COLLAPSAM, COMMVNI IMPENSA RESTAVRARVNT NEPOTES, MATTHEVS MILES B. MARIAE VIRGINIS GLORIOSAE, ET PRIOR S. MARIAE MATRIS DOMINI DE FOSSIS, AC EQV. AVR. ET LVDOVICVS PATRVELES AMBO IV. CON! DE BETHIGNOLIS.
ANNO DOMINI M. D. LVI.

In baſilica proxima eſt Nobilium Querquanorum ſepulchrum, cuius inſcriptio inferiùs reponetur: vbi ante annos XX. conditus fuit IOANNES ex hac Familia EQVES illuſtris: de quo in libro noſtro de Rerũ Aequiparatione typis expreſſo: in cuius calce ſunt tria hæc ſubſequentia pro illo poetica Elogia regiſtrata.

*In obitu illuſtris Equitis IOANNIS A QVERO.*

Bartholomæus Burchelatus Phyſ.

*Si iuuenis, ſi diues obit, ſi pulcher, honeſtus:*
*Corporis, atq; animi moribus eximius:*
*Fortè ſenex viuet, pauper, deformis, ineptus;*
*Qui bibit, & ludit, qui putat omne nihil.*
*En cecidit generoſus EQVES: res, candor, & ætas*
*Eripere hunc morti nec potuere ſimul.*
*Ah fugiunt meliora, manent deterrima: ſæclum*
*Sic durat, iunctis Lite, & Amicitia.*

Marcus Stichinus Baſſan.

*Adriaci vidère Patres te, QVERE, loquentem,*
*Et ſtupuère ſonos, & ſtetit unda maris.*
*Illi exclamarunt, noſtras reuocatur ad oras*
*Atticus Eloquij maximus ille parens.*
*Aſt heu non potuit rapidi vim rumpere fati.*
*Ille tuus, rupit qui fera corda, canor.*

Caro-

Digitized by Google

Carolus coquinatus Faganea.

*Stet licet exiguus paruo ſub marmore puluis,*
*Ingentem Heroem fictilis Vrna tegit.*
*Quem bello egregium, placidis ſtudijsq; Mineruæ*
*Vrbs Venetùm toties vidit, & obſtupuit,*
*Hunc tumulum madidis venerare, viator, ocellis,*
*Si ſapis, & ſuperùm ſceptra verenda times.*

---

*Ad D. Io. Baptiſtæ à Templo exteriùs in marmorea Templi facie.*

L. MARCELLVS P. F. EQ. HIER.
QVOD RELIGIONI, ET VRBI ESSET ORNAMENTO
IO. BAPTISTÆ ÆDEM VETVSTATE CORRVPTAM MAIO-
RE CVLTV RESTITVIT. MDVIII.

---

*Infra ſuper oſtio prope aram magnam.*

L. MARCELLVS A. G. MDX.

---

*In ædibus contiguis marmor rubeum rotundatum.*

LOD. MARCELLVS V. F. COMMODO, AC ORNAMENTO
SVI, ET POSTERORVM.
ANNO GRATIÆ MCCCCLXXXIV.

---

*In puteo rubri marmoris.*

LODOVICVS MARCELLVS VENETVS. MCCCCLXXXX.

---

*Ante aram D. Io. Baptiſtæ ſtratum elegans marmor.*

F. LODOVICVS MARC. P. F. TEMPLI COMMENDATARIVS, VT
CVM MATRE PERPETVO IACERET, SIBI, MATRIQVE CLARÆ
GRADENICÆ MATRONÆ RARISSIMÆ M. F.
AN. SAL. MDXX.

---

*In muro altiùs ſtructura inſignis cum marmoreo exculpto Equite dormien-*
*te, vbi tale legitur Epitaphium.*



Digitized by Google

LVDOVICVS MARCELLVS EQVES HIEROSOLYMITANVS MONVMENTVM SIBI V. F.

*In alijs earundem ædium muris ad atrium.*

ANDRÆAS ARIMVNDVS ANDRÆÆ FILIVS COMMENDATARIVS TARVISII PATR. VEN.

*Ad D. Martini pendet extremum tecti.*

MDXLII. PRIMO. MARTII. FACTA FVIT HÆC FABRICA PATRONO D. DEMOS. D. ANDRAEA V. EQVITE HIEROSOLYMITANO,

Iuuat referre, & quidem meritò, hoc tempore nobiſcum degere, atque honorificentiùs conuerſari ingenuum adoleſcentem, ſi eſt quiſquam alius, FLORENVM BVRSIVM Nob. Tar. Iacobi Fil. Equitem Hieroſolymitanum, qui & Melitenſis, vti ſpectatæ indolis, ita ſummæ expectationis, ac dignitatis futurum Virum. Cæterũ liceat (quod & Taruiſij decus) hic ſubnotare adinuentum inter nos fuiſſe virum induſtrem, qualis nec Venetijs, nec alibi repertus fuit, qui fabricatus fuerit maximam illam, ſummiq; artificij Laternam, φανος græcis, inſigne nocturnum latinis, præſertim Raſario, vulgò Lanternone, ad portum in Melitenſi inſula horum Religioſorum Equitum Dominio, ac reſidentia conſtitutam: ad cuius baſim, hinc, & inde, legitur id inciſum.

*Raſar.*

IOSEPH BONIVS TARVISANVS FABREFECIT TARVISII MDLXXXIIII.

*Obijt octogenarius. 1607.*

Tametſi huius inſcriptionis locus inter Viros induſtres ſatiùs conueniſſet. De hoc induſtri viro Thomas Garzonius lib. illo ſuo, cui titulus La Piazza Vniuerſale, &c. infra caput Fabrorum, vbi de lucernarijs, inquiens, e in Breſcia, et in Milano ſi fanno quei Lanternoni grandiſſimi, che ſeruono ſulle Torri de' porti, come à Meſſina, à Genoa, à Malta, & altroue: per moſtrare à i nauiganti il viaggio, c'han da tenere per arriuare in porto, de' quali hoggidì nella Città di Treuigi ſi vede vna belliſſima moſtra: eſſendoſi ſeruita la Religione di Malta de' Maeſtri di queſta Città, per farne vno per il

*Th. Gar.*

porto

Digitized by Google

Porto loro, non meno per artificio, che per grandezza marauiglioſo: di cui ſi può dire (come dice Plauto in vna ſua comedia) che porta Vulcano in vn corno racchiuſo. Atque hic vnum ſubſtruam ad ſymbolum lubens. ſ. me legiſſe Ptolomæum Ægypti Regem Turrim in Pharo inſula conſtruxiſſe, non ad alium vſum, quam ad nocturnos ignes nautarum curſui oſtendendos: hanc autem conſtitiſſe talentis DCCC. Soſtrato Architecto. Qui tantæ ſtructuræ ſuum inſcripſit nomen. Textor. hinc Papinius. *Rau. Tex. Papin.*

*Lumina noctiuaga tollit Pharus æmula Lunæ.*

Quod ſanè operis inter ſeptem mundi miracula adnumeratur.

*Eſt & Eques Hieroſ. Auguſtus Raynaldus Nob. Tar. Franciſci F. adol. opt.*

---

AVGVSTINI BEATIANI itidem Equ. Hieroſol. Taruiſij mortui, ac tumulati propterea memoriȩ is erat locus: attamen vide eam inferiùs inter poetarum memorias ampliorem.

---

*Iterum ad Diui Martini terreſtre marmor.*

GEN. ET INCLYTO BONECTO CIMAVINO ILL. COMITIS BRAN. DE BRANDOL. EQV. ANTESIGNANO. SVISQ; POST. RESTAVRATVM MDLXIX. KAL. FEBR. *Obijt MDCIX.*

---

Gulielmi de Pichaelis Parm. Mil. Prætorisq; Tar. tum Bartholomæi Lipomani Equ. & Rectoris Tar. memorias vide in Rectorum ſerie libro tertio: pariter Bartholomæi Liuiani Venetæ claſſis Imperatoris Mo[illegible]um. fortè & aliorum Equ. eodem libro.

---

Reipublicæ Taruiſinæ mentionem in Epitaphijs, ac Elogijs vide, ſi cupis, in Templo cathedrali primùm in Elogio Ioannis Epiſcopi Taruiſini.

Tum in eadem Baſilica in Epitaph. Aloyſij Bononij.

Tum in Eccleſia D. Laurentij in marmorea tab. ob conſecrationem Templi. Bernardo Rubeo Antiſtite.

Tum etiam ad D. Margaritæ in Epicedio Octauiani à Cornu. in IX. præterea Elogio exteriùs ad publica Comitia. fortè & alibi.



Digitized by Google

# PATRICIIS TARVISINIS VITA FVNCTIS

## BARTHOLOMÆI BVRCHELATI PHYSICI APOSTROPHE.

ECquid autem Vobis dixero rerum proceres, Patricij, ac ciues noſtri optimates, olim iſtius veſtræ amatæ Vrbis quaſi murus, & antemurale? qui ſanè vos ipſos, filios, & fortunas veſtras cuſtodientes, protegentes, ac defenſantes, alacri animo & mœnia, & Rempub. & Patriam ſub lubrico variatæ ſortis examine fortes cum fortunis, & filijs conflictantes continuè perſtitiſtis. Dominus proculdubio vobiſcum erat vigilans ſemper, ædificans iſtam, intuens, ac cuſtodiens Ciuitatem. Nunc igitur eia Domino agite gratias, qui ſicuti veſtrum calamitatibus modum, ac terminum ſtatuens, vos tandem ſub excelſi Dominij Veneti fælicibus auſpicijs, ac præſidijs reparauit: ita in data, acceptaque fide vos adeo conſeruauerit, vt poſteri veſtri veſtrum ſapientiſſimum conſilium non niſi auſpicato ſuſpicientes, ſe in ſereniſſimæ Reipub gremio repoſitos, ac receptos, ſummo iubilo, atque ouatione perpetua continuè glorientur.

Taruiſinorum ciuium de Nobilium numero, ſeu collegio, Monumenta.

*Ad D. Petri T. cathedrale ſub teſtudinato ad leones ante portam Decumanam.*

D. M.

S. NOBILIS VIRI DOMINI BAPTISTAE FILII STRENVI VIRI DOMINI SERGII DE DOMO CASTRIPOLAE, ET SVORVM HAEREDVM.

---

*Prope templi medium circa excauatum marm. in Doctoris ſpeciem.*

HIC

Digitized by Google

HIC SITVS EST VIR NOBILIS FRANCISCVS DE CASTROPOLÆ SERGII FILIVS PONTIFICII, ET CIVILIS IVRIS CONSVLTVS EXIMIVS, ET SACRI PALATII ADVOCATVS CLARISS. QVI OBIIT DIE X. MENSIS MAII. MCCCCL.

---

*Ad Diui Franciſci ad medium, vbi chorus deſinit.*

SEPVLTVRA NOBILIS VIRI SER FORELÆ FILII NOBILIS VIRI DOMINI SERGII DE CASTROPOLÆ. QVI OBIIT DIE XV. SEPTEMBRIS MCCCCXXVII.

---

Ad Diuæ Catherinæ verò vbi continuatur horum Nobilium, ac illuſtrium SERGIORVM attumulatio, nil aliud eſt, præter inſignia gentilicia. ponam nihilominus duo hexaſtica in Catherinæ nubilis filiæ mortem, alterum à Iulio de Anſelmis N. T. alterum à me ipſo confectum.

*POLIA perpetuo ſomno pulcherrima Virgo*
*Opprimitur, lachrymis perpetuiſq; ſui.*
*Quinetiam Matres cunctæ, cunctæq; Puellæ*
*Queis pudor eſt curæ, ſplendida forma decus.*
*Linquite iam terris Dominæ terreſtre cadauer:*
*Iubilat in cælis POLIA facta Dea.*

*Dum gemitu ambierat fatalia funera largo*
*Aonidum pulchræ Virginis atra chorus:*
*Cinxit honorata CATHERINAE tempora palma*
*Pallas, & huic Laurum iunxit Apollo ſacram:*
*Marmora tum plectro ſignans gemebundus eburno*
*Virginis omne decus teſtificatus abit.*

---

In funere Io. Baptiſtæ de Caſtropolæ Nob. Tar. iuuenis præclariſſ. qui cum hæreticis pugnans confoſſus Pragæ occubuit anno MDCXI. XIIII. Cal. Martij.

*Pola iaces, inuicte iaces animoq;, fideq;*
*Sis quamuis victus vulnere morte dolo.*
*Ah dolet, ah lachrymas fundit tua celſa propago:*
*Et Patria, & Patriæ quilibet huius amans.*



Digitized by Google

*Ceſſent iam lacbrymæ: quin collætemur ouantes.*
*Pugnans pro Chriſto Pola fidelis obit.*
*Chriſtus ei in cælis palmam dedit ipſe merenti*
*Perpetuò propriam, præmia digna Viro.*

---

*Polæ, iuxta fores Eccleſiæ ſanctæ Margaritæ.*

L. SERGIVS C. F. SALVIA POS. L. SERGIVS G. F. GN. SERGIVS ÆD. II. POSTVMA SERGI. LEPIDVS ÆD. TR. C. F. ÆD. II. MIL. LEG. XXX. VIR QVINQ. SALVIA POSTVMA. SERGI. DE SVA PECVNIA.

---

*Iaderæ autem iſtud.*

*SERGIA OLIMPIA SIBI ET L. SERGIO RVFO F. ET L. CALTILIO TESPIO.*
*H. M. H. N. S.*

---

Elogia forſan XXV. infra magnam porticum magni Palatij perilluſtris huius Familiæ licet conſpicere admodum admiranda ſub ijs depictis Heroibus Hyſtoricè non minùs, quàm eleganter conflata; quæ quoniam vel ſola mediocrem librum implerent: ſiquidē & ſubſequentia vſque in hodiernam diem eſſent à Doctoris Mauri cronologi Leonardo filio perquirenda, cum ſilentio potiùs prætereribo, quàm referre velim mutila, aut prẹter inſtitutum ordinem lōgiora; aſt non modica de tantis viris legito in ſexto Epitaphiorum a me diligenter expenſa.

---

In ſexta portione Aulęorum Attalicorum, & quidem perfectiſſimorum, vulgo Razzi Fiaminghi, præſerico, & artificio ſpectabilium, hyſtoriam D. Pauli ad vnguem mirabiliter exprimentiū: quæ quidem trib. iam annis emit, precio aur. 1120. ſatis opipara confraternitas ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Templi cathedralis: ad pedes Proconſulis Thema iſtud acupictum expreſſum eſt: quod mihi liceat regiſtraſſe in hoc perilluſtri Sergiorum cathalogo: vbi & Sergij (in atrio quidem Domeſtico) & Pauli plures enumerantur.

*L. SERGIVS PAVLVS ASIAE PROCOS. CHRISTIANAM FIDEM AMPLECTITVR SAVLI PRAEDICATIONE.*

Reuer-

Digitized by Google

*Reuertar ad D. Petri porticum illam ad leones, vbi eſt arca marmorea altior ſuprà terram, hac inſcript.*

S. NOBILIS VIRI S. ANTONII DE MARTIGNAGO DE VALLE DOBLADINIS, ET SVORVM HAEREDVM.

---

*Ex altera parte in arca altiùs ſuſpenſa, ac elaborata.*

SEPVLTVRA NOBILIS VIRI.... DOMINI.... QVI TRANSITVM FECIT IN MCCCIII. INDICT. PRIMA MERCVRII IIII. EXEVNTE NOVEMB.

---

*A latere oſtij ad ſacram Turrim ſub diſpluuiato arca marm. humi reſidens.*

S. NOBILIS VIRI RAINERII DE SCOLARIBVS DE FLORENTIA CIVIS TARVISII.

In Collalti oppido extat horum Nobil. Florent. in his oris primum ſepulchrum: quippe qui Florentia recedentes eò ſe primo contulerint habitatum; cum tunc temporis, anno. ſ. 1367. 21. nouembris à præclariſſimis illis Collaltinis Comitibus dono accepiſſent, quæ erant illorum merita, Domum cum horto, & curia, quod inſtrumento pub. vidimus regiſtratum: & in Templo ſepulturæ ſecretum locum: vbi apparent quidem inſignia gentil. verum exciſi characteres ex attritu, & temporis diuturnitate ſunt penè prorſus illegibiles redditi.

---

*Verſus Templi finem antiquum ſep.*

DOMINI BONINCONTRI DE ARPO, ET SVORVM HAEREDVM.

---

Alterius Boninc. de Arpo mem. Nob. ad muros Templi D. Io. Baptiſtę ſuper cæmeterio cathedralis, vbi arca operoſa valde cum. Doctoris effigie prælegentis à ſuggeſtu.

S. DOMINI BONINCONTRI DE ARPO DOCTORIS LEGVM. QVI OBIIT MCCCVI. INDICTIONE QVARTA, DIE QVINTO INTRANTE AVGVSTO. BONAE MEMORIAE.

*Infra*

Digitized by Google

*Infra Canonica vlterius exeundo nobile parieti affixum marmo r.*

ANTONIO AGOLANTO V. OPT.
EIVSQVE F. AVGVSTO PRÆSTANTI VIRTVTE ET FORMA
ADOLESCENTI.
VT II, QVOS DEVS IN COELIS SIMVL SVB EADEM LVCIS IDEA
COLLOCASSET E' VITÆ LVDO AD VERAM VITAM TRANSLATOS,
SIC NEC IN MORTE HIC TAM CARA CAPITA DIVELLERENTVR.
BARTHOLOMÆVS AGOLANTVS FRATER, ET PATRVVS: ET ANGE-
LA SERRAVALLIA VX. ET MATER. QVOD CVM ILLIS SIMVL NON
SINT DOLENTES P. MDXXXIX.

---

*Ab hoc non diſtans per paſſus.*

THOMAS DE PRATO. SIBI, AC SVIS V. F. MCCCCLXXX.

---

*Eo loci ſub dio iuxta ædiculam ſancti Nicolai ad oram arcę ve-
tuſtæ admodum æquè, ac Nobilis.*

SEP. D. VVECELETO DE NORDIGLO.
ANNO D. MCCXXXVIII. MENSE MADIO.

---

*Ad cæmeterij D. Franciſci ingreſſum arcæ duæ magnæ, & vetuſtæ nimis
quarum altera habet inſigne gentil. altera verò
in ora huiuſmodi characteres.*

SEP. DOMINI ACILESII DE NORDIGLO, ET SVORVM HÆREDVM.

---

*Ad Diuæ Margaritæ phanum in proprio Nordiliorum ſacello.*

S. DOMINI NAMIONIS DE NORDIGLO,
BARTH. EIVS FILII. ET SVOR. HÆREDVM.
M. IIII. VIII.

---

*Ad D. Laurentij aliud Nordiliorum ſepulchrum.*

SEP. D. GERARDI DE NORDIGLO
ICILINI EIVS FILII, ET SVOR. HÆREDVM.
FACTA. MCCCXLII.

---

Viget modo inter primas hæc familia in Vrbe ciuit. Foroiul.

---

*Infra ædiculam, de qua ſupra ad medium.*

PA-

Digitized by Google

PARENTVM, FRATRIS, GENTILIVMQ; RELIQVIAS E MONVMENTO IAM VETVSTATE COLLAPSO LIBERALIS PINIDELLVS NICOLAI FILIVS PIETATIS ERGO. IN HOC SIBIQ; ET POSTERIS COMMVNE TRANSFERENDAS CVRAVIT.
ANNO SAL. MDXLV.

---

Viuit Ioannes I.C. atq; Eques perilluſtris, Nic. octogenarij Fil.

---

*Adhuc infra D. Petri ad Reliquiarij parerga elegantia.*

HOC OPVS FECIT FIERI DOMINVS IACOBVS RONCINELLI MCCCL. INDICT. III. DE MENSE APRILIS.

---

*Infra duas columnas, pilasve, poſt medium T.*

MCCCL. INDICT. III. DIE... DOM. IACOBVS RONCINELLVS D. GABRIELIS RONCINELLI HIC QVIESCIT.

---

Nobilium del corno, ſiue à cornu, de ſpineta, de Actionibus, ſiue Azzonibus, qui & de Aduocatis, de Ronerio, & ſi quæ ſunt alia hic Monumenta vide ſupra inter Canonicorum memorias, ne fruſtra bis in re tam facili reponantur.

---

Modò me conferam ad Diui Nicolai Templum maximum.

*Ante aram, aliàs D. Chriſtophori humilem, nunc & D. Hyacinthi ex albo marmore extructam altiùs, atq; operoſam valde, ſepulchrum ex rubro marm. cum inſignibus gentil. cui tale circiter Epitaphium.*

SEPVLTVRA NOBILIVM VIRORVM. SER GVIELMI CAXALORCIO, PAVLI, ANTOLINI FRATRVM, ET EIVSDEM NATORVM, CIVIVM TARVISII ET SVORVM HÆREDVM.

Mantuæ viget nobilis hæc familia: quæ hic defuncta.

---

*Ante proximam aram* DD. Petri mart. & *Raymundi.*



Digitized by Google

HIC IACET NOBILIS VIR PROSDOCIMVS DE COLLE S. MARTINI
QVI OBIIT DIE PRIMA AVGVSTI MCCCCXXII.

---

*Contiguum ſuperiori, vbi exculptus phyſicus.*

SEPVLTVRA NOBILIS, ET EGREGII ARTIVM, ET MEDICINÆ DOCTORIS DOMINI MAGISTRI IOANNIS DE SERRAVALLO PHYSICI, ET SVORVM HÆREDVM.
QVI OBIIT ANNO DOMINI MCCCCXXXVIII.

---

*Extra ad muros eminens arca antiqua nimis, cum inſignibus, & his charact.*

SEPVLTVRA D. MONTECLI DE MONTECLIS.

---

Guido de Monteclis iur.conſ. circa annum 1300.

---

*Nobilium Ciuium de Vonico vide illud perilluſtre Elogium proximè ſuperiùs inter Equitum Monumenta.*

Porrò poſt chorum à dextris legitur hoc tetraſt. ordiens ab anapeſto.

*Tumulo quis lugubri tegitur? Taruiſia pubes*
*VONICAE gentis gloria, palma, decus.*
*Cur terras fugit? meritis quòd digna fuiſſent*
*Inter mortales præmia nulla ſuis.*

---

*In ſacello Chriſti Seruatoris ex marm. alabaſtrite conſpicui valde ſepulchrum cum exculpto Doctore admodum inſigne. litteræ.*

*SEPVLTVRA PRAECLARI IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS DOMINI PILEI EX NOBILIBVS DE VONICO Q. DOMINI BONSEMPLANTI.*
*QVI OBIIT ANNO MCCCCXXXVIII. DE MENSE MARTII.*

---

*Extat ſacellum, & ſepulchrum ab hoc non longè.*

*PRAEC. ATQVE EXC. IVRISC. D. IO. PAVLO VONICO, TOTIQVE FAMILIAE.*
*FRANC. ET MARCVS EIVS FILII P. MDLXXIX.*

In

Digitized by Google

*In maiori baſilica ſecus puteum antiquum Vonicorum ſep. id, lubenti quippe animo, Elogium poſuiſſem. ſed, &c cat.*

D. O. M.
ALEXANDRO VONICO BONSEMPLANTI F.
NATVRA NON MINVS, AC STVDIO NOBILISS. MORATOQVE
ADOLESCENTI
PARCA NIMIVM, HEV NIMIVM, SEVERA, AC TVRGIDA,
E' VIVIS SVBTRACTO
BARTHOLOMAEVS BVRCH. PHYS. COLLOQVIOR. TYPIS PVBLIC.
AMICITIAE, ET VIVENTIS MERITOR. MEMOR
MOERENS MON. DICAVIT.
ANNO CHR. MDXCIIII.

---

Ad D. Margaritę in Vonicorum Capella penès maiorem: vbi ſupra exculptus Nobilis ſub conopeo cum apparitorib. ſuis. marmor.

*Liquit marmoreo BONSEMPLANS membra ſepulchro;*
*Ipſe fuit Magnus VONICI ſanguinis Auctor,*
*Nobilis, atq; potens, fama inter ſydera notus.*
*Quemq; vides, voluit tumulo requieſcere in iſto.*

---

*Ad aram verò illud vbi B. Virgo haec altius.*

DEIPARAE VIR. MAR. PVL. YMAG. ANTIQVISS. Q. PROPRIIS AEDIBVS V. S. L. M. IO. NIC. LL. D. FRA. F. MDXXIIII.

---

Vbi V. S. L. M. infert. Viuens ſibi locum Monumenti.

---

*Reuertar ad D. Nicolai T. extra magnam portam occidentalem in pulchra arca marmorea ſub diſpluuiato adhuc ſic legitur.*

MCCCXIII. INDICT. XII. DIE LVNAE VLT. SEPTEMBRIS.
DOMINVS CAVDVMELVS DE VIDORO HIC IACET.

---

*In ſeptemtrionum facie ſepulchrum ſimile ad muros alt.*

✠ IN MCCCXII. INDICT. X. DECESSIT, NOBILIS VIR DOMINVS IOANNES DE TANARO. QVI HIC INTVS IACET.

---

*Subtus in tellure ſic legitur in ſtrato marm.*



Digitized by Google

# SEPVLTVRA DOMINARVM Q. DOMINI TANARI DE BRAGIS.

*Vltra chorum in medio, verſus magnam baſilicam.*

MATTHÆO MAGNAVACCIO ALANO PATRIC. TAR. HIER. GVIDO ANT. IACOBO ANT. RAYNAL. ET BART. FILII PIENTISS.
COLLATIS HVC EX PRISCO DIRVPTO SACELLO MVLTOR. GENTIL. SVORVM OSSIBVS.

*Huic proximum marmor.*

VT TOTIVS FAMILIAE ANSELMAE POST OBITVM, SI VOLENT, QVOD MORTALE FVERAT, HVC CONDATVR. DOMINICVS, ET IOANNES ANSELMI. MDLVIII.

*Infra primum clauſtrum ante capitulum.*

S. NOBILIS, ET SAPIENTIS VIRI DOMINI LVDOVICI IVRISPERITI DE CATHANEIS DE SPINEDA, EIVSQVE FRATRVM, ET SVORVM HAEREDVM. MDLXIIII. RESTAVRATA.

Viuit Anton. ex his iuris vtr. peritus egregius. porrò Nobilium de Spineta alterius familiæ Elogia cernas inferius inter Doctor. mem. plures etenim ex ea Iureconſulti.

Pariter ad D. Mariæ Maioris T. Nobilium de Federic. Epitaph. inter Doctorum memorias recognoſces.

*Ad D. Maria IESV in marm. porphyrite rotundo ad Templi med.*

IOANNES, ET DIONYSIVS PIENTISSIMI FILII IAM BARISANI HOC M. SIBI, ET POSTERIS EX ADVOCATIS DEDICARVNT. MDLVI.

*Penes gradus ſummæ baſilicæ.*



Digitized by Google

IO. PETRVS BVRSIVS PATRICIVS T. P.
A. MCCCCLXXX.

---

Ex ſymbolo.

*Ad D. Franciſci, in arcæ ſupra terram medio coopertorij.*

SEP. DOMINI FRANCISCINI DE BVRSIO IVRISPERITI, ET SVORVM HAEREDVM.

---

Eſt & ad D. Andrææ nob. Burſiorum marmor rub. illegibile.

*Sed liceat mihi, rogo, hic reponere hoc matronæ vnius ex Burſiis Epitaph.*

CLEOPATRA BVRSIA IAM TRIFOLII ACTIONII VX.
VIDVANS TEST. FI. IVSS.
SI ANNOS VIXERO X . FRATRES MEI HAEREDES SVN-
TO. SIN MINVS, VSQ; AD EOS CONVERTITAE MONA-
CHAE HAEREDITANTOR. POSTHAC FAMILIA BVR-
SIOR. HAERES ESTO.
VIX. DVNTAXAT ANN. XLIII.
OBIIT MDCI. DIE XV. NOVEMB.

---

Nobilis Viduans hæc diues, ac iunior Procorum turbam propulit Deo addicta. id ego ſic protuli.

*PROpoſitum PRObè PROfectum.*
*PROuida PROgenies PROauis PROgnata PRObatis*
*PROturbat PRorſus PRObra PROterua PROcùm.*

---

*Reuertor ad D. Mariæ IESV T. vbi id primum a dexteris, quod repero.*

ALOYSIVS NOALIS DOCTOR, ET EQVES POSTERIS DICAVIT.

---

*Alterius gentis Anoalij, cum quo incæpit, & concidit nobilitas ante aram Viſitationis marmor rub.*

D. IOSEPHO ANOALIO NOB. TAR. AVG. ANOALIVS Q. D. IVLII
PATRVELIS, ET HÆRES, SIBIQVE ET POSTERIS, EX ILLIVS
INSTITVTIONE H. M. F. C.
OBIIT ANNO DOMINI MDIC. DIE XXV. AVG.
OBIIT AVT. ET AVGVSTINVS HÆRES MDCII. MEN. SEPT.

---

*Infra ædes Fratrum ſub antiquo ſacello antiquum marm.*

NOBI-

Digitized by Google

NOBILISSIMA DEL BVSCO FAMILIA TARVISINAE CIVITATIS PATRICIA OPTIME MERITA SEPVLCHRVM SACELLVM ISTVD SIBI CONSTITVIT. MCCCCL.

---

*Non longe ab Templi oſtio ingred.*

*LVDOVICAE QVERQVANAE FEMINAE RARISS. GORGIAS RAMPONVS N. F. MATRI B. M. P. ET SIBI POSTERISQVE. M.DLVII.*

---

Ad Fuſcorum, ſeu Fuſculorum, ſepulchrum ante capellam Sancti Franciſci.

*Spero che nel gran di l'alma ritorni*
*A'riueſtirſi il qui ripoſto velo.*
*Et, tua mercè Signor, drizzarla al Cielo*
*A'miglior vita, & à più lieti giorni.*

---

Eraſmus Fuſc. LL. Doct. atque Archidiaconus Eccleſię Epiſc. Obijt MDCXII. VI. Aug.

---

*Ad D. Franciſci T. lapis in pila poſitus, atteſtans qualem qualem perilluſtrium Caminenſium Nobil. Tar. memoriam.*

*ANNO DOMINI MCCCVII. INDICT. IIII. DIE VIII. EXEVNT. DECEMB. COMPLETVM FVIT HOC ALTARE IN DEI GLORIAM ET HONOREM B. MARIAE VIRGINIS, ET MATRIS, SANCTIQ; IOANNIS EVANGELISTAE. ROGAT SCRIBA MINIMVS DE CAMINO DOMVS PATRIARCHAE, QVOD PRIVSQVAM MVTETVR OPVS, HIC LEVETVR ALTIVS IN AVGMENTO LOCVS: QVO'DQVE SIBI LVCEAT STATVS, ATQVE MOTVS.*

---

*In fine huiuſmodi quinternali.*

Sublatum eſt prælustrium Caminenſium Mauſolæum, atq; alibi in Templo poſitum: quò ſcilicet ſacrarij fores æquiùs reſponderent; Quare Ego ad Arcam nobilem in facti atq; hominum memoriam, id cenſui reponendum.

GERARDI DE CAMINO, RICCIARDI, ET GVECELLONIS EIVS FILIOR. AC GNATVLI OSSA.

AR-

Digitized by Google

ARCAM, ATQ; ARCVM CVM OMNI STRVCTVRA DE ANTIQVO LOCO, NEC QVIDEM LVCIDO, HVC TRANSLATA SVNT. QVO' ET FRATRES COMMODIVS SIBI EO LOCI SACRARIVM REPARARENT. ET IN APERTIORI TEMPLI SITV TANTOR. CIV. DOM. AC DVCVM MEMORIÆ SPECTARENTVR.
V. V. V.
ANNO VIRG. PARTVS MDCXI.

---

*Ante chorum longioris busti Epitaphium.*

ALOYSIVS ROVERIVS NOBIL. TARVIS.
HOC IN TEMPLO ALTARE IN TITVLVM NATIVIT.
IESV CHRISTI DEVOTE EREXIT.
MONVMENTVM VERO HIER. ET MARGAR. PARENTIBVS OPT. ET AVRELIÆ POLÆ VXORI,
SIBI S. Q. OMNIB. POS.
ANNO DOMINI MDLXVII.

---

In cauædio autem ſuper ſtrato marmore veteri eſt id tetraſtichon:

*Vir Dominus DAVIT præclarus Nobilitate*
*Stat de ROVERIO clauſus in hoc Tumulo.*
*Annis millenis tercentum, biſq; vigenis,*
*Menſis Septembris occidit undecimo.*

---

In proximo autem innouato marmore eſt iſtud aliud.

*Vrna BONIFACIVM tulit hæc in iure peritum,*
*Strenua quem decorat proles ROVERIA quondam.*
*Mille trecentenus cum quarto, terq; vigenus*
*Annus erat CHRISTI, Maij bis nona dieſq;*

---

*Marmor cum capite mulieris recens poſitum ſtatim infra nouũ chorum.*

D. O. M. S.

Illuſtris, ac Magn. D. Maria Rauagnina legauit quingentos Ducatos pro celebratione Miſſæ Cotidianæ ad altare maius. MDCXIV.

---

*In ſacello D. Joannis Euang. quod eſt nobilium de Raynaldis in ſtrato marmore.*

MO-

Digitized by Google

## MONVMENTVM RAYNALDORVM.

Superiùs verò eſt arca nobilis abſq; litteris, Doctore autem inſculpto dormiente cum libris ſuis.

*Alterum huius Templi Monimentum Raynaldorum vide ſupra inter Canon.*

In mortem Franciſci Raynaldi Auguſti F. vn. qui obijt die 16. ſept. 1613. tum & Raynaldi ipſius Aug. fratris min. Qui etiã Poſtremò obijt 1614. 15. Decembris.

*En moritur Franciſcus, eam qui viuere dignus*
*Aetatem, Neſtor quam bene vixit, erat.*
*Franciſcus Raynaldus obit, pietate, fideq;*
*Eois notus, notus & Heſperijs.*
*Vita fuit cælebs, & caſta, & nobilis vſque:*
*Ingenium eximium fortia quaq; ferens:*
*Perpetuus veluti virtutum fautor, amanſq;,*
*Virtutum pariter qui quoq; diues opum;*
*Diues opum in terris, argenti diues, & auri:*
*In cælis meritis diues at ille magis:*
*Heu cadit hic Iuuenis Genitori ſolus amanti:*
*Heu cadit illuſtris ſpesq;, decuſq; Domus.*
*Optimus Auguſtus Genitor, viduanſq; ſenexq;*
*Deflet iacturam, dat gemituſq; graues:*
*Debilis & patruus Raynaldus, tumq; ſeneſcens,*
*Innubus hac tanta perditione dolet.*
*Iam pereat calamus: cadit & mihi, ſcribere quando*
*Cogito me inſidias mortis ad vſq; feras.*
*Hæc patribus natos, natas & matribus aufert:*
*Conſortes aufert coniugibuſq; thori.*
*O ſi fas fari, pereat mors improba, ſaltem*
*Sublata ingenuis ſit fera ſæua viris.*
*Atra quò mundus priuus ferrugine, tandem*
*Splendeat in facie ſyderis, atq; Dei.*

*Ah Fatum horrendum, tres menſes poſt Raynaldus*
*Occubuit, Fratri maior & inde dolor.*
*Salue, Auguſte, pater, frater, ditiſſime, ſalue.*
*Ordine turbato viue, volente Deo.*



Digitized by Google

*De proximo pon. non longè ad antiquum marm. ſarc.*

ALEXANDRO MENEGALDO, NOB. TAR. VIRO INCOMPARAB.
AGNESINA NIC. PINIDELLI NOB. T. FIL. MON. POS.
CONIVX VIDVATA TEDIS AD EXTREMAM DIEM MDCX. *Sil. it.*

*Infra cœnobium ad antiquum marmor ante Ianuam.*

ILLORVM DE LANCENICO.

*In templo ante propriam aram, quæ eſt B. Virginis, ſtratum marmor.*

FRANCISCHINO LANCENICO AVO GEORGII MEDICI FILIO NICOLAO PATRI EXIMIO VIVENTI
NEPOTES FRANCISCVS, ET DOMINICVS PHYSICI
SIBI, ET EIVS POSTERIS FECE'RE.
MCCCCLXXVIIII.

*In capella Viſitationis ſub ſarcophago altiùs poſito Epitaph.*

BARTHOLOMÆÆ AZZONIAE MATRI
ET PETRO MARIAI HOSTIANO VERONENSI FRATRI
STEMMATIS ANTIQVI, MOERORE
PVB. ELATIS, GALEAT. HOSTIANVS FRANC.
F. PIETATIS ERGO' V. P.

*Ad altaris ex finiſſ. marmore inſculpti baſim.*

HANC ARAM, QVAE POST GALEATII HOSTIANI VERON. AC REGINAE VXORIS DEDICATIONEM DIV MALE MATERIATA, AC RVINOSA IACVIT. NVNC, ANT. HOSTIANVS DE VERONA VIR PIENTISS. VNA CVM INNOCENTIA VXORE AD DEI OPT. MAX. ET DIVAE MARIAE LAVDEM, ET SEMPITERNAM SVI, SVORVMQ; MEMORIAM IN HANC PVLCHRIOREM FORMAM AERE PROPRIO RESTITVEN. C. ANNO DOMINI MDLXV.

Antonius hic Hoſtianus de Ver. Nobilis Tar. vltimus eius familiæ, & quidem diues, factis legatis plurimis, &c. obijt c ctogenarius anno 1613. die 22. Aug. in eius magno æquè, ac antiquo Palatio, vulgò Ca Maraueia; de qua Domo Mirabili luſit aliquando Franc. Varagus, dum illam inhabitaret Auguſtinus Beatianus poeta celeberrimus hoc tetraſticho. Ad Domum Mirabilem.

Vu Qua

*Quæ quondam fueras mirabilis, at modo ſacri*
*Hoſpitio Vatis facta Beata Domus.*
*Iam potes ipſa tuum vati concedere nomen.*
*Cum mirabiliùs nullus in orbe canat.*

---

*Quaſi ad Templi medium duo Bombeniorum marm. in quorum altero.*

SEPVLTVRA NOBILIS VIRI DOMINI BARTHOLOMÆI DE BOMBENIS, ET SVORVM HÆREDVM.

---

*In altero ſtemma duntaxat exciſum eſt.*

---

In obitu Vannij Bombenij Dominici filij adoleſcentuli pulcherrimi, & magnæ ſpei. 1613. ſeptima dec. def.

*Angelus expanſis en alis fertur ad aras,*
*Ad tumulum feretro, florida ſerta gerens.*
*Angelus ergo perit? ſepelitur & Angelus vrna?*
*Nec proſunt ætas viuida, forma, decor?*
*Angelus hic facie, florenti ætate, beatis*
*Moribus; aſt functo corpore terra putris*
*Forma decens, facieſq; nitens, manſère cubanti:*
*Ac placido ſomno ſi frueretur, adeſt.*
*Angelica hæc ſunt ſigna quidem: quippe Angelus: vnde*
*Ad cælum moriens Vannius inde volat.*

---

Huius Familiæ Florentia oriundę, in Fr. Franciſcanorum Templo Florentiæ extat perantiquum exeſum marmor huiuſmodi.
S. . . . LAPI . . . . Ioannis de Bombenis, Et ſuorum hæredum.

---

*Taruiſij porro ad D. Catherina ante altare B. Virginis Marmor nobile, cum ſtemmate, & cono.*

*Virg.* *Et conum inſignis galeæ. ſituſque comantes.*

MCCCCXL. XXIX. DECEMBRIS. S. NOBILIS VIRI DOMINI IOANNIS DE BOMBENIS, ET SVOR. HÆREDVM. QVI OBIT.

---

Haud credat quiſpiam relictum in penna, ſiue in ſcalpro diem, & annum, quib. obijt: ſiquidem primò ſciendum, q non dicit Obijt, ſed

Digitized by Google

ſed Obit: ſecũdò quòd ibi ſtatim additũm eſt punctum,& folium cũ capreolis,ac cruriculis ſuis valde elegans, tamquam abſolutum ſit epitaphium: Sed ad indicandum,q; vir ſapiens dignoſcens ſe moriturum,ac ſemper mori,pręcipue in ſenectute conſtitutus,dixit,Qui Obit,id eſt,qui it obuiam diei ſuo poſtremo dum viuit ſemper, iuxta illud in ſacris paginis, Quotidie morimur, & ſicut aqua dilabimur ſuper terram.

---

*Penès gradus Capellæ D. Io. Baptiſtæ,quæ eſt nobilium Tir.*

HÆC EST SEPVLTVRA ILLOR. DE LASTIS DE PETRA RVBEA.

---

*Marmor nobile anno 1608 expoſitum in Templo cathedrali iuxta fores Sacrarij.*

D. O. M.

ANTONIO A LASTIS, qui generis nobilitate,& ingenij aptitudine, atque præſtantia clarus; Cum Romam, Vrbis viſendæ gratia profectus eſſet, inibi Papularum morbo eodem ferè die, quo natus fuerat,extinctus eſt;& in baſilica Apoſtolorum propè Regis Chriſtianiſſ.aram conditus.

O quàm ille certè maiorum ſuorum virtutes, ſi diu ſuperfuiſſet, ſuperaſſet,& maximam de ſe excitatam ſpem æquaſſet.

Vix. ann. XXII. Obijt VII. Cal. Sept. MDLXXXV.

POLIXENA VONICA mater,vnico tũ parẽtis,tum familiæ lumine orbata ad declarandũ ſe cum filio interijſſe: Vnum ſuiipſius & filij funus quotannis in patria eodem die perpetuo celebrari decreuit;Vt quod ſibi in reliqua vitã parauit orbitatis, & viduitatis leuamentum;id poſt obitum,ad cæleſtem gloriam capeſcendam,ambobus proficiat, & ſuffragetur.

---

*Adhuc in D.Franc.marmor illi de laſtis proximum.*

SEPVLTVRA NOBILIS VIRI SER RIZARDI DE COLBRVSATO ET HÆREDVM.

QVI OBIIT OCTAVO MENSIS MARTII. MCCCCXXVI.

Hæredes autem ſunt Nobiles de Cathaneis de Spineta, quorum viuit Ant. LL. Doct.



Digitized by Google

Ab hoc prouemiunt & Sbarrhæ Coneglanenſes ciues, quorum Pulcius amiciſſimus meus ſupremum decus: veluti inter primarias noſtri temporis poetrias eius ſoror Luchesia.

*Infra chorum terreſtre marmor. eſt ex remotione chori nunc extra: adhuc ante aram magnam.*

*MICHAELI SVCANAE PATRI DEFVNCTO III. NON. FEB. MCCCCXVII.*
*FRANCISCO SVGANAE MICH. F. DIEM FVNCTO*
*IIII. NON. APRIL. MCCCCLXXXIX.*
*NEPOTES GRATI POSVERE.*
*H. M. H. S.*

*Sub teſtudinato ad cauædium.*

*FRANC. SVGANA BARTH. IVR. CONS. FILIVS RESTAVR. CVR.*
*MDLXVIII. NON. APR.*

Deceſſit hic prudens Vir ſuperſtite vnica filia Franciſcina, quã larga dote iunxerat connubio Franciſco vnico tũc Deiphobi Bethignoli Brixij prædef. filio: ex quibus orta Cara vnica filia Illuſtriſſimi Comitis Scipionis Collalti iamdudum Coniux dilectiſſima, modò vallata filijs.

*Aliud in maiori baſilica, vbi arca nobilis.*

*MARCELLAE SVGANAE SANCTISSIMAE OSSA.*
*VIX. ANNOS. LXX.*
*OBIIT ANNO SAL. MDLXXII. DIE XVI. MEN. AVG.*

*Adhuc ſub teſtudinato.*

LVCIÆ ISTRANIÆ MVLIERI INTEGERR. FRANCISCINA MARTIGNAGA NOB. TAR. SORORI VNANIMI. QVAM TVNC DOLOR DESERET INTESTINVS, CVM CLEMENS MORS ILLAM ASSEQVETVR. BARTHOL. BVRCHELATO DOC. PHYS. DEFVNCTÆ GENERO PROCVRANTE.
ANNO SAL. NOSTRÆ MDLXXXIII.

Sunt inibi Nobilium plurium alia Monumenta, puta Collaltinorum, Raynaldorum, de Caſtellis, de Coderta, Suganiorum, quæ ſanè in eorum dignioribus locis fuerunt ſuperiùs regiſtrata.

Ad

Digitized by Google

*Ad Diuæ Margarita in propria Querquanorum Capella.*

SEPVLTVRA PROVIDI VIRI SEMPREBONI DE QVERO, ET IOANNIS EIVS FILII, SVORVMQVE HÆREDVM. MCCCCLXXXXIX.

*In vlteriori Cap. marmor muro affixum.*

MATTHÆVS BETHIGNOLVS PATRICIVS TAR. HAS PARES ARAS SVO INGENIO, ET IMPENSA EREXIT. SED HANC D. IO. EVANGELISTÆ BENEMERENTI DICAVIT. VT SIBI, ET HÆREDIBVS MONVMENTO QVIES TRIBVATVR.
V. F. AN. SAL. MCCCCLXXV. KAL. APR.

Vide inter Equites aliud huiuſmet ſtemmatis Monum.

*Ad ſacellum vlterius huic proximum tert. marm.*

DOMINVS IOANNES ANTONIVS DE BICIGNOLIS, ET SVORVM HÆREDVM.

Vbi & Ioannes Eques ſenior & Auguſtinus eius fil. Eques pariter ante ſex annos mortuus reconditur: tum Ioannes Eques huius ex Hier. fratre nepos 1615.

*Reponam hic ex ſymbolo Bethignolorum, vulgò Brixiorum, illuſtrium alia monumenta.*

Ad Diuæ Claræ, ad aram poſtremo extructam ex alabaſtrite marmore cum ſacris figuris, operoſam admodum, & conſpicuã valde.

*Et primò ad dextrum latus, ad inſignia gentil.*

D. M.

VINCILAO BICIGNOLO PATRVO MERITISSIMO IOANNES ANTONIVS B. NEPOS, SIBI, ET POSTERIS.

*Cum nihilominus infra Virginium tale quadratum comperiatur elegans marmor.*

VINCISLAI BICIGNOLI TERREVM.

*Ex altera verò altaris parte.*

D.

Digitized by Google

D. O. M.

HANC ARAM IAMPRIDEM ALIBI COLLAPSAM FRANCISCHINA SVGANA FRANCISCO BETHIGNOLO BRIXIA VXOR DILECTISS. ET CARA EX EODEM VNICA FILIA RESTAVR. HIC CVR. MDXCI. MENS. SEPT. DIE XV.

---

*In altaris autem baſi ſic inciſum.*

FRANC. BETHIGNOLO BRIXIA PHOEBI EX LAVRA POLA F.
QVI MVNIF. AC LIBERAL. INSIGNIS. NECNON SCIENT. ET ART. PRÆSTAN. SPLENDORE, QVAS IN CELEB. ITALIÆ ACAD. FREQVENTI DOCT. HOMINVM CONSVET. DIDIC.
CVM NVLLA IN EO NEC POL. NEC MOR. NEC CHRIST. VIRTVS DESYDERARETVR.
NOBIL. A PATRIB. ACCEP. LONGE CLARIOR POST. RELIQV. ET ILLVSTRATA ETIAM IISDEM VIRT. PATRIA.
V. A. XLV. MEN. VII. D. XV. MORITVR MDXCI. VII. KAL. MAII.
FRANCISCINA SVGANA VX. ET CARA F. VNICA PIENT. P.

---

*Porrò hæc in ſtrato ante aram ſpecioſo marmore ſepulchrali.*

D. O. M.

PHOEBI, ET FILIORVM ANTONII, ET FRANCISCI EX NOBILISSIMA BETHIGNOLA BRIXIA FAMILIA ORIVNDI OSSA FRANCISCHINA SVGANA FRANCISCI VXOR, ET CARA EIVSDEM FILIA HOC MARMOR MOESTISS. LOCAVERVNT.
MDXCI. PRIDIE KAL. NOVEMB.

INSIGNIVM ENIM VIRORVM VNIVERSA TERRA SEPVLCHRVM EST.

---

*Liceat mihi & illud his addere Elogium tanti Viri, quod tunc temporis exaraui lubens, dum in illius gloriam funebria plurium carmina ſimul imprimerentur.*

SISTE, VIATOR, MIRARE.

D. M. S.

FRAN-

FRANCISCO BETHIGNOLAE BRIXIO PHOEBI, ET LAVRAE F. PATRICIO TARVISINO NOBILIVM GENERE PERINDE AC LITTERIS CLARISSIMO ANTESIGNANO, PRAECOCI MORTE SVBREPTO: CVIVS STEMMATA, VIRTVTES, OPERA, DIGNITATES, AC MERITA ILLVSTRES CONSANGVINEI, ACAD. HOSPITES, OFFICIA, TVM REGIA PALATIA PRAEMONSTRANT, PRAECINVNT, PLORANT, CVPIVNT, LAMENTANTVR. AH ORBA MORS, QVALI VRBEM, ET ORBEM NVNC ORBAS VIRO? MATER TANTO FIL. VXOR TANTO CONIVGI CARA FILIA TANTO PATRI, REDVNDANTIB. LACHRYMIS MOESTISS. PP.

DEMITTE ARCVATA CILIA. HI MVNDI LVSVS.

IAM SOSPES ABI. B. B. PH.

---

*Sed & huius, tum Io. Antonij, & Caræ prædefunctorum Matris clariſſ. dignam certè memoriam inferamus.*

D. O: M.

LAVRAE BETHIGN. BRIXIAE MATRI RARISS. AC ADMIRANDAE. QVAE SANE MVLIEBREM SORTITA SEXVM, SERGIOR. PAREN. AEMVLA, GENEROSI VIRI SPIRITVS SEMPER HABVIT.

QVOD ET MARITI DEIPHOBI CASVM FORTITER FERENS, ET FILIOS ALTE EDVCANS, AC POSTREMO MISERE EFFERRENS AEQ; AC INFELICIS. GENERI ROCCASSII COM. HORRIBILEM SORTEM SVSTINENS CLARISSIME PRAEMONSTRAVIT.

QVINIMO CONTINVE EMERSIT FORTIOR: ET ADVERSAM FORTVNAM OPIBVS, PECTORE, ATQ; ANIMO NVNQVAM NON VICIT, AC PESSVM DEDIT: NOMENQ; DECVS, AC SORTES AMPLIORES REDDENS SENEX VITAM HONORIFICENCIVS TERMINAVIT.

OBIIT ANNO SAL. MDXCV.

---

Cæterùm quid prohibet illud cunctis numeris magnificandum Elogium tanti Viri, tantæque familiæ aureis cęlatum litteris infra, eius tunc, ædes Regias, quin & thalamum conſtitutum iſtuç conferre? ecce.

IN HISCE AEDIBVS

HENRICVS III. GALLIAE, ET I. POLONIAE REX A FRANCISCO BETHIGNOLA DOMO BRIXIA DEIPHOEBI FILIO PERHVMANITER,

ET PERAMANTER ACCEPTVS,

VT VNIVERSAE CIVITATIS HILARITATEM IN VNO CIVE, VNAQ;

DO-

Digitized by Google

DOMO COLLECTAM FACILE OMNES PERSPICERENT. IPSEQVE FRANCISCVM AEDIVM DOMINVM REGIO PLANE VVLTV ACCEPIT PRIDIE, QVAM VENETIAS PROFICISCERETVR, VT INDE GALLIAE REGNVM PETERET HAEREDITARIVM, EX IMMATVRO CAROLI IX. FRATRIS OBITV. MDLXXIV. XVII. KAL. SEX.

---

Nec incongruum eſſe reor hic ſubdere Diomedis Ioannis Equ. Bethignoli Fil. miſerãdum Elogium in Heremitanorum fratrum Templo Patauij conſtitutum: quod eò libentiùs pono, quò deplorati filij mei ſortem, ac multiplex ſymbolum comprehendo. ambo etenim Ciues Taruiſini, ambo adoleſcentes, ambo legum ſcholares, & ſtudij Patauini: ambo extra Patriam defuncti: ambo inquam violenta morte affecti, eaq; ambobus à creditis amicis ſibi, proh dolor, nephariè perpetrata.

---

D. O. M.
TARVISII OMNINO, QVÆ HVIVS ERAT PATRIA, LIBENTIVS SENIO CONFECTVS, SVOQ; FATO DIOMEDES BICIGNOLVS DIEM SVVM OBIISSET.
SED, HEV SORTEM INFELICEM, IN MEDIA ADOLESCENTIA, HAC IN VRBE, VBI IVRI CIVILI OPERAM DABAT, EIVS MANV QVEM SIBI AMICVM PVTABAT INIVSTE PEREVNDVM FVIT.
VIXIT ANNOS XXII. OBIIT CAL. MAII. MDLVI.

---

Reuertor modo ad D. Margaritæ, vnde iamdudum digreſſus fui.

---

*In Templi medio, proxime nunc ad aram magnam.*

D. M.
INTEGERRIMVM VIRVM OCTAVIANVM A CORNV PATRICIVM TARVISINVM DE R.P. OPTIME MERITVM PVBLICVS MOEROR EXTVLIT. RELIGIOSI HVIVS COENOBII ACERRIMVM DEFENSOREM AC PATRONVM ANACHORITÆ LOCO HONESTISSIMO RECEPERVNT. ANTONIVS, ET ALOYSIVS FILII PATREM PIENTISSIMVM MONVMENTO COMMENDARVNT.

---

*Inferiùs huic proximum ſep. fractum ad litteras.*

F. RA-

Digitized by Google

F. RAVAGNINO PATRICIO OPTIMO IOANNES, ET PRIAMVS, FILII PIENTISS. ET HIERON... FRATRI AMANTISS.... S. AC RAVAGNINÆ FAMILIÆ MAIORIB. POSTERISQVE. MDVI.

*Mihi liceat ſubdere hic etiam duo Epigrammata, quæ ſcripſi lubens, obſeruantiæ, amoris præcipui, & pietatis ergò.*

In obitu CLAVDIÆ MARIÆ RAVAGNINAE Matris ſing.

*Ah decus æternum RAVAGNINAE Nobile gentis.*
*MARIA ingenio condecorata pio:*
*MARIA inſignis ZVCCATI BARTHOLOMAEI*
*NEPTIS, qui Hyſtoriam ſcripſit in Vrbe prior*
*Tu moreris? tu, digna diu quæ viuere cunctis*
*Exemplum fuerat, contumulata iaces?*
*Proh dolor, en Nati, Natæ, cariq; Nepotes*
*Atq; Nurus mœſtis te reuocant lachrymis.*
*Mæſta iacet pietas, bonitas, grauitasq; fidesq;:*
*Fœminei Virtus pectoris omnis abit?*
*Quin pietas, bonitaſq; ſimul, grauitasq; fideſq;.*
*Atq; omnis Virtus obuia facta ſibi.*
*Quis adiuncta comes remeat modò lenis ad aſtra*
*Poſſeſſura polum facta beata recens;*
*Utq; hic perpetuò coluit, dum vita manebat,*
*MARIAM, cælo Chriſtiferamq; colit;*
*Proq; ſuis orat, Natiſq; Nepotibus illam,*
*Quò bene ſuccedant cuncta futura ſibi.*
*Quare iam valeant lachrymæ, valeantq; dolores:*
*Quin vobis ſumma eſt gratia danda Deo.*
*Tu in primis BAPTISTA Sile, ſapienſq; ualenſq;*
*Carmine ſolari, ſpes quibus omnis obit.*
*Imò precare Deum verſu tibi prorſus amico.*
*Admittat pro te Matris vt ille preces.*

Obijt anno Sal. N. MDIIC. Mens. Dec.

Pro hoc eius filio Io. Baptiſta XX. poſt eam menſe defuncto.

*Qui moritur, victurus erat per ſecula: namq.*
*Virtus, & mores ſæcla beata dabant.*
*Non ingratus erat Phœbi, & Tritoniæ alumnus,*
*Hic patriæ ſpecimen Nobile, honoſq; ſuæ.*

Xx Junior

Digitized by Google

*Iunior occubuit, dum viuere cœperat vrbi,*
*Et Domui, & Genio, prorſus & ille pius.*
*Ah quid diuina dammota poſſumus vrna*
*Schædam improuiſo Mors furioſa trahit?*
*Sacla beata quidem viuet, ſemperq; IOANNES*
*Incalis, vllo non peritura die.*

---

Vidi ego penès D. Iulium Rauagninum Iureconſ. Lancilloti F. Nobilis huius Taruiſinæ Familiæ Priuilegium ciuilitatis Patauinę maioris conſilij generalis Communis Paduæ, conceſſum Viris Nobilibus DD. Gulielmo, Montanario, Florauanti, Marcoleoni, & Rauagnino cum deſcendentibus ſuis in infinitum: eo quòd proprijs ſumptibus diu militauerint contra inimicos communis Paduæ, infra, vt extra vrbem hoc addito, q̃ profiteantur ſe Guelfos, & de parte S. R. Eccleſiæ. ſtipulante inſtrumentum Baldo de cauedinis Notario Antianorum Paduæ, anno Dom. MCCCXVIII. Die Febr. XVII. Hæc Familia Verona antiquitus oriunda dicebatur de Molis, de qua & Torellus Sarayna in Hyſtoria Veronenſi no ſemel. atqui Rauagninus, Valerini de Molis filius, Rauagninorum cognomen inſtituit. Bonif. lib. 7. Hyſt. Tar.

*Tor. ſar.*
*Io. Bon.*

---

*Ante aram Viſitationis B. Mariæ, & Heliſab. ſepulchrum.*

GRAVOLINÆ FAMILIÆ MONVMENTVM VETVSTATE CORRVPTVM IN MEL. FORMAM RESTITVIT HIER. MEDVLVS NICOLAI F. MEDICVS EX EADEM FAMILIA PERAVIAM DESCENDENS, QVO IPSE, POSTERISQ; EIVS INFERANTVR, QVOVE NVPER MARTINVS FRATER SIBI CARISS. VTI IVSSERAT, ILLATVS FVIT.
H. M. EXTR. N. S.
ANNO GRATIÆ MDXVII. VII. KAL. IVL.

---

In muro proximo extat Aldigerij della Turre viri Nob. Monum. quod velim conſpicias inter Iuriſconſultorum mem.

---

*Infra cauædium, penès cænobij Ianuam marm.*

SEP. FROVIDI VIRI SER CINI DE BARISANIS DE FLORENTIA HABITATORIS TARVISII, ET SVORVM HÆREDVM. QVI OBIIT MCCCLXXVIII. DIE VII. AVGVSTI.



Digitized by Google

*Ab hoc non longe.*

SEPVLTVRA DOMINI ASEVOLI DE ADELMARIO, ET SVORVM HÆREDVM.

---

*Circa marmoream concam in Templo aqua benedicta refertam.*

HÆC PILA FECIT COMPILARI NOBILIS VIR DOMINVS RIZZARDVS Q. NOBILIS VIRI DOMINI CINI DE BARISANIS.

*Ubi ad Gallum ſuper caſſide ſtat hoc Dicterium.*

PONI MENTE

*Ad quatuor verò ſepultura non inſcripta, armis gentil. attamen inciſa, angulos in cingulis ſingulis eſt exciſum.*

CHI BIEN AMA TARD OBLIE.

---

*Infra nouum chorum vetus ſepulchrum, inſcriptio recens.*

D. O. M.

ALTINERIO ACTIONIO RICCIOLINI F. PRIMO AVOGARIO
EPISC. TAR. BINOR. STIP. AVCTORI.
MARCO NEP. PAVLO PRONEP. ET OMNIB. DESCEND.
QVIETIS DOMVS.
AVGVSTVS ADVOG. ALOYSII F. PAVLI NEP. MEM. F.
ANNO DOM. MDCII.

*Hoc quæ terra dedit tumulo rigida oſſa quieſcant.*
*Redde, Pater; cunctantem animam, tu maxime, cælo:*
*Ut corpus tandem meliori ſorte reſumat.*

---

Menſibus his poſtremis, dum de reſtituendo Monum. Nob. Actioniorum, ad D. Leonardi T. loco dirupti veteris tractaretur, deductis ad lucem marmoreis fruſtis, ac emūdatis, detegi perantiquū hoc documentū. SEP. DOMINI ORDANI DE AZZONIB. modò, eo loci repoſitum eſt nouum, grandeque marmor cum inſignio gentilitio, hoc inſigni Epitaphio pariter inſignitum.

TVMVLVM AB ORDANO AZZONIO Nob. mil. Iacobi Riccij Nob. Mil. F. anno MCCC. conſtitutum antę hanc arā s. Barthol. ab Altenerio Equ. Nep. dotatam alio antiquiſſ. familiæ ſepulchro ad aram ſiniſtram, tūc D. Iacobo dicatam, relicto, nunc vetu-

Xx ſtate

Digitized by Google

tuſtate dirutū Riccius ZANNIBELLÆ fil. deſcendēs reſtituit. An. MDCXIII. non poſſum non referre Alteneriũ vnum ex Aduogarijs Pauli viuentis annos nati 77. patrem, quem iunior noui, virum fuiſſe doctiſſimum: teſtes habeo plurimos, præter quàm q & ego tunc adoleſcens illum, & fratrem eius Iulium Canonicum, de quo legimus epitaphium, ſuſpiciens admirabar: eſt ipſe Hieron. Bononius pluries infra eius poemata, ſimiliter in eius carminibus Augurellus. eſt Lazarus Bonamicus de Baſſiano, cui Heroicũ in eius lib. carminum legitur deſtinatum, Franciſcus Patricius in eius Dialogis Rhetoricis, in X. nempe, cui titulus l'Auogaro, ouero dell'Ampiezza della Retorica, illum ſecum introduxit loquentem, ac differentem. viuit modò, vigetq; ſi quis alius cum Hercule, ac Taurello fratribus, Auguſti Equitis Gaudentium ſuperius epitaphium ſtatuentis filius alter Altenerius armis non minus, ac ille litteris clarus, ſpectateq; indolis tricenarius.

Hier. Bõ. Aur. Aug. Laz. Bon. Fr. Patr.

Ibi in proximo eſt in muro altiùs poſita vetus admodum arca cũ fornice, Dominorum huius inquam ſtipitis, de Azzonibus, cum in ſigni tantummodo gentilicio: vbi per aliquot annorum centurias repoſiti ſunt Viri duntaxat ex familia vita functi: cum fœminæ infra terreſtre huiuſmodi buſtum collocarentur.

Ad Diuæ Catherinæ T.

*Infra chorum Patrum poſt aram magnam.*

D. M.

MARTINO MEDVLO ANTONII FILIO PATRI RARISS. ANNOR. LXVI. ANTON. IOANNES DONATVS, NICOLAVS, LVDOVICVS FILII, AN. SAL. MCCCCLXVI. VI. KAL. IVNII.

V. F.

Sed vide altera inter Doctores.

*Quaſi ſub pergamo, ſiue pulpitum, ſiue ſuggeſtum dicas.*

S. NOBILIVM DE CASTELLO, ET....

Cur autem non fuerit abſolutum Elogium ignoro, ac miror: quandoquidem eſt marmor hoc omnibus numeris abſolutum: amplum inquam, expolitum, elaboratum: cum inſigni gentilicio affabre excuſpto ad medium, cui caſſis ſupereſt, & caſtrum caſſidi tribus turribus præmunitum inſuper æquor ad abſoluendum Epitaphiũ

nimis

nimis amplum; niſi defectus fuerit lapicidæ extranei amiſſo exemplari,& miſſo marmore, huc non amplius reuertentis. Eſt huius ſtẽmatis in Ciuitate Belluni nobilis ad D. Petri monaſt. peruetuſtũ marmor,cum inſcriptionẽ hac valde attrita vix legibili.

S. Nobilis Viri D. Ioannis de Caſtello, & Hæredum.

*Introrſum ſecus arenatum.*

PHILIPPÆ BRACHIÆ VXORI OBSEQVENTISS. BARTHOLOMÆVS ZVCCATVS MARITVS LONGI TEMPORIS B. M. V. P. SIBIQVE.

Hic Barth. Zuccatus Taruiſinam hyſtoriam ab eius origine ad ſua tempora materna lingua,eaq; admodum eleganti, compegit, quæ ab eius hæredibus habetur cariſſima, & digna pariter a legentibus reputatur.

Extat ad D. Franciſci Brachiorum Nob. Monum. Non quidem litteris, ſed gentilicijs inſignibus inſignitum : aliam Brachiorum, ſeu potius Bragiorum memoriam vidiſti inter canonicos. ſeu de Bragis dixeris,aut de Tanaro, vt ſupra ad Diui Nicolai. *In ſtemmate campeſtria.*

*Inibi in ſuggrundio diſſolutati fruſtum marm.*

S. Nobilis Viri . . . de Buxatis de Mo. . . MCCCCIIII. . . . . bris. & ſuorum Hær.

*Ad Diuæ Claræ in Templi medio. marm.*

S. DOMINARVM FRANCISCINÆ, ET RIGGIÆ SORORVM Q. DOMINI IACOBI DONATI DE SCOTIS.

Huius Nob. familiæ de Scotis continuatum ſepulchrum eſt infra ędes Diui Ioannis Euang. de Ripa inſculptis ſolum inſignib. gent. Danielis de Scotis Nob. Tar. Epiſc. Concord. mem. habes inter Ep.

*Ad Diui Andreæ in marmorea ſepul.*

S. DOMINARVM DOMINI FRANCISCI ET PETRI DE BONA PARTE, ET SVORVM HÆREDVM.

*Ad D. Io. Baptiſtæ a baptiſmate ſub porticu marmor antiquum valde dirutum per pedem a terra ſurgens.*

SE.

Digitized by Google

SEPVLTVRA DOMINI MARCI DE MARCO BONI,
ET SVORVM HÆREDVM.

---

*Ad Diui Michaelis vltra medium.*

MAIORVM SEPVLCHRVM VETVSTATE CORRVPTVM LIBERALIS
OMNIBONVS, AC LEONARDVS VVLPATI FRATRES
RESTITVENDVM CVRARVNT.
ANNO MDXV.
H. M. H. S.

---

*Ad Diui Laurentij Tabella marmorea ſuper ſacrarij oſtio.*

D. O. M.

HAS ÆDEM, ATQ; ARAM DIVO BERNARDINO PROAVI IVSSV DICATAS, ET A PATRE ERECTAS ORNATIORES, AMPLIORESQ; VNA CVM SEPVLCHRO INSTAVRAT. AC REM DIVINAM QVOTIDIE HORA TERTIA HIC FACIVNDVM CAVET.
OLLIS ASSIGNATO VECTIGALI MAIORE.
HIER. ECCLESIA IO. MARII F.
AN. SAL. MDLXII.

---

Hieronymus hic fuit Eques Ducalis, Nobilis, admodum Diues & poſtremus Familiæ ſuæ. Qui obijt MDXC.

---

*In ſtrato autem marmore ſepulchrali ante aram.*

*PETRO ECCLESIAE PATRI*
*MAIORVMQ. OSSIBVS E VETVSTO SEPVLCHRO TRANSLATIS.*
*VNIVERSAE DEINCEPS FAMILIAE AC SIBI,*
*IO. MARIVS F. P.*
*MDXII. DIE XIX. SEPT.*

---

*Rectà ad Templi medium.*

*CATHERINAE VXORI CARISS.*
*QVAE MIHI LIBEROS VTRIVSQ; SEXVS QVINQVE PEPERIT. MARCVS DE CREMA, ET SIBI, ET POST. V. P.*
*VALE VNICVM MEI DELICIVM.*
H. M. H. S.

---

Sexto idus ſeptembris anni MDCIII. accidit infraſcriptis adoleſcentibus nobilibus, ac grandioris ſpei, caſus hic miſerandus; qui poſt-

Digitized by Google

poſtmodum aquis extracti in maiorum ſuorum diſparatis tumulis reconduntur. ſic ego.

IOANNI RAYNALDO PERINDE,
ATQVE ANTONIO VONICO
ADOLESCENTIB. SELECTISS.
QVI, DVM SODALIB. INDVLGENTES DE TRIPVD. SVBVRBANIS PER
SILIM FLVV. TARVISIVM NAVIGARENT.
NESCIO, QVO FATO,
AD DIVAE SOPHIAE GVRGITEM EVERSO LINTRE,
ALIIS EXTRA SPEM ENATANTIB.
FVNDITVS DEMERSI NON AMPLIVS, NISI MORTVI, APPARVERE.
CONSORTES SORTIS SEMIANIMES,
LACHRYMAS NON MINVS, QVAM LYMPHAS FLVMINIS
IRRORANTES
HOC DOLORIS AEQVE, AC AMORIS MONVM. PERENNE
VNANIMES CONDIXERVNT.
ANNO DOM. MDCIII. SEXTO IDVS SEPT.

## SYMBOL. OPPIDO LACHRYMABILE ME INVITAT, RAPITQ; AD ID QVOD ſequitur, extendendum.

*In mortem ſeptem Iuuenum Silis noſtri fluminis aqua coextinctorum die nona Maij 1610.*

BARTHOL. BVRCHEL. PHYSICI ELEGIDION.

*Crederet ah quis, amare Silis libauiſſe tibiq;*
*Omnigena letho ſternere gente Viros?*
*Forte habitum Martis ſumpſiſti? robur & arma*
*Tractas, crudelis, ſanguinis, vſq; vagus?*
*Quid nocuere tibi iuuenes? quæ iniuria? quæ nam*
*Inſidiæ? quænam crimina, furta, neces?*
*Ecce tibi læti ducunt de more choreas,*
*Deficit haud, tenero denſa corolla tuo:*
*Et tibi ne inſenſi remis luctantibus eſſent,*
*Per terram loro iungitur aptus Equus.*

Digitized by Google

Nec tu propterea placida præterfluis vnda,
Quin nauim euertis, vah furioſus eis
Decidit omnis homo: demergitur vndiq; turba:
Subtus hic, ille ſuper voluitur inter aquas
Nauta natans fugit inde citus: fugit alter & alter;
Sex numero auxilium ſic petière fuga:
Scilicet hic remex, Oliua; Sugana, petrinas,
Et Rholandellus, Baldus & ille leuis.
At periêre ſimul, luctantes, gurgite vaſto
Vnus, & inde duo, tum duo, & inde duo.
Tu Balthaſſari prior infima fluminis intras,
Amplius & nullo cerneris inde ſemel.
Blanchinus, fortiſq; valens de fonte natabat:
Vnus, & alter ei ſed tenuère pedes:
Scilicet Albertus, Cariolatusq;, & ad ima
Propterea terni decubuère Silis.
Alberte ah Baptiſta tui mellite parentis
Melliti Vatis gratia, amorq;, lepos.
Ah Cariolate illuſtris Ioſeph, vndique cunctis,
Et conſorte thori nobili amatus, amans.
Ah Balthaſſari titulo decorate perenni:
Vtile deperdis, poſteritasq; gemit.
Vah cecidiſtis opis nimis indigi, & vſq; relicti;
Quis mortis certus quæſo tuliſſet opem?
Ah Vindella, iuuat tibi quid prudentia, quando
Deglutit pauidum te ſimul vnda rapax?
Vincitur inde natans Bochinus: vincitur ille
Demum, vix vlli cognitus, amnis aquis.
Non facile è fluuio diſperſa hinc inde trahuntur
Retibus, atq; vncis corpora merſa luto.
Cogita, amice, rogo, quænam ſpectacula, ripis
Expoſitos varia cernere veſte viros.
Dum potes, hæc oculis miſeranda cadauera ſiccis
Contemplare, dolens quiſq; viator ibi.
Fama malum ſubito volitans deportat ad vrbem.
Sex, ſeptemuè Silim corripuiſſe Viros;
Peruolat ad Patres, matres, fratreſq;, ſorores
Nuntius, vxores præcipuèq; trium:
Hæc laniat crines, hæc veſtimenta reſcindit.



Digitized by Google

Hæc moritura necem quærit in amne ſibi
Clamor hic, hic gemitus: gladium rapit hæc malè viuens,
Se occiſura, adſtans ni tenuiſſet, erat.
Quilibet ordo gemit: flet nobilis, & ſimul omnis
Ciuis: flet pariter ſcriba, opifexq; ſimul.
Quippe omnis generis morientum turba: ſed vna
Vrbs, vnus populus flet ſimul vſq; ſuos.
Perq; ſenerantum cætus modò triſtis in atris
Veſtibus ad pompam luminibuſq; gemunt.
Quippe dolor fortis, præſtantes cernere tantos
Vita defunctos procubuiſſe viros;
Aſt quid ibi lachrymæ, gemitus, ſuſpiria, planctus
Proſunt, dum geruli funera miſta ferunt?
Poſſumus ah quid ibi? eſt, eſt irreuocabile Fatum:
Quodq; ſemel cecidit, non cecidiſſe negat.
Non datur egreſſus: nullùs reuocatur ab orco:
Reſtituit nullum cymba Carontis onus.
Quid nobis reſtat miſeris hoc tramite vitæ
Tentis? hoc tantum ferre, referre mori.
Ducimus hyſtorias, ſermones, atq; querelas
Conflamus, nihilum proficimusq; tamen.
Inter fortunas, inter fumumq; natamus
Stulti: atq; incautos ecce ſepulchra vorant.
Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ
Tempora Dij: morimur ſi ſubitò ante diem?
Iſti hodie occubuère, nihil certè iſta putantes:
In ludo, in cantu morte repente cadunt:
Cras alij occumbent, fato grauiore necati
Poſtera lux tenebras mox alijsq; feret.
Hic ferro, hic plumbo, hic auro, argentovè leuatur.
Hic gladio, hic glacie, frigore, fame, ſiti.
Hinc alius laqueo, ligno, furca, enſe, ſecuri
Tollitur è medio, fulgure, folle, pila.
Acti præcipites foſſi haſtis, atq; ſagittis.
Cæſi alij inde rota, pectine, mole, cruce.
Quot nam mortifero tolluntur & inde veneno,
Millibus occulto, proh ſcelus, vſq; modis?
Flumine nunc iſti, mox fulmine, marmore, mortem
Illi tormentis oppetière ſuam.



Digitized by Google

*Vel medici occidunt, chyrurgi, pharmacopæi.*
*Fæmellæ & vetulæ ſæpe veneficijs*
*Qui extremam lucem videat, de millibus vnum*
*Vix reperis, nobis quam dedit ipſe Deus.*
*Vah morimur cuncti, citiùs quis, ſeriùs alter:*
*Iſte modo hoc, alio hic alter & inde modo.*
*Quid plura? en mors inſtat, agit, furit ipſa voratq;*
*Et, quam longinquam credis, adeſſe vides.*
*Quid plura? ante annos centum, quot viuimus omnes,*
*Vt longum dicam, terra, erimuſq; cinis.*
*Nec dum quot viuunt; totidem ſed temporis infra.*
*Victuri id, pluresq; nimis, vſq; cadent.*
*Tu miſerere Deus noſtri miſerere, precamur;*
*Sint animæ ſaluæ, Chriſte Redemptor. Amen.*

Liceat huc huiuſmodi, & quidem dignam, coronidem contuliſſe.

*In facie ſcrinij collegij Nobilium teſſellato opere hæc inſcripta ſunt.*

*ANNO DOMINI MDLI. IVRA DEPOSITA MAGNIFICI COLLEGII NOBILIVM TARVISII, QVOD ET GRADVS MAIOR, ET ORDO EQVESTRIS, SEV MILITARIS IN STATVTIS NVNCVPATVR. PRIORIBVS D. FLORINO VONICO, ET ALOYSIO DE ACTIONIBVS ADVOCATO.*

# LEGVM DOCTORIBVS TARVISII PRÆDEFVNCTIS

## BARTHOL. BVRCHEL. PHYSICI APOSTROPHE.

AD vos modò, ò Doctores, & Ductores gentium, cathenæ illius aureæ merito, ſummæ Doctrinæ inquam, ac admirabilis eloquentiæ, arte, labore, diligentia, iudicio, atque exercitatione comparatæ: Quorum diuina opera, nedum præ inuentione, diſpoſitione, elocutione, memoria, & pronunciatione, quib. adeo excelluiſtis: verùm magis ob pietatem, ob præſtitum fauorem viduis, ac pupillis: ob Chriſtianam illam ſanè charitatem, qua mundi honorem, famam, ac gloriam mercati fuiſtis,

Digitized by Google

fuiſtis,atq; optime meriti;ſuſpiciunt omnes homines,ac religioſiùs admirantur; Ad vos inquam nunc me conuerto,iuris, legumq; periti,pij clientum, inſontium, ac pauperum miſerabilium Defenſores: illo veſtrùm dicendi genere prorſus Oratorio, dilucido ſanè breui, probabili, illuſtri, ac ſuaui: ne,obſecro vos, ab incæptis à primoribus annis huiuſmodi generoſis ſtudijs deſiſtatis: Aſſiſtite humani generis Redemptori,aduocate,humiliter dicite cauſam meã; ſufficiat proœmij loco, veluti narrationis,confirmationis,confutationis pariter, ac Epilogi,bis repetere, atq; iterum tertiò inſinuare. Ecce, Burchelatus, quem cum tot millium millibus tuo precioſo nimis ſanguine redemiſti,grauiter infirmatur: vtinam non ad mortem: Eia pro me CHRISTI Domini viſcera miſericordiæ ſupplices excitate: vt veſtris ille continuatis orationibus demum conciliatus,mihi conualeſcendi,animo inquam,& corpore confirmato,bene viuendi,bene inſuper moriendi piè dignetur gratiam impartire.

## Iuriſconſultorum,Iudicum inquam inſcriptiones,ac Epitaphia.

*Ad Diui Petri templum cathedrale.*

Præſulum Ciuitatis, Canonicorumque Iuriſconſultorum Elogia,ac Epitaphia facilè comperies inter illa Taruiſinorum Antiſtitum,& Canonicorum expoſita Monumenta:tum & quorundam aliorum Iudicum inter nobiles,inter Equites,infra Medicos.

---

*Ante portam Templi Decumanam marmor.*

*BERNARDINO VINCILIAE LEGVM INTERPRETI GRAVISSIMO, RE DOMI, FORISQ; COMPOSITA, POSTERISQVE SVIS HIC TVMVLVS DONATVR. CAVE NE ME QVERAS INTVS SARCOPHAGVM EST QVOD CARNIS, NON MERITORVM QVIES. M. D. XXVII.*

---

*Extra portam aliam è regione Sacræ Turris.*

*PAVLVS GETVS IV. DOC. LVCIAE AB ECCLESIA VXORI, ET FILIIS PRAEDEFVNCTIS MOESTISS. PONI MANDAVIT. AC DEINDE SIBI, ET POSTERIS M. D. XXXV.*



Digitized by Google

Nicolai Mauri Iur. Conſ. mem. vide inter ſcriptores.

*Ad Diuæ Mariæ Maioris in pulchro marm.*

D. M.

NICOLAO FEDERICIO IVRISCONSVLTO
FEDERICVS IVRIS PONTIF. CONS. VINCENTIVS,
PAVLVS, IO. FRANCISCVS, M. ANTONIVS SEBA-
STIANVS F. PARENTI INDVLGENTISS. ET
LODOVICO IVRISCONSVLT. FRATRI
ET SIBI, POSTERISQ; V. P.
ANN. GRAT. MDII.

*Ab hoc non longè marmor in pariete.*

ISABETHÆ SCALTENICÆ MATRONÆ INCOMPA-
RAB. QVÆ MIHI FILIOS VTRIVSQ; SEXVS IIII. EDI-
DIT. IACOBVS DE PERVTIIS PATAVINVS IVRIS V-
TRIVSQ; CONSVL. ET TVNC HIC VICARIVM PRÆ-
TORIVM GERENS MARITVS NON SINE LACHRY-
MIS P. VALE DVLCE MEI DIMIDIVM.

*Ad aram ſancti Nicolai.*

ARAM HANC AB ARTVSIO CAMPRETO MCCCCXLII.
XIX. APR. ERECTAM, ET VETVSTATE DEVASTA-
TAM. IO. HIERONYMVS I. C. AC OLIVÆ CAM-
PRETI RESTAVRARI CVRARVNT.
MDLXXXV. XIII. MAII.

Conſtantini Leonidæ Iur. Conſ. atque Equ. viuentis Elogium gentil. vide ſupra inter Equites. Eſt & in hoc Templo ante pietatis aram Accialinorum Ciuium Monumentum inſignibus huc uſque gentilicijs decoratum. Ex his anno MDCIII. Obijt Excell. illuſtriſque legum Doct. atq; Eques Dominicus, Aſſeſſor grauiſſimus, ſuperſtite excell. eius filio Nicolao Illuſtriſſimorum Præſidum itidem Aſſeſſore.

*Ad quorum LL. Doct. in hoc loco memoriam, mox iſtud elog. excitaui.*

DO.

DOMINICO ACCIALINO IVRISCONSVLTISS.
EQVITI PERILLVSTRI.
QVI, TRICESIMV'M ASSESSORIS OFF. MIRIFICE ABSOLVTO, ANNVM ÆT. AGENS LXIII.
DVM PATAVII FIRMIOREM SANIT. CVRARET.
IMPROVISA SYNCOPE CORREPTVS,
BONIS OMNIBVS HEV NIMIS DOLENTIBVS,
INTERIIT.
NICOLAVS FIL. VN. LL. DOCT. PATERNA, EAQVE GLORIOSA, INSEQVENS VESTIGIA.
PATRI INDVLGENTISS.
M. P. ANNO RED. ORBIS. MDCXVI.

---

Ad Diui Nicolai.

*In vetuſtiſſima arca exterius appenſa ad muros, vix legitur.*

S. NOBILIS VIRI DOMINI HENRICI IVDICIS, DE PISTORIO.

---

*Infra Templum vltra chorum ad læuum latus.*

HIC IACET CORPVS NOBILIS, ET DISCRETI VIRI DOMINI NICOLAI DE ADELMARIO IVDICIS VTRIVSQ; IVRIS PERITI, ET DECORATI. QVI OBIIT MCCCLXVI. II. DIE INTRANTE MENSE IVLII. CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE.

---

*Ante priorem portam, quæ magis ex vſu, marmor, quod nunc nunc ſublatũ.*

*ANNO DOMINI MCCCXLVIII. INDICT. PRIMA, DIE QVINTO MENSIS AVGVSTI, OBIIT STRENVVS, ET DISCRETVS VIR D. DOMINICVS DE BONHOMO IVRISPERITVS. CVIVS CORPVS IACET IN HOC SEPVLCHRO SVO, ET SVORVM HAEREDVM.* *Ab.*

---

Pro illomet, vt video, Hieronymus Bononius noſter compoſuit tale Hexaſtichon.

*DOMNICVS hic iaceo, tulerat quem Brixia Natum*
*Gente BONHOMINEA: Taruiſium rapuit.*
*Attica in Eloquium ſtudeo dum ſcripta Latinum*
*Vertere, mors ſtudium rupit acerba meum.*



Digitized by Google

*De me actum eſt, dulcis vitæ qui commoda carpis,*
*Pieridas, Fato ſed meliore, cole.*

---

Ante aram D. Thomæ Aquinatis inſignem marmor vet.

*Anno Milleno Domini currente triceno*
*Cum quoq; ſepteno trideno iam ſibi iuncto,*
*Sexta dies decima martis ſua lumina clauſit*
*Iudicis egregij Mutinenſis GEMINIANI.*

---

*Ante ſacellum XII. Apoſtolorum humi ſepulchrum exciſum ex antiquo Doctore, veluti tria hæc ſupraſcripta. his litteris ſuperinciſis.*

*MCCCLXVI. INDICT. IV. SEP. D. DOMINICI IVDICIS FILII Q. DOMINI IOANNIS DE MONICO. ET HAEC SEPVLTVRA FACTA EST, VT VNQVAM NVLLO MODO ALICVI PERSONAE POSSIT VENDI: NEQVE ALIQVO MODO ALIENARI.*

---

*In muro autem, pilavè altiùs nobile hoc Elogium poſtremò poſitum.*

DOMINICO MONICO IOANNIS F. I.V. CONS. TARVIS.
QVI IN ALIMENTVM PAVPERVM AMPLVM TEST. PATRIMONIVM
DESTINAVIT. ANTISTITE, PRÆSVLE, AC HVIVS CÆNOBII PRIORE
COMMISSARIIS AD EROGATIONEM INSTITVTIS.
CVIVS PIA VOLVNTATE CLEMENTIS VII. PONT. MAX. DECR.
EX CAVSA POSTEA IMMVTATA PROVENTVS OMNES AD INOPES,
NVBILESQ; CIVIT. VIRG. MATRIMONIO COLLOCANDAS SINGV-
LO MENSE MAIO LIBERALISS. DISTRIBVVNTVR.
VT ILLIVS PIETATIS PERPETVA EXCITETVR MEMORIA
COMMISSARII G. P. MDLXXXIX.

---

Pilæi Vonici Iuriſconſ mem. vide inter Nobilium Monumenta. pariter Ludouici de Cathaneis de ſpin. I. Conſ. Epitaphium.

---

*In Tabella marm. cum inſignibus gentil. penès aram ſacri Roſarij.*

MCCCCLXXXIIX. AVG. IN HONOREM GLORIOSISSIMÆ VIRGINIS PERINA INSIGNIS MATRONA TARVISII VXOR OLIM GERARDI A CVBALO IVRISCONSVLTI CLARISS. FELTRIENSIS DEVOTA NVMINI MAIESTATIQ; EIVS SACELLVM HOC SVO SVMPTV F. C. PRO SE, SVOQ; FRATRE IVRISCONSVLTO BARTHOLOMÆO DE CORNVTA, ET POST.



Digitized by Google

*Hic Barth. I.C. de Cornuta, qui & de Coletis, fuit ciuis Tar. & viget floretq; eius familia. Humi porrò ſic eſt inciſum.*

ALEXANDER DE CORNVTA. *Infrà clauſtrũ.*

---

PANCRATIO PYRRHVCHINO TARVISINO VTR. IVR. DOC. CLARISS. VERONICA CONIVX, ET LVDOVICVS DE STRAZZAROLIS NOT. TAR. GENER, SIBIQ; AC POSTERIS F. C. ANNO SALVTIS DOMINICÆ NATIVITATIS MDXLVIII ANTONIVS DE STRAZZAROLIS, ET FAVSTINA PYRRHVCHINA EIVS CONIVX FF.

---

*In templo infra baſilicam poſtremam a dextris magnæ.*

GREGORIO SPINETAE DIVINI, HVMANIQ; IVRIS CONSVLT. ET BONAE FLORAE PARENT. CARISS. IOANNIQ; AC ANTON. SPIN. CIVILIS PONTIFICIIQVE IVRISCONSVLTISS. FRATRIB. B. M. NICOLAVS SPINETA. SIBIQ;, ET CAECILIAE CONIVGI HONESTISS. ET POSTERIS DD.

---

*Ad D. Mariæ IESV. ad medium maioris baſilicæ marmor nob.*

ANTONIO, GREGORIOQ; SPINETAE FRATRIBVS, CIVILIS, AC PONTIFICII IVRISCONSVLTISS. FRANCISCVS SPINETA IVRISCONSVLTVS FRATER AC NICOLAVS SPINETA NEPOS SIBI, POSTERISQ; SVIS DD. MDXXXV.

---

Vide ſupra aliud huius Nob. Familiæ Monum. vbi & de duobus Legum Doct. mentio, inter Benefactores R. Fratrum huius Templi.

---

Aloyſij Noalis Iuris Doct. iam viſum inter Equ.

---

*Itidem in conditorio ad tempus tumulo, mox ſubtracto.*

DILECTISSIMAE PARENTI LAVRAE CAMILLAE DE MANRISIIS, QVAE IN CLARISS. ANTENOREA VRBEM IN LVCEM EDITA ANNO A CHRISTI NATALI MCCCCXCV. CASTE, AC PIE, DEGENS PERACTIS LXIX. ANNIS HIC DECESSIT IIII. CAL. IAN. MDLIX. FRANC. DE MANRISIIS IVRECONS. ET FILIVS DEDITISS. NON SINE LVCTV INGENTI, LACHRYMISQ; E. M.

---

*In primo ſepulchrorum ordine inſigne marmor repon.*

FRANCISCVS MANRISIVS ET BERNARDVS DE ALBERTIS DE PADVA I. CONSVLTI TAVRISINI, AMITINORVM PROLES, IN OCCASVM VITAE ITERVM ORITVRAE PP. ANNO DOM. NAT. TERTIO SVPRA MILL. ET SEXCENT.

*An-*

Digitized by Google

## Andrææ Gratiani Iur.Conſ.mem.inter Equites.

*Erat in lateritio ſarcophago infra ſacellum Diuorum Franciſcorum Aſſiſij. ſ.& Paulini, hoc epitaphium.*

ANDRÆÆ GRATIANO I. C. PRAESTANTISS. ET ALBAE ALANAE EIVS CONIVGI MIRA FRVGALITATE AC INCOMPARABILI CASTITATE. ANTONIVS, ET FLORIVS GRATIANI FRATRES F. PARENTIB. OPT. P. MDLVI. V. CAL. APR.

*Ante aram, ſeu ſacellum D. Didaci, ſepul.*

PHILIPPO SANCTIO PATRI HORAT. SANCTIO DECANO FR. DE CATHEDR. ECCL. HVC TRANSLATIS. IOANNI SANCTIO PATRVO. ANT. SANCTIO FRATRI, SIBI, MARIETAEQ; VX. DIL. VIVENTIB. POST.Q; CAMILLVS SANCTIVS IVR. CONS. M. P. M. D. LXXXVIII.

*Non diſſimile huic legitur Venetijs Epitaphium, nempe.*

Liuius Cæſareus Angeli Fil. Monumentum hoc ad oſſa ſua, Heliſabet eius vxoris, ſuorumque omnium collocanda in reſurrectionem Viuens fieri mandauit.

Vbi iſtud ignoro, nunquid.ſ.Liuio huic contigit, quod Doctori Sanctio noſtro: qui ſibi, & Marietæ vxori poſuit Monum. præmoritur etenim Doctor, & vxor eius alij nupſit viro, nec coniugem Camillum eſt moriens inſecuta, vnde ſi, dum dixit, Marietæ vxori dil. addidiſſet, volenti non prorſus erraſſet.

*Ad Sancti aram.*

DEVOTIONE, AC AERE CAMILLI DE SANCTIS I. C.

Viuit Philippus Medicinæ D. Venetijs commorans & medicus Sereniſſimi Princ. M D C X V I.

*Ad exitum Templi à læua in lateritio ad tempus tumulo.*

ANTONIO CANTONEO CIVI FELTRENSI ADMIRANDAE VIRTVTIS, AC SVMMAE DOCTRINAE VIRO

Digitized by Google

VIRO, TVM INGENII, TVM GENERIS NOBILITATE, ET VITAE CANDORE INSIGNI IVR. CONS. EXCELLENTISSIMO IMMENSO ANIMI DOLORE FRANCISCVS CANTONEVS PATER PIENTISS. P. ANNO MDLXVIII. DIE XV. SEPT.

---

*Ad Diui Franciſci Templum.*

Ante altare D Annæ, ferme ad Templi medium.

ALVISIO DE PRATO I.C. CLARISS. LITERA CLAVDIA VXOR. CVRANTIBVS PANCRATIO PIRRHVCHINO, ET ANTONIO SVGANA COMMISSARIIS. M. D. XIII.

---

*Secus aram in pariete Tabella marm.*

D. ANNÆ GLORIOSÆ DEIPARÆ VIRGINIS MATRI IN MEMORIAM ALVISII DE PRATO IVRISCONSVLTI CLARISS. MARITI OBSEQVENTISS. ATQ; OPTIMI LIBERA CLAVDIA ARAM.
P. S. F. C.
AN. M. D. X. V I.

---

Franciſcini de Burſio, Bonifacij Rouerij, Bartholomæi Suganæ Iuriſconſultorum dignas memorias vidiſti ſupra inter Nobilium Monumenta. Sicuti & Auguſtini vrſinici, & Licinij Boſelli inter Equ.& com-it. eò recurras, dum velis.

---

*Infra periſtylium ſecus fores ſanctæ Inquiſitionis.*

MARINÆ SECALANÆ IO. BAPT. IVREC. F. ET QVIBVS IPSA TESTAM. MANDAVIT. COLLEGIVM IVDICVM TAR. P.

---

*Ab hoc parum diſtans ſepulchrum.*

MAGDALENÆ F. Q. SP. IV. VTR. DOC. D. AVRELII RHOLANDELLI. HIER. RHO. IV. DOC. EX TESTA.

---

*In facie magna Domus Rholandellorum, in tranſeuntium proſpectu, tria marm. quibus ſuperſtant inſignia gentil.*



Digitized by Google

| NON VANITATE | HIER. RHO. DOC. EVPHRA. SOR. MDXXXX. | SED COMMODO |
|---|---|---|

*Ferme ad Templi medium marmor amplum cum inſ. gent.*

D. M.

BERNAR. ARGENTA LE. DOCT. CLARISS.
PARENTI OPT.
ET VINCENTIO PATRVO CLARISS.
FRANCISCVS FILIVS, AC NEPOS PIENTISS.
EX IPSORVM INSTITVTIONE DILIGENTISSIME FI. CV.
M. D. XXX.

*In pila, nec quidem longe pon.*

D. O. M.

GRADENICO PADVA C. TAR.
EX ILLVSTRI DE PRENDIP. BONON. FAM. ORIVNDO
LL. DOCTORI CLARISS. POETAEQ; INSIGNI.
QVI RECTOR. ILLVSTRISS. ASSESSORIS MVN. PLVRIES FVNCTVS.
NVNC BRIXIAE PROPRAETOR
VITAM COMMVTAVIT CVM MORTE.
CVIVS CADAV. ISTIC MOERORE PVB. EL. AB ANTONIO FRATRE
REVOCATVM IN PATRIAM,
HIC CVM MAIOR. SVOR. OSSIB. QVIESCIT AD EXTREMAM DIEM
ANNO DOM. MDCXIV.

*In terreſtri autem antiquo marmore ſic inciſum.*

ANTONIVS IOANNIS DE PRENDIPARTES DE BONONIA AVVS PATERNVS ALOYSIO, ET VANNIO DE PADVA FRATRIBVS.

*Secus portam cœnobij in periſtyl.*

FRANCISCVS DE SCOPERTIS. LL. DOC. ASILI NOT. LVCIETAE A LIGNAMINE VX. SIBIQ; ET POST. P. C.
M D II C. V. KAL. IVN.

*Ab hoc non diſtans marm.*

MAIORIBVS SVIS, SIBIQVE AC POST.
NIC. HIER. LL. DOCT. ET BARTH. FRATRES BELAVSII REST. CVR.
ANNO SAL. MDXCVIII.

Vita-

Digitized by Google

*Vitalis de vitalibus Iur. Conſ. vide epitaph. gent. inter ciues.*

Ioannis Turrij legum Doct. elegans epitaphium gentilicium cernas inter ſcribas, & cancellarios.

Illius autem Encomium legas inter poetas.

---

*Ad Diuæ Margaritæ circa marmor affixum muro, ex Doctoris imagine mira arte, ac impenſa excauatum conſpicuum valde.*

S. NOBILIS, ET EGREGII LEGVM DOCTORIS DOMINI ALDIGERII DELLA TVRRE DE CENETA, QVONDAM EGREGII, ET NOBILIS VIRI DOMINI GALEATII DELLA TVRRE, ET HÆREDVM SVORVM QVI OBIIT IN MCCCXXXIX. DIE XXIX. MEN. DECEMBRI.

---

*Ad aram B. Virginis in capella Sancti Hieronymi. Io. Nic. Vonici Nob. Tar. mem.*

Deiparæ Mar. pul. Imag. antiquiſſ. Q. proprijs ædibus. V. S. L. M. IO. Nic. LL. D. Fra. F. MDXXIV.

---

*In ſacrario nunc, ad aram admirabilem ex ſtatua illa alabaſtrite Diui Sebaſtiani, cum parergis admodum operoſa.*

VINCENTIVS CLAVDIVS I. C.
SEBASTIANO MARTYRI T. F. I.
MAGDALENA DE BAVARIA MATER, ATQ; HÆRES F. C.
AN. MDXVI.

---

*Statim extra Eccleſiæ fores ad clauſtrum eſt arca inſignis, inſignior autem inſigni in ea inſculpto inſignita Viro extenſo ſub tentorio.*

Subtus inſignia gentilicia,& hæc marmorea tabula inſignis valde.

*Clauditur hic PETRVS tumolatus corpore tetrus,*
*Aſt anima clara cæleſti fulget in ara;*
*Nam pius,& iuſtus iuuenis fuit,atq; venuſtus,*
*Ac in IVRE quoq; ſimul inde PERITVS VTROQVE,*
*Vt librum* Patris *punctis aperiret in atris.*
*Cum gemitus DANTIS fuerit ſuper aſtra volantis,*
*Carmine materno decurſo, prorſus Auerno,*
*Menteq; purgatas anima releuante Beatas.*
*Quo Fama Diue gaudet Florencia ciue.*

---

*Verſus Templi med. ſecus pilam propriam repon.*



Digitized by Google

D. M.

QVÆ NICOLAO AGNVSDEI IVRISCONS. PATRI
IO. BAPTISTA IVR. CONS. FIL.
IVSTA DEBVERAT,
GRATO FILIO MOERENS NVNC SOLVIT PATER.
ANNO DOM. MDLXXXVI.
QVI ANTEA IACOBÆ MATRI, ET MARCO FRATRI DILECTISS.
PRÆDEFVNCTIS H. M. POSVERAT, SIBIQ; AC POST.

---

*Rodomontis de Campis legum Doct. Epitaphium commune cum fratribus legas inferiùs inter Medicos ex hoc Templo.*

Legum Doctorum de Bethignolis mem. vidiſti inter Equ. & Nob.

---

*Ad Diuæ Catherinæ in primo illo ad ingreſſum dextr. ſacello ſepulchrum ex inſcalpto antiquioris habitus Doctore ſpecioſum valdè.*

HOC TVMVLO IACET VIR FAMOSÆ SCIENTIÆ LEGVM DOCTOR EGREGIVS DOMINVS ALBERTVS DELLA MOTA DE CONEGLANO, QVI SPIRITVM SVVM REDDIDIT CREATORI MILLESIMO QVADRINGENTESIMO SEXTO. INDICT. XIIII. DIE IOVIS IX. MENSIS DECEMBRIS.

---

*Ad Templi medium liceat repetere.*

*AVRELIO SOLICO IVRISCONS. FRATRI, NECNON PROGENITORIBVS A PRIMO STIPITE CONSEPVLTIS RESTAVRAVIT.*
*IVL. SOL. CAN. TAR. ATQ; ARTIVM, ET SACRAE THEOL. DOCT. MDLXXVI.*

---

Iuriſconſultorum ex Aproinis Epitaph. lege inter phyſicos.

*Iſtud autem recentiſſ. iſtic legito.*

PROSPERO APROYNO Iur. Con. domi, foriſq; clariſſ. perpetuo apud. ven. Remp. Ciuitatis Tar. Nuncio, inibi ſeptuagenario vita functo: Reuecto in Patriam corpore: NICOL. cler. ANT. HIER. ET ALEX. FRATRES Ex Fratre Nepp. Viro de ſe, & de vniu. ciuit. opt. mer. mœrentes PP. XVII. Cal. Iulij. MDCXII.

---

*Et id pariter.*

Hortenſio filio muſices ſolertiſſimo prædefuncto, Hier. Lodouico, Gaſpariq; ex Fran. altero Fil. ſuperſtite nepotib. dilectiſſ. ſex mẽſium curric. vita functis. Io. Ant. Aproynus Iur. vtr. D. ſeptuag. ſempiterni eius doloris. Mon. Poſ. lachrymabile.
Anno Sal. MDCXIII.

Iſtud

*Iſtud Epitaphium erat, quod vidimus, in tumulo ad tempus poſito poſtea deſtructo, oſſibus in gentilitium monumentum infra chorum translatis.*

SEBASTIANO MEDVLO, MORIB. INGENIO, VIRTVTE, AC LIBERALIB. STVDIIS ÆTATEM, ET OMNIVM SPEM IAM SVPERANTI, AT CRVDELI PILA MAIORI LVDENTIS LACERTO, DVM LVDVM IPSE SPECTARET MISERABILITER INTEREMPTO. ANT. IVRISC. PATER MOESTISS. FILIO OBSEQVENTISS. AC SVAVISS. INSPER. H. M. P. VIXIT ANN. XIII. MENS. XI. D. XVI. OBIIT VERO XVI. KAL. QVINT. MDLVII.

---

Liceat hic duos Ciues noſtros illius ſæculi poetas celebres, cum inſequentibus Elogijs huius infelicis filij caſum deplorantes, cenſerè.

*Io. Franc. Perandę in obitu Sebaſt. Meduli, Antonij Iuriſcon. clariſſimi filij.*

*Quid tantum inſano iuuat indulgere dolori,*
*O dulcis genitor? quid mea fata doles?*
*En ego, quem vitæ defunctum lumine defles,*
*Haud morior, vita ſed potiore fruor;*
*Nam neq; tergemino retinet me cerberus ore:*
*Nec vagor incertis flebilis vmbra locis:*
*Sed me celſa tenet radiantis culmina Olympi:*
*Sed licet æthereas nos habitare domos*
*Sol vbi purpureus nunquam demergitur vndis,*
*Nec volucrem tenebris nox tegit atra diem.*
*Ver vbi perpetuum floret, ſtabiliſq; iuuenta,*
*Et vitæ æternum mors iacet imperio.*
*Hic mihi nunc patria eſt: hic nos traducimus æuum,*
*Gens læta, & nullis ſordida criminibus*
*Atq; vtinam quæ nota mihi, quæ maxima diuûm*
*Gaudia, mortali pectore conciperes.*
*Haud equidem nunc te miſerum, & mea fata querentem,*
*Vrgeret noſtri funeris exitium.*
*At me dum mæſtis cælum ſingultibus imples*
*Hinc reuocas, patrius nos quoq; tangit amor.*
*Quare, age, iam lacbrymis, genitor, iam parce dolori:*
*Crudelem pietas te tua magna facit.*

Iulij Solici, in obitu &c.

*Hunc tumulum aſpiciet, tumuloq; huic addita, ſiquis*
*Verba leges, nec mille imo ſuſpiria corde*



Digitized by Google

*Eruit, ingenti nec ſoluit lumina fletu,*
*Non ille humanis certè eſt nutritus in vlnis.*
*Non ille eſt placida genitus de ſtirpe parentum,*
*Verùm inter cautes hyrcanæ ex vbere tygris,*
*Aut prius ex Erebo concepit pectore diram*
*Sæuitiem hanc, animumq; ferum, indomitumq; dolori;*
*Tune, heu, care puer primo vix flore iuuentæ*
*Occidis? exanimesq; tuo nos funere linquis?*
*Nec iuuenile decus, nec te tua viuida virtus*
*Hactenus hac dulci potis eſt retinere ſub aura:*
*Quænam, quæ ſuperos tetigit vis inuida: curuè*
*Fortuna heu potuit, ludi ſub imagine, tantum*
*Commiſiſſe nephas? primis te vt perderet annis.*
*Iam tibi nectebant varia de fronde corollam*
*Aonides, plectrum te iam quoq; magnus Apollo,*
*Et cytharam docturus erat, ſtudiumq; canendi,*
*At rapidæ, nimiumq; truces hæc vota ſorores*
*Non ſine Muſarum ſingultibus interrumpunt.*
*O puer, ò culte Elyſijs flos addite campis,*
*Nunc tecum Medulæ perijt pars maxima gentis,*
*Noſtraq; nunc ingens tecum ſpes omnis obiuit.*
*Quod ſi ſola tuæ ſupereſt iam lucis imago,*
*Nec reuocare datum eſt mortalia pectora letho,*
*Ite oculi in lachrymas, ſintq; hæc quoq; pignora morti.*

---

Porrò Vincentiæ in ædibus Vicesgerentis Prætorij extat hęc eiuſdem excellentiſſimi Viri inibi vita functi memoria.

*Taruiſij ſplendor Medulus doctiſſimus, egit*
*Præclari Andrææ Delphyni munia, cunctis*
*Gratus: grati animi mos impulit hunc ſeniorem;*
*Atq; opere in medio ſuprema hic funera ſoluit.* MDLXXXVII.

---

Inſta hoc D. Catherinæ T. extat ſepulchrum marm.
*Alexandri Mediolani Iur. Conſ. Epitaphium expectatur.*

---

*Ad Diuæ Claræ Templum Monial.*

HIER. DE ALPAGO DOC. BELLVN.
VX. ANTONIÆ CARISS. PRIVS, DEINDE SIBI, AC SVIS V. F.
M. D. XXXIIII.



Digitized by Google

*Ad D. Io. Euangeliſta de ripa arca vetuſta nimis.*

SEPVLTVRA DOMINI GVLIELMI DE MONTE MARTINO IVDICIS.

---

Vixerunt Nicolaus, & Placentinus de Monte Martino Iur. Con. circa annum 1400.

---

Io. Baptiſtæ oliuæ Doctoris mem. vidiſti inter Canon.

---

*Ad Diui Auguſtini.*

FRANCISCVS DE LAZARIS I. C. NON IMMEMOR SVI, POSTERORVMQ; SVORVM CADAVERIBVS VSQ; AD ILLVM TREMENDVM DIEM IACIENDIS CONSTRVXIT.

---

Blaſij Guilermi Decr. Doct. mem. extat inter Canon.

---

*Portu Buſſoletti in mœnijs.*

MCCCXXV. DE MENSE IVNII.

TEMPORE EGREGII DOCTORIS D. LVDOVICI BERTONO DE TARVISIO PRÆTORIS FACTVM FVIT HOC OPVS IN XI. DIEBVS.

---

Haud ab illo diſſimile, quod refert Plutarcus in Cæſare, vbi ait, Pontemq; decem omnino dieb. abſoluit Cæſar, opus fide ſuperius. *Plutar.*

---

*Bergomi ad....*

SVPERANTIO BRIXIO TARVISANO I. C.
VITÆ, ERVDITIONISQVE SINGVL.
BERGOMI MALEFIC. PROPRÆTORI
PATAV. VER. VICET. CREMÆ, RHODIG. AD IVS PVBLICE DICVNDVM A PRÆTT. PRÆFF. Q; VIRIS CLARISS. TOTIES ADSVMPTO,
PAVL. BRIXIVS GEMEB.
VEL SVI HAC ORBITATE CONTEMPTOR,
ABSENTI ABSENS, HEV FRATRI FRAT.
HOC DE MARMORE SALVE, ET VALE SVPREMVM DICIT.
OBIIT M. D. LXXXIIII. PRID. NON. MAII.

---

Hic non grauabor referre, quaſi per Epilogum, Doctores illos Iuriſtas quorum, vel auctorum maioremvè Epitaphia, vel ſaltem familias alibi iam retulimus, aut referemus: ab anno circiter 1460. & pariter quotnam phyſices, & medicinæ ab anno 1400. ad hæc vſq; tempora: priores etenim, vt video, memoriæ perierunt.

*Ordo*

Digitized by Google

## Ordo per familias, & ingreſſus collegij.

*Schenella de Collalto legum Doct.*
Collegij Taruiſ. ante annum 1480
*Auguſtinus de Vonico ſimiliter*
*Albertus de Von.*
*Hieronymus*
*Pileus ſimiliter*
*Hieronymus* anno 1495
*Io. Antonius* 1508
*Io. Nicolas ſimiliter*
*Io. Paulus* 1529
*Parthenius Von.* 1540
*Syluius.* 1560
*Ludouicus* 1565
*Alexander Vonicus ſimiliter* 1565
*Tutius Canon.*
*Florenus Von. Archipr. anno* 1603
*Hieron. de Rouerio ante ann.* 1480
*Bartholomæus canon.*
*Paulus præſb. manſion. anno* 1573
*Hieronymus Scotus ante an.* 1480
*Triphonus de Bethign. ante.* 1480
*Matthæus Eques.* anno 1525
*Bonaldus* 1527
*Ludouicus* an. 1541
*Camillus Beth. Brix. viu.* 1603
*Aloyſius Marcellus Equ. Hieron. ante.* 1480
*Auguſtinus de Vrſinico luſa ante an.* 1480
*Bartholomæus Vrſin.* 1510
*Franc. Nouellus ante annum* 1480
*Franciſcus canonic.* 1493
*Bartholomæus de coletis de cornuta, ante ann.* 1480
*Hieronymus de Peretis ſimiliter.*
*Zachar. de Raynal. ante an.* 1480
*Alexander* 1498
*Franciſcus* 1501
*Albrighetus* 1503
*Ioannes* anno 1529
*Petrus Ghetus ante annum* 1480
*Paulus* 1527
*Petrus* 1566
*Hieronymus ſimiliter. viu.*
*Auguſtinus de Anoali ante.* 1480
*Bernardinus Vincilea ſimiliter.*
*Pucinus de Prato ſimiliter*
*Aloyſius de Pr.* anno 1492
*Albertus de caſtro cucco* 1483
*Bartholomæus de Nordis* 1487
*Veneranus de claudis.* 1488
*Vincentius* 1505
*Aurelius Rholandellus anno* 1488
*Hieronymus.* 1518
*Blaſius Sugana* anno 1490
*Franciſcus ſimiliter.*
*Antonius.* 1491
*Bartholomæus* 1518
*Io. Hieronymus* 1543
*Pancratius Pyrrhuchinus* 1490
*Hieronymus Tireta* anno 1491
*Hortenſius* 1536
*Auguſtinus de Montona* 1492
*Bernardinus de Argenta ſimiliter.*
*Paulus de ſpineta.* anno 1492
*Antonius ſimiliter.*
*Franciſcus.* 1498
*Gregorius ſimiliter*
*Bernardinus.* 1501
*Gregorius viu.* 1573
*Ioannes eius fil. Equ.* 1592
*Io. Antonius de ſtraſſo anno* 1492
*Hieronymus* 1534
*Io. Antonius Aproinus.* 1493
*Nicolaus.* 1528

Pau-

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Paulus | 1536 |
| Io. Antonius. | 1568 |
| Proſperus. | 1569 |
| Matthaeus Bombene. | 1495 |
| Liberalis Doctor ſimiliter. | |
| Hieron. Actionius Auogar. | 1495 |
| Antonius ſimiliter. | |
| Hieronymus | 1558 |
| Alexander Epiſc. | 1566 |
| Iannibellus Actionius canon. | 1613 |
| Hieronymus Bononius. | 1475 |
| Thadaeus de Adelmario | 1502 |
| Petrus Maria. | 1506 |
| Sebaſtianus Medulus. | 1503 |
| Antonius. | 1541 |
| Ioannes. | 1578 |
| Iulius. | 1611 |
| Ludouicus de Cathaneis de Spineta ante annum | 1500 |
| Antonius. | 1608 |
| Aloyſius Noalis Eques circa | 1540 |
| Franciſcus Vulpatus | 1506 |
| Syxtus Zucchellus | 1507 |
| Franciſcus de Lazaris | 1540 |
| Hieronymus de Alpago | 1529 |
| Antonius | 1543 |
| Paulus | 1549 |
| Franciſchinus de Burſio ante | 1380 |
| Ioannes. | 1530 |
| Io. Paulus Oliua | 1533 |
| Io. Baptiſta canon. | 1562 |
| Rauagninus Oliua. | 1604 |
| Simon Locatellus | 1535 |
| Vincentius Canon. | 1575 |
| Petrus ab Eccleſia. | 1536 |
| Io. Nicolas Zuccatus | 1539 |
| Liberalis de Albertis | 1540 |
| Bernardus | 1567 |
| Sebaſtianus eius fil. | 1601 |

| | |
|---|---|
| Andreas Gratianus Equ. | 1541 |
| Alexander Federicius N. | 1541 |
| Aurelius Solicus | 1544 |
| Nicolaus Agnus Dei | 1543 |
| Io Baptiſta eius fil. | 1577 |
| Dominicus Lambertus | 1544 |
| Franciſcus de Quero ſimiliter. | |
| Franciſcus Cambius. | 1549 |
| Vitalis de Vitalibus | 1552 |
| Franciſcus Manriſius | 1553 |
| Io. Donatus à Cornu. | 1427 |
| Camillus Decan. | 1557 |
| Iulius Canon. | 1598 |
| Rodomons de Campis | 1557 |
| Gradenicus Prend. de Palua | 1561 |
| Iulius Equ. | 1592 |
| Superantius Brixia | 1561 |
| Arſenius Palaciolus | 1562 |
| Ioannes Turrius | 1561 |
| Franciſcus eius filius | 1605 |
| Dominicus Accialinus Eques | 1565 |
| Nicolaus eius fil. | 1596 |
| Camillus de Sanctis | 1568 |
| Conſtantinus Leonida Equ. | 1566 |
| Hieronymus Campretus | 1569 |
| Dominicus Manfredus. | 1569 |
| Balthaſſar Manfr. Canon. | 1595 |
| Alexander Mediolanus. | 1570 |
| Franciſcus eius fil. ſacerdos | 1610 |
| Hieron. Curſius presb. | 1573 |
| Bernardus Gandinus presb. | 1573 |
| Io. Franciſcus G. Canon. | 1598 |
| Nicolaus Maurus. | 1573 |
| Hieronymus Arrigonus. | 1586 |
| Nicolaus Bellauſa. | 1587 |
| Hieronymus eius fr. ſimiliter. | |
| Domin. Rauagninus Can. } | 1591 |
| Iulius eius frater } | 1591 |
| Laurentius conſangu. } | 1591 |



Digitized by Google

*Ioannes Pinadellus Equ.* 1592
*Eraſmus Fuſcus Archidiac.* 1792
*Camillus de Cumo* 1601
*Laurentius*
*Laurentius Michelinus* 1601
*Ioannes Sempronius* 1601
*Iacobus Anton. à Ragatio* 1603
*Fabricius in coll.* 1604
*Bartholus frater Iacobi ant.* 1608
Georg. Pil. *Nicolaus Stellinus* 1603
*Io. Baptiſta Baſſaninus.* 1605
*Simon Vrſius* 1608
*Presbyter Io. Bapt. Pontinus* 1609
*Io. Baptiſta Citius.* 1609
*Parentianus Ramentianus* 1613
*Io. Franciſcus Gurianus*
*Ex aliis famil. Doctores prædef quas in eorum catal. infra collegi. Georgius Pilumnus in Hyſtoria ſua Bellunenſi recenſet 16. legũ Doctores Tarviſinos Vicarios Belluni ab anno. ſ. 1260. ad annum 1592.*

# MEDICIS AEQVE, AC PHILOSOPHIS TARVISINIS in Domino Quieſcentibus.

## BARTHOLOMÆI BVRCHELATI EIVS ORDINIS VIRI APOSTROPHÆ.

MAgnum illum Medicum, qui de cælis in terras venit, ad magnum ægrotum illum in hac valle miſeriarum ſe ſe malè torquentem, miſericorditer medicandum; Vos optimi medici, ac phyſici ſagitate, depoſcite, atque exorate: non vt opes illas adeo à cunctis propemodum conquiſitas, pro medicina mea facta, & facienda mihi in dies vberiùs largiatur, aſt, vt curandi gratiam, bene inquam curandi, citò ſcilicet, tutò, & iucundè, curæ meæ ægrotantes traditos, meæq; diligentiæ, ac experientiæ commendatos, ego aſſequar excupitam; nedum ne videar in hac diuina arte fuiſſe, aut ignarus, aut ocioſus: ſed potiùs, vt tam magnum exercens officium dilectionis proximi, ac pietatis, aliquod meritum conſequi valeam apud Deum: quod equidem tametſi ad futuram gloriam condignum haudquaquam iudico, dignum fiet; ſi precibus veſtris, iugiterq; expoſitis interceſſionibus pro nobis ab æternalibus portis, ab vnguibus inquam Sathanæ redimendis, Chriſti Domini paſſionis merita mihi conceſſum fuerit impetrare.

Tar-

Digitized by Google

## *Tantummodo ad Philoſophos Apoſtrophe.*

VOs autem Philoſophos quo magis proprio, ſeu grandiori nomine compellem, neſcio: quòd ſi ſapientiæ amatores dixero, petam principium, idem referens duntaxat latino, quod prius græco ſermone prolatum eſt: atqui ſcientiæ, ac ſapientię amatores eſtis quare & ſapientes, & prudentes, & Magi: vt ſophiſtæ deſtitutum nomen relinquam: imò primæ ſapientiæ magiſtri, ac prothomagiſtri; quippe qui vos tales ſæculo continuè præmonſtraſtis, exhibuiſtis, probaſtis, nulla ſanè animi elatione, aut faſtu: nullam aucupantes auram popularem, ſed tantummodo vobis ipſis, ac Deo in primis, ſtudentes, feruētes, ſatagentes, iuxta ſummi illius Philoſophi Boetij Seuerini philoſophiæ Conſolatoris ſententiam, dicentis, *Boet.* ſapiens bonum ſuum non populari rumore, ſed conſcientiæ veritate metitur: nec minus Senecę aſſerentis poſt multa, tum feceſſeris, nō *Sen.* eſt hoc agendum, vt de te homines loquantur, ſed vt ipſe tecum loquaris; dicere ſolebat Cicero, Qui cæteris rebus pro nihilo habitis *Cic.* rerum naturam ſtudioſè intuentur, & ſapientiæ ſtudioſi, & philoſophi habentur, viuunt, viuunt inquam ſibi ipſis duntaxat, ac Deo, veri Philoſophi, veræ ſcientiæ, ac ſapientiæ amantes, & ſanctitatis. Vos propterea iamdudum Deo ipſi famulantes in cęlis, credo, illibiſq; infallibilis ſapientiæ cupidi ſemper, ac ſtudioſi, inceſſabili cōtemplatione, perpetue meditatione gaudetis, & perfruimini: Rogo Vos, Viri maximi, ſancti homines, excellentes animæ, pro me, indigno licet, philoſopho etiam exorate, vt, vana huius mundi aura prętermiſſa, quam vulgares homines tanti facimus, ego nulli alij rei ſtudeam, quam ſcire veram ſciētiam, ac ſanctius operari: vt inquam nihil apud me magis reperiatur in votis, quàm bene agere, Deo ſeruire, atq; animæ meæ adipiſcendæ omnem meam nauare me operam, ac induſtriam: vt, inquam iterum, rumores mundi, mūdanam gloriam, glorioſum nomen in terris fugiam; ne, cum nihil propemodum cōdigni faciam gloria, gloriam illam expiſcari videar, quę veris ſapientibus, nullo alio ſtudio laborantibus, quàm res per cauſas cognoſcere, debetur, ſuumq; recognoſcere creatorem, tametſi de illa aſſequenda nunquam forſitan cogitaſſent: minùs aūt ad illā ſibi parandam in terris anhelauiſſent. tandem cum Flacco dicam,

*Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor.* *Hor.*

Hoc votum meum, cuius vt ego philoſophus compos fiam, Vos, ſummi Philoſophi, magis, magiſq; precor, efflagitate.



Digitized by Google

Vnicum hic ponam libens philoſophicum æquè, ac poeticum opus de primordijs rerum ad manus delapſum meas, dum in ſcriptis D. Mauri mox defuncti aliud quæritarem: Auguſti. ſ. Actionij Aduogarij, Nob. Tar. Viri perilluſtris: poſtmodum ad Philoſophorum, medicorumq; memorias recenſendas calamum reuocabo.

*Incluſam Iliadem nuce non mirabere, quando*
*Chartula, & immenſi PRIMORDIA continet ORBIS*

---

RERVM PRIMARVM DESCRIPTIO.

*EST LOCVS, aſpectu MVNDVM dixère priores.*
*Magnus, ab immenſo qui circumcluditur orbe:*
*HVNC habitant DIVI, & DIVORVM terga colentes.*
*Emicat, & Solium primus CYLLENIVS ambit.*
*Alma VENVS ſequitur, DIVVMQ; HOMINVMQ; voluptas.*
*Hos infra duplici curſu BERECYNTHIA mater*
*Quadriiugum deſert bicolor MORTALIBVS annum,*
*Aurea menſe nouans hanc luſtrat cornua PHOEBE.*
*Exteriora ferox MARS circumuoluitur orbe,*
*Quem cohibet læta percurrens IVPITER aura:*
*Vltimus hos circum ſegnis SATVRNVS oberrat.*
*EXTRARVM ſeries ERRANTIA SIDERA claudit.*
*SAXVM informe, ingens TERRA eſt, faſtigia montes,*
*SAXA minora cauis: centro, quo quæq; trahuntur*
*Pondera vi ſimilis, TELLVRIS maxima tergo:*
*Et vario MOTV, & per COELVM, atq; intima TERRÆ*
*Miteſcens, vt res tot alat circumfluus HVMOR,*
*Laxata TELLVRE SALIS dum refluit ÆSTVS,*
*Cum cobit, aut Thalamo auerſa eſt vaga CYNTHIA Solis.*
*AXES, ASTRA, POLIQ; regunt, vt ſemper eodem*
*Ordine ſe ſpectent, MOTVQ; ferantur eodem.*
*MORTALESQ; ferant, at quæ compage ſoluta*
*Longius ASTRA manent, proprium ſeruantq; tenorem;*
*Axis MAGNETIS talis defertur ad AXEM*
*TERRÆ, & ſectura declinat ſemper eadem.*
*Cernimus hos omnes ſua alant Mortalia, & vltra*
*Innumeri immenſum quales ſiue per Aera DIVI,*
*Qui Lex, quiue DVCES, videat, qui cuncta gubernat.*
*In medio reſidens complectitur omnia PHOEBVS*
*Sceptra tenet, Solioq; micans REX magnus ab alto*
*MOTVSQ; & RERVM cauſas moderatur, & æquat.*

Et quà concurrunt torpentia corpora luſtrans
TELLVS, HVMOR, & AER agit, tepidiſq; rigorem
Diſſoluens radijs, amplis de corpore toto
SPIRITIBVS motis, vnde ad conuexa ferantur
Tot RERVM facies; genitalia ſemina miſcet
IGNEVS, & VITAM inſpirat Mortalibus almam,
Qui radians ſi forte caput ſacrumq; THIARAM
(FATA vices rerum ut voluant, atq; omnia miſcent)
Deſerat ignis edax, moli aut langueſcat inerti,
Et vis immenſa Lucis collecta per orbem
Vitalem ſpargens IGNEM, labefacta fatiſcat.
CVM penitus totum contages carpſerit orbem.
Et magna MENTI viſum noua condere SECLA:
Ex templo TERRAM, ac PONTVM, COELVMQ; profundum,
Quaq; ſubilluſtrant lucentia SIDERA noctem
Inuadunt, SICCVMQ; GELV, TACITAEQ; TENEBRAE,
Et tenet alta QVIES, ſoluuntur FRIGORE MIXTA,
Quodq; prius fuerat LETHEIS tergitur vndis.
Et viduo deſerta thoro NATVRA quieſcit
FLAMMINIS extincti, Donec nouus emicet IGNIS
Fulmineos torquens RADIOS, rapideq; globatus
Ardenti totum colluſtret turbine MVNDVM,
Et circumnectos vocet ad Magnalia DIVOS,
Magna diuturnæ ſi MENS perteſa QVIETIS.
TVM MOTVS RERVM varios, PARTVSQ;, Viceſq;
Spiritibus commota nouis NATVRA reſumit,
Seminijs tum Putre SOLVM tumet vndiq; primis,
Perpetuaq; VENVS SERIE MORTALE propagat
Fortius infirmo concretum CORPVS alendum.
Et qua cauda pigra Cynoſura ſurgit ab vndis,
Nudus HOMO tepidis diuum caput exerit aruis,
Percurritq; orbem (tantum SOLERTIA præſtat)
Et TERRIS latè imperitat, Rerumq; potitur,
Et maiora audens ſpectat MORTALIS OLIMPVM,
Impatienſq; HOMINVM affectat ſortemq; DEORVM.
Tum vero infelix nimis audax dulce ſciendi
Dum carpit Pomum, Ramus quod non tulit AVREVS,
ANGVEM ſentit atrum, furtim qui cuncta veneno
Deuaſtat, ſuadetq; malum Mortalibus ægris,

Quod

Digitized by Google

Quod non euadunt Iuſti, niſi MORTE redempti.
Hinc noua iam NOVVS oſtentat MORTALIA MVNDVS,
Miſturæ vt varia, varijs fungentia FORMIS:
Et mutata ſuas facies fœcunda NOVARVM
MATERIES, tenues partes tria corpora præbent,
SOL FORMAM, ingentem dum vi nox humida mulcet,
Obliquusq; vices variat dum circulus, augent
ASTRAQ; dum MOTV. Obſtat ineluctabile FATVM,
Et FORTVNA potens rebus contraria miſcet
Et magnos videns auſus MORTALIBVS æquat,
Nutantesq; premit miſeros inſana HOMINVM MENS,
Infelix premitur ſed odore inſanius auri.
Dirius inde omen quam ſi quandoq; reuulſis
Cardinibus MVNDI concurrant ſidera, vel ſi
Quaſſa ruat TELLVS, rapidumq; ſuperluat ÆQVOR,
Vt nunc ſiſtatur ſpectans PHAETONTA cadentem,
Aut vis SPIRITVVM euertat conuexa dehiſcens
Et mirata ſuos flectat BERECINTIA curſus:
Pristina nam ſubito redit ad ſua munera MVNDVS,
SOLQ; ſuis TERRAM radijs ſiccatq; fouetq;,
Et placidus campos viuentibus irrigat imber,
Montigenæ & trepidi vacua ad campeſtria migrant,
NVMINIBVS patrijs ſolemnia liba ferentes,
Atque iterum extinctis ſuccedunt artibus artes:
Et dura inuadunt mortalia pectora curæ:
Eluuiem interea rerum NATVRA ſuarum
Conſcia retractans, æquum ſuperantia purgat:
Et, quæ ferre poteſt auget, ſuperflua tollit:
Gramina paſcuntur, ſyluæ caduntur opacæ,
Carniuoræq; feræ numeroſa animalia carpunt:
Vnus homo rerum domitor ferro ſibi ſæuus
Rareſcit proprio, luxuq; fameq; lueq;,
Et TERRAS CÆLVMQ; potens diſcordia miſcet:
Hic ordo, hæ q; vices, atque hæc PRIMORDIA RERVM
Humanos ſuperant captus, Menteſq; fatigant;
At DEVS immenſi Rector Rerumq; MAGISTER,
Qui MARE, qui TERRAS, qui COELVM NVMINE complet,
Nec dictu facilis, ſenſu aut tractabilis vlli:
Nec, niſi quærenti per tot miranda, videndus,

[illegible]

Digitized by Google

*Omnia proſpiciens NATVRAM aſsiſtere mandat,*
*FATA Regant, FORTVNA vices MORTALIBVS æquet,*
*RELIGIONE regit tum corda tenacia RECTI,*
*LEGE, & QVÆSITORE malos, PATER omnibus idem,*
*Immunesq; animos HOMINVM ad maiora reſeruat,*
*Æterna vt RERVM ſeries ſeruetur in vnguem.*
*Hactenus hæc dicta ex animo, dictante furore,*
*Vltra HOMINVM ſortem quaſi præludia rerum.*
*Exponet meliora ſciens, propioraq; vero*
*Sublimem paſcant ſublimi NECTARE MENTEM.*
*Quodq; pij VATES ſanxêre ante omnia præſtet.*

---

*Si quando immenſæ meditor moderamina MOLIS,*
*Et numeris TERRAM metior, atq; POLVM:*
*Exiguus latè amplector, totumq; pererro,*
*Et Diuum fælix perfruor AMBROSIA,*
*At quum FATA meis penitus conatibus obſtant,*
*Mens ruit, & manibus irrita cœpta cadunt.*
*Sors HOMINVM infælix animos haud viribus æquans,*
*Multum hæc iuncta gerunt, nil ſeparata valent.*

## Phyſicorum memoriæ, ac monumenta.

*Ad D. Petri Templum Cathedrale extra portam Orientalem ad arcum muro affixam vetuſtam nimis.*

SEPVLTVRA MAGISTRI ALBERTI
PHYSICI DE TARVISIO.

---

*In ſacello B. Henrici, aliàs S. Ioſeph ſepulchrum.*

D. O. M.
LAVRENTIVS DOCTVS MEDICVS
ORNAMENTIS MILITARIBVS INSIGNITVS
HVMANÆ CONDITIONIS NON IMMEMOR
SIBI, LIBERALI I. C.
AC HELISABETHÆ CARISSIMÆ CONIVGI, AC POST.
V. F.

---

*In porticu ad leones.*

HIC IACET IN TVMVLO ARTIVM MEDICINÆ ORDINE
FVLGENS DOCTOR MATTHÆVS SEPTIMVS. QVI DONEC
VIXIT NON TANTVM MEDICINA VALET, QVANTVMQ; DIETA.

Aca-

Digitized by Google

*A capite porrò huius ſarcophagi extat Petra alia cum Sc utica (inſigne ſcholæ verberatorum) ſuper inciſa infra huiuſmodi characteres.*

SER DIODA'  DA SETTIMO

Qui quidem Deodatus fraternitati huic S. Mariæ Batt. magni Hoſpit. reliquit ſua omnia bona, & quidem plurima, ad alendos Paup. & inſuper ad impẽſas arduas ſtudentib. ſcholarib. ſuggerẽdas.

---

*Ab hoc non longè.*

DIVI CÆSARIS FEDERICI PHYSICVS.
HIER. VR. LVSA.
DOCTOR, MILES, COMES, PO. Q.

---

*Ad D. Nicolai T. circinatum marm. ante Altare priuileg.*

EX LEGAT. D. CATHE. ET D. IO. ANDR. PHY. NEP. DE VRSI. ALTA.
ET SEPVL. VINCENT. BOLOG. HÆR. PATER F. C. MDLV.

---

*Reuertor ad T. epiſcopale. in arca nob. antiqua valde.*

SEP. DOMINÆ CATHERINÆ
QVONDAM MAGISTRI SONCINI DE LAVDE
DOCTORIS MEDICINÆ, ET SVORVM HÆREDVM.

---

Io. Chriſtophori Feleti artium Doct. mem. vidiſti inter canon.

---

*Marmor venuſtum in poſtrema baſilica, vbi ex marmore omnia.*

LIBERALIS SOVRENICVS ART. AC MED. DOC.
MVLTO ORBE VARIIS SVB AVSPICIIS, TERRA, MARIQ; PERAGRA-
TO DIV PROTHOPHYSICVS, CONSILIARIVSQ; CÆS. AC APOST.
PROTHONOT. SENIO CONFECTVS VALLEOLETI CASTELLÆ
III. KAL. IVLIAS DIEM OBIIT. MDXXVII.
ANIMÆ VERO SVÆ MEMOR HOC IN SACELLO INCOMPTO, ARA
MARMOREA, CÆTEROQ; CVLTV PATRIÆ DECORATO SACRIFI-
CIVM DIETIM, PERPETVOQVE HORA QVARTA ANNVO REDDITV
ASSIGNATO CELEBRARI MANDAVIT.
PETRVS HÆRES EX FRATRE NEPOS ET PARENDO, ET PATRONA
IVM OBTINENDO HAVD PARCVS ABSOLVIT.
V. IDVS SEXTILIS. MDXXXII.

In

*In marmore autem humi ante aram fracto.*

**D. O. M.**

PETRVS SOVERNICVS
FRANCISCI PATRIS, SVORVMQ; MAIORVM OSSA
E' VETVSTO FAMILIÆ SARCOPHAGO ABLATA,
IN HOC SIBI, POSTERISQ; CONDITO REPOSVIT.
V. IDVS SEXTILIS MDXXXII.

---

Infra Canonica. Epigramma Hieronymi ſcalæ gymnaſiarchæ pro Hadriano Agolanto Medico, Nobiliq; Tar. ibi inter conſanguineos tumulato.

*Fata Virum ingenijs ſcirent ſi ignoſcere ſummis:*
*Fallere neſcirent ſi pia vota hominum:*
*Viuus adhuc, AGOLANTE, ornares, optime Terras*
*Artibus ingenij, luminibusq; tui.*
*Nec deſyderio languens te quæreret orbis:*
*Amiſſam nec opem fleret Apollineam.*

---

*Adhuc infra Canonica in facie ad aliud latus.*

*PROAVIS PARENT. SIBIQ; ET POST. SEPVLCH. INSTAVR.*
*IOANN. QVINTVS PHYS. TRIVISANI F.*
*MDLXXXVIII.*

---

Ibi ſub mortis ſpecie ſtat ſcriptum, ÆQVA, ſub ægritudinis, INIQVA.

---

Tadæi Bononij phyſ. & poetæ mem. cernes inter poet.

*Infra aulam B. Rochi.*

ECQVEM NON MISERET CASVS IVLII ROVERII PHYSICI, Qui Iouiali, atq; hilari vultu cuncta perficiens, vt beneficia egentib. impertiret, neq; induſtriæ, Neq; ſtudio, neq; peregrinationi pepercit vnquam? HIC BONAR. Art. nimis Guarus, & Deſtillationis, & Fuſoriæ pluſquam peritus iuuit ſemper: neq. dum Propterea de ſtipe quicquam detraxit: quinimo rem auxit, & PAVLVM FIL. VN. ſibi hær. bonæ ſortis inſtituit: Quo abſq. liberis occumbente COLLEGIVM MEDICORVM Taruiſij ſibi aſciuit hæredem: Vt ſingulis eor. Filiab. Nubentib. Mille aureos in perpetuum erogaret. Quadragenarius obijt, Faxit DEVS, vt in Pace Æternum Quieſcat.



Digitized by Google

Barthol. Burchelatus phyſ. amiciſſimo ſuo in vlnis proprijs expiranti Amoris Monum. hoc ex marmore deſtinauit.

Anno Sal. N. M DXCVIII.

---

In huius Excell. Viri atrio, illo iubente (quæ erat animi magnitudo) efformata eſt, ex teſtis quippe, ac lapide lateritio, Bellona Dea proprijs armis omnibus valde inſtructa, ad amuſſim compoſita, & læuigata, altitudinis in duplo communis hominis, a vertice, imò à caſſide, ad imos talos admirabiliter effigiata. ſtat autem ſuper quadrato marmore bipedali, in cuius ſuppedanei fronte litteris maioribus eſt, deſcriptum.

*Ex Virg.*

PALLAS,
QVAS CONDIDIT ARCES,
IPSA COLAT.

Hinc inde picturæ nobiles: ſuperiùs autem ad arcendam temporis iniuriam, eminet tectum plumbo ſuperinſtrato.

---

*Ad Diuæ Mariæ Maioris T.*

D. O. M.

ALOYSIO FEDERICIO PHILOS. AC
MEDICO PRÆSTANTISS.

QVI ORBE DIV Peragrato Medicam artem profeſſus, vbiq; ac ſemper ſe præſtitit admirandum. RAGVSII præſertim per annos plurimos: Venetijs deinde, tum Taruiſij ſui: prȩterea Vtini Prothomed. ac demum in Ciuitate Belluni: vbi ſeptuagenarius in nuptæ filiæ Vnicæ gremio Vitam deſtituit: in Generi aut. Barth. Cauaſſici manib. cũ Filia, et Nepte ex ea fortunas omnes: Quinet. ſcripta: Quæ ò vtinam noſtro ſæculo publicentur: vt Medicinam vniuerſam cum philoſophia expoſitam, ac coniunctam ſummo artificio, ſubtiliq; indagine, cum ſumma illius gloria, ſtudioſorumq; oblectamento, ac vtili aliquando videamus.

Barthol. Burch. philoſ. perinde, ac Medicus Tar. ſtudior. conſortum & labor. quandoque particeps, Teſtimonium verit. perhibens Hoc in antiquioris Amici gratiam Monum. conſtruxit.

Anno Sal. Noſt. MDXCVI.

---

Noſtri met qualeſcumq; memorias ex marmore videbis paſſim:



Digitized by Google

præcipuè tamen in hoc Templo inter Ciues: habito Auctorum meorum, ortus mei ipſius, filiorumq; defunctorum, tum relinquendorum reſpectu

*Ad D. Nicolai ante aram DD. Petri Mart. & Raymun.*

SEPVLTVRA NOBILIS, ET EGREGII ARTIVM, ET MEDICINÆ DOCTORIS DOMINI MAGISTRI IOANNIS DE SERRAVALLO PHYSICI, ET SVORVM HÆREDVM.
QVI OBIIT ANNO DOMINI MCCCCXXXVIII.

*Vltra medium in pariete ſurſum auratum marmor.*

FRANCISCO A LIGNAMINE PHYSICO
INTRA CORPVS, VT EXTRA, VIVENTI,
HABITATIO NON ÆTERNA.
FRANCISCINA VXORE, ET IOSEPHO FILIO PROCVR.
H. M. H. S.

Et ne quis vnquam ſuſpicaretur eundemmet fuiſſe Franciſcum Lignamineum Patauinum, virum itidem ſapiētiſſimum: de quo in Epitaphio Romæ poſito in Templo Sanctæ Mariæ Nouæ, qui & Ferrariæ, & Feltri, Belluniq; Antiſtes præfuit, nempe,

*Franciſco extincto Patauino Antiſtite Feltri,*
*Et quondam moeſta Præſule Ferrariæ:*
*Extinctum humano eſt, quantum virtutis in vno.*
*Corpore non totus orbis habere queat. &c.*

Sciat hunc vita functum Romæ anno 1462. vt notat Scardeonius. Noſtratem vero Lignamineū poſt annum 1520. hic Taruiſij, vt legitur & monſtrant inſignia, tumulatum.

Porro & illius ſtipitis proculdubio fuerunt viri illi eximij, de quib. in hoc Epitaphio Venetijs poſito infra ædes Sanctorum gem. Ioannis & Pauli, ad Templi medium. ſcilicet.

CHRISTOPHORO a Lignamine Patauino Petri & Io. Baptiſtæ eius filio optimis philoſophis, & nobiliſſ. Medicis: ac Donato ſtāpe Veneto Viro integerr. Sybilla à Lignamine filia, ſoror, & vx. breui temporis ſpacio tot claris orbata luminibus, ſibique.
H. M. P. MDLXVIII. Cal. Apr.

*In clauſtri initio marmor elegans.*

BARTHOLOMÆO NIGRO MEDICO AMBROSIVS GAZA MEDICVS, ÆQVE, AC FILIVS PATRI. MDXVI.



Digitized by Google

*Fata Coronides fertur ſuperaſſe medendo:*
*Fecit & id noſtro tempore ſæpe NIGER.*

PEREGRINO TONSORE PROCVRANTE.

---

*In fine Templi ad muros cum effigie, & parergis plur.*

D.D. N.N. A.

MATTHAEO FINEO TARV. PHILOS. AC MED. PRAESTANTISS. LITTER. AC SCIENTIAR. OMNIVM PERITISS. BONOR. STVDIOS. Q; AMICISS. CLARISS. VIRTVTIB. INSIGNI FINEAE FAMIL. POST VINCENT. EXCID. RESTAVRAT. IACOB. FIL. ART. ET MED. DOC. PAT. OPT. AC HVMANISS. MEM. ET AMPLITVD. CAVSSA.

Transli

---

*Penes aram illuſtrem ſanctiſſ. Roſ. eſt hoc philoſ. marmor.*

G. CVRTIVS NASCINBENIVS M. F.
MIHI VX. Q; DIL. P. FONTANAE G. F. POST. Q; NN.
H. M. P. C.
ILLEGITIME CONCEPTVS NE INFERTOR.

---

Non grauabor huc conferre Epitaphium pariter, ac Elogium, quæ in honorem percelebris huius philoſophi tunc exaraui, cum funebria illa in eius mortem carmina varia typis excudebantur.

---

GASPARI CVRTIO NASCINBENIO VIRO DOCTISS. ATQ; OPT.
PAVLA VXOR, GASPARIS FONT. C. T. FILIA VNICA,
GASPAR COMMVNIS FIL.
GASPARA NEPTIS VN. EX VN. FILIA MOESTISS. PP.

---

*Iſtud autem eſt Elogium:*

HEVS TV.

HIC GASPARIS CVRTII NASCIMBONII CONDVNTVR CINERES.
SISTE GRADVM. PENSICVLA. PARVM MORARE.
IS VNVS LIBERALIVM ARTIVM PERINDE, AC VTRIVSQ; IVRIS PERITVS PRAETER LATINAE, ATQ; ITALAE POLITIORIS LINGVAE DOMINIVM, ET GRAECAM, ET GALLICAM, ET HISPANICAM DIVTIVS PERAGRANS ADEPTVS, ILLAR. NOTAS APPRIME NOTAS NVMERIS ADMODVM VARIIS DOCTISSIME COMPONENDO

FVTVRIS

FVTVRIS NON MINVS, QVAM PRAESENTIBVS SAECVLIS PERSPICA-
CISSIMI INGENII MONVMENTA SPLENDIDIVS. DESTINAVIT.
ACADEMIA CONSPIRANTIVM
ELEVATO EIVS TANTO ALVMNO, QVIN TANTO PATRI.
TER INSPERSA MOLA IAM VADE, ET VALE.

---

*In vicinia D. Nicolai ad ædes marmor inſigne.*

IACOBVS ANTON. BENALIVS MEDICVS HAS AEDICVLAS EXTRV-
XIT, CLOACAM RESTITVIT, PROCVRAVITQ; NE MERETRICES, LAE
NAEQ. P. IN VICIS D. NICOLAI DEGANT.
PRAETORIO DECRETO AFFIRMANT. REIP. VENET. SYNDICIS LOCIS
SALVBRIORIB. HONESTIORIBVSQVE REDDITIS.
M. P.
M. D. XL. IX.

---

Huic celebri Viro hoc fecerat Epitaph. Fr. Varagus eius coet. Quod videre eſt in eius carminum libro ſecundo.

*Huic viuo meliora dedit, quæ munera phœbus*
*Vatibus, & Medicis donat habere ſuis.*
*Congrua quinetiam cognomina: nam BENE ALEBAT*
*Corpora, læta canens, & male ſana Medens.*

---

*Ad D. Franciſci quaſi prope aram B. Rochi.*

*Aſtrorum curſu, Medica clariſſimus arte*
*Hic Zanfranciſcus gloria prima Domus.*
H. M. H. S.

---

Credo hunc fuiſſe Io. Franc. à Camello phyſ. anni 1430.

---

*Penès ſacrarium in ſtrato marm. vbi exciſus Med. circiter.*

HIC IACET CIRCVMSPECTVS VIR MAGISTER BONAC-
CVRSIVS DE ASYLO ARTIVM MEDICINAE DOCTOR
FILIVS SER FRANC. DE ASYLO.
OBIIT ENIM IN MCCCLXXXVIII. DIE XV. OCTOBRIS.

---

Infra clauſtrum noſtri Med. qualiſcumq; memoria: quæ ſupra int. Nob.

Iſtud

Digitized by Google

*Iſtud præterea in marmore inibi exciſum eſt.*

BVRCHELATOR ANNIV. inſtitutū Anno Dom. MDLXXXV. Hic proſequuntor in perp. R. P. Franc. Vbi Doctor ipſe, ex Franciſcinæ Mart. Nob. Tar. Matert. Rogatu, iuxta Luciæ iſtr. Huius Sor. eius aut. Socr. ex Ragan. oſſa Duos Marcant. Fil. Tumulauit. Poſit. MDCXIII.

---

*Ad Io. Antonij oliuæ phyſici tumbam Elogium repon.*

IO. ANT. OLIVIO
BONONIÆ MEDICINÆ STVDENTIVM RECTORI : TVM DOCTORI, PRAELECTORIQVE PVB. AC MEDICO LONGI TEMP. IN PATRIAM REVERSO LIBRIS MMM. STIPATO, QVOS OMN. LEGERAT: SENIO, AC LABORIB. CONFECTO EXPIRANTI. BARTH. BVRCH. PHYS. EIVS ASSECLA DE SE B. M. HOC MON. CONST. ANNO DOM. MDXIIXC.

---

Viuit Rauagninus ol. Iuriſconſ.

---

*Ad Vindeliorum ſepult. infra cauæd. marmor in muro P.*

THEODORO ANGELVCIO PICOENO PHYSICO, CIVIQ; TAR. VIRO IN SVBLIMIORIB. SCIENTIIS SINGVLARI. HIC MONTANIANÆ PROTHOMED. MORITVR DEPLOR. HVC ADVEHITVR, ET INFRA CAROS AFFIN. VXORIOS NON SINE BONOR. OMN. FLETV COLLOCATVR.
OBIIT ANNO CHR. SAL. MDC.

---

*Ad radices aræ s. Ludouici: ſed & B. MARIAE V. & s. Io. Bapt. in qua & effigies ſimillima inſtitutori. ſepulchrum marm.*

DEO OPT. MAX.
ARAM HANC ERIGI IO. BAP. FONTANA CI. AC PHY. TAR. CLARISS. SEPVL. HOC SIBIQ; ET POSTERIS PONI, MAIORVMQ; OSSA RECONDI IAC. ET AMBR. FIL. PIENT. CVRAR.
A. D. MDXCII. VIII. IDVS DECEMBRIS.

---

*Hoc ego illi breue Elogium antea deſtinaram.*

IO. BAPTISTÆ FONTANA ARCHIATRO
VIRTVTVM OMNIVM CVMVLATISS.

BAR-

Digitized by Google

BARTH. BVRCH. PHYS. OBSERVANTIAE ERGO, MON. POS.
PERPETVO' PRO ILLIVS MERITIS DVRATVR.

Cæterùm haud quaquàm diſſimulare, aut præterire valeo carmē Elegum, quod, iam quinquennio, compoſui, dum Ioan. Baptiſta ſupradicti Ambroſij Font. filius optimæ ſpei indutus habitum D. Frā ciſci de Paula, ex praelectione ſua, mortuus efferebatur ad tumulū.

*Vt te deſpectum mirer, Baptiſta, feretro,*
*Dum ferruginea ſyndone cinctus abis.*
*Et Patrem, Matremq; tuam diſcerpere pectus*
*Cerno, ſimul ſocios ſcindere, turpe, genas:*
*Clamo dolens: ergo moritur flos, candor, honeſtas?*
*Ergo iuuentutis profugit inde iubar?*
*Vix tua bis denos ætas cognouerat annos,*
*Indole, & ingenio viſa viri illa tamen.*
*Atq; diem extremam nouit: qua crebra puella*
*Connubia expectans candida fleuit amans.*
*Ah hominum ſors dura nimis; ſeu lumina claudant*
*Quàm citò, ſeu longum ſtamina Parca neat;*
*Quippe ſalutato pereunt vix limine vitæ:*
*Vel ſibi carorum mortibus vſq; gemunt;*
*Quippe cadunt propriæ iuuenis ſpes: ſiue Parentum*
*Spes pereunt cunctæ filio agente animam.*
*Quæ nam, quæſo, mei fuerat ſpes plurima Nati*
*Baptiſtæ ingenuis artibus vſq; Viri?*
*Quænam, quæſo, ſui & fuerat ſpes plurima Nati?*
*Annos cui totidem cernere non licuit;*
*Improuiſa ſimul ſpectes exterret vtrumq;*
*Mortis, & vſuram linquere lucis agit.*
*Sic tibi Baptiſtæ Fontana, dum pater adſtat,*
*Et ſtudij medio te cupit eſſe virum,*
*Contigit vſuram lucis deperdere noſtræ:*
*Et loculo, & tumulo condier inde breui.*
*Solamen nullum video matriſq; patriſq;,*
*Quin & amicorum, Pegaſidumq; ſimul.*
*Namq; & ijs etiam labi breuioribus annis* Hor.
*Continget: ſeſe iungiet atq; ſibi.*
*Seriùs, aut citiùs quoniam properamus ad vnam*

Sedem?

Digitized by Google

*Sedem, mors nullum linquit auara caput.*
*Siue bibo, aut comedo: ludam, ſeu ſeria tractem:*
*Sentio quam certo mors venit atra pede.*
*Tranſitus hic cunctis patet: haec via peruia cunctis;*
*Regibus, & populis: Vatibus, & fatuis.*
*Dum ſcribo, en morior: moriendi deniq; finem*
*Imponam, finis dum venit ille meus.*
*Quem gemis, Ambroſi, Natus te expectat euntem:*
*Tuq; Vnus ſecum, quam breue, puluis eris.*
*Heu heu, quid reſtat miſeris mortalibus ergo?*
*Quid facient qui tam breuis hic homines?*
*Certe aliquid: nam natus homo, ut ſcriptum eſt, ad agendum*
*Corpori hic, atq; animae ſeruiet, atq; Deo.*
*Quippe Deo in primis, cum venerit vltima finis,*
*Vt nos ſuſcipiat gratis in arte Poli*

---

*Ad Diua Margarita. Ad aram Viſitationis.*

PIÆ DEVOTIONIS MONVMENTO POSVIT
HIER. MEDVLVS PHYSICVS.

---

Huius autem terreſtrem ibi mem. vidiſti inter Nobilium, veluti Franc. Mutoni phyſici legiſti quando Equitum memorias.

---

*Ferme in Templo medio.*

NICOLAO FREGONAE G. F. NOB. ET OPT. V.
CATHERINA SOROR INSTIT.
ET IACOBVS VONICA PHYS. AMITINVS SVBST. HAERES
F. C. M. D. XXXV.

---

*Anterius vltra medium ad laeuam.*

SEPVLCHRVM D. FRANCISCI DE CAMPIS.
AVCTORIBVS SPECTABILE D. PETRO PHYSICO, ET SP. LL.
DOCT. D. RODOMONTE, ET D. LIBERALI FILIIS.

---

Ad Diuę Catherinae.

*Marmor in gentili baſilica erectum altiùs valdenob.*

SPIRITVI SANCTO SACELLVM VETVSTATE COLLAPSVM
AVO PHILOSOPHO, ET MED. GENITORI FRATRIBVSQ;
IVRE;

Digitized by Google

IVRECOSS. HIC IN SPE RESVRRECTIONIS QVIESCENTIBVS, POSTERISQ; EORVM, ET SIBI SEPVLCHRVM DIRVTVM FRANCISCVS APROYNVS ART. ET MED. D. PIENTISSIME RESTITVIT. MDLXIII.

---

*Aliud pro Medico noſtrum.*

HOC AETERNVM OBSERVANTIAE, AC PIETATIS TESTIMON. ERGA FRANCISCVM APROYNVM VIRVM CLARISS. BARTHOLOMAEVS BVRCHELATVS PHYS. EIVS OPE INCOLVMIS, EIVSQ. OPERVM ADMIRATOR, PIE POSTEROS INVITANS MON. POS. ANNO CHR. MDLXXVI.

*Adhuc dignoſcitur id mon. vix legibile in ſepulchreto Templi oath.*

*SEP. SER Marchulini de Aproyno, & ſuorum hæredum.*

---

In Zucchelliorum iuxta hanc capella, Innocentij phyſ. monum.

*D'INNOCENZO ZVCHELLO qui ſi ſerra,*
*Fin, che al Ciel piaccia, l'innocente velo,*
*L'alto ſuo ſpirto ſpecolando il Cielo*
*Rapito in Ciel più non diſceſe in terra*

D. M. A.

LVDOVICO DE PONTE ALOYSII DOC. CHYR. F. VNICO, CIVITAR. PHILOSOPHO, ET IN VTRAQ; MED. FAC. VERSATISSIMO VIRO TAVRINI, VBI PVBLICE MAGNO STIPENDIO ADVECTVS PRAELEGEBAT, DEFVNCTO ANNO AB ORBE RED. MDIC. BARTH. BVRCH. PHYS. VTRIVSQ; AMORIS, ET MERITOR. MEMOR HOC SECVS PATRIS OSSA MON. STATVIT. NE SVBTRACTVS OCVLIS, MENTIB. ETIAM INDIGNIVS SVBTRAHATVR.

---

*Ad D. Maria Magdal. à dextris ingredien.*

BARTHOLOMÆO DE DAMIANIS PHILOSOPHO, ET MEDICO EXCELLENTISS. TRAIANVS CALCIA DOCTOR NEPOS, ET HÆRES MONVM. HOC DVM ALIVD SIBI MAGIS CONVENIENS CONSTRVATVR, MAXIMO CVM MOERORE, ET MOESTITIA F. C. VIXIT ANN. LXXIII. OBIIT AVT. XIII. CAL. AVG. ANNO MDLVIII.

*Hic rerum cauſas nouit, rapuitq; medendo*
*Semineces morti, ſe pia fama neci.*



Digitized by Google

*Ad iconã perilluſtrem infra ſacras ſtetit Montis Piet. ædes.*

BARTH. DAMIANI CELEBERR. PHYS. VIVAM IMAGINEM. QVÆ PIE IN DEVM, AC VIRGINEM SACRAM DEVOTIONIS AFFECTVM SIGNIFICET, AD PERPETVAM AVVNCVLI MEMORIAM SACRO HVIC LOCO DICAVIT, TRAIANVS CALCIA PHYS. TAR. NEPOS. MDXCIII.

---

*Poſtremò ad D. Magdalenæ tale excitatum eſt ex marmore Monumentum.*

TRAIANO CALCIA PHYS. AC MED. PERITISS.
GAST. SCHOLÆ SANCTISS. CORP. CHRISTI ECCL. CATHED.
EX IPSIVS TESTAM. COMMISS. POSS. AN. MDCVII.

---

Antonij de Fantis philoſ. ac med. dignum Elogium cernas inferius inter librorum Auctores.

*Itidem Iulij Gratiani verè philoſophi memoria inter poetas relata.*

Tumulus Medici ex P. Guirandi Tumulis mirabilis, maneat, quæſo, in hoc inſcriptionum medicorum calce.

*Saluete, Parcæ, quæ parcè vitam Medico neuiſtis,*
*Ne parcere videremini. Nimio plus iam vixerat.*
*Septuagenarium opportunè de vita deieciſtis,*
*Qui, ſi vixiſſet diutius, ſanitas mortalis prope*
*Immortalis fuiſſet. inuidebat ſcilicet manes*
*Inferis, Charonti naulum, Plutoni vmbras,*
*Libitinæ pompas, præficis planctus, polinctoribus*
*Vnctiones, veſpillonibus funera, ſandapilarijs feretra,*
*Deſignatoribus ordines, tibicinibus nænias.*
*Reddidiſtis ſingula ſingulis, omnibus omnia.*
*Nunc abeuntibus Medicis, febris exubreditura eſt,*
*Sanitas ægrotabit, iacebunt remedia, morbi in regno*
*Erunt, vitæ inuitæ morientur. Saluete iterum,*
*Parcæ, quæ ſaluum vultis neminem. Vobis de hoſte*
*Spolia opima referre licet, nec iam Feretrio, ſed*
*Feretro dedicare. Sentiant in poſterum Medici,*
*Qui morbos cum corporibus impunè occidunt, ſua*
*Corpora à morbis viciſſim occidi.*

Recca-

Recenſebo hic Medicos omnes, ac philoſophos collegij noſtri, ab eorum in illud ingreſſu, ex quo habetur regiſtrum in libro noſtro, cum & alij complures fuerint Taruiſij quoquo tempore medici, non tamen collegiati.

*Ioan. Carlo de Caſtello med. et Eques Federici imp. et eius Patris Herneſti Ducis Auſtriæ* 1411
*Ioannes de Serravallis* 1411
*Ioannes de Caronellis* 1412
*Franciſcus de Mutonib. Eques* 1413
*Bartholomæus de Arponibus* 1415
*Matthæus de Septimo* 1415
*Mag. Virgilius* 1415
*Mag. Sigiſmundus.* 1418
*Antonius de Bladino* 1418
*Marcus de Doctis* 1420
*Io. Victor de Caſtello* 1421
*Io. Franciſcus a Camello* 1430
*Nicolaus de Aproyno* 1440
*Petrus de Anoali* 1449
*Phylippus de Meliorinis* 1449
*Hieronymus de Vrſinico Equ.* 1454
*Antonius Bombenus de Alea* 1460
*Franciſcus de Lancenico.* 1460
*Bartholus de Merlengo* 1462
*Dominicus de Lancenico.* 1462
*Ioannes Sigiſmundus* 1463
*Hieronymus de Parentio* 1464
*Vendramus de Campreto* 1464
*Laurentius de Doctis* 1464
*Antonius de Medulo.* 1465
*Ioannes de Anoali* 1465
*Bernardinus de Bononia* 1470
*Bartholomæus de Rouico* 1471
*Ioannes de Coneglanis* 1473
*Antonius de Alano* 1474
*Pompeius à Tobaleis.* 1475
*Ioannes de Ceneta.* 1478
*Franciſcus de Campreto* 1490
*Hieronymus de Anoali* 1492
*Aloyſius de Caronellis* 1492
*Liberalis de Doctis* 1492
*Hieronymus de Vonico Aug. Equ. Fil.* 1492
*Hieron. Bombenus de Alea* 1493
*Hieronymus de Medulo* 1493
*Io. Andræas de Vrſinico* 1495
*Nicolaus Bellanſa* 1497
*Franciſcus Lignamineus* 1500
*Frāciſcus Bombenus de Alea* 1501
*Valerius Zucchellus* 1502
*Ambroſius de Gazis.* 1504
*Franciſcus de Lancenico* 1505
*Ioannes Sugana.* 1508
*Innocentius Zucchellus* 1510
*Ludouicus Zuccatus* 1512
*Hieronymus Oldouinus* 1512
*Iacobus Vonica.* 1512
*Antonius ab Eccleſia.* 1512
*Marcus Olduinus* 1515
*Bartholomæus de Damianis.* 1515
*Bartholomæus de Agolantib.* 1517
*Anton. Aloyſius Ruſciolinus* 1520
*Io. Maria Biſanus* 1523
*Iacobus Ant. de Benaleis* 1525
*Aloyſius Vonica* 1526
*Antonius de Anoali* 1527
*Ioannes de Fabris* 1529
*Aloyſius Nouellus* 1536
*Damianus de Damianis* 1536
*Hieronymus Vonica* 1537
*Franciſcus Aproynus* 1540



Digitized by Google

Ceſar de Adelmario 1542
Io. Franciſcus Bertonus 1542
Io. Baptiſta Fontana 1543
Io. Baptiſta Pizzolus 1547
Io. Antonius ab Olina 1548
Franciſcus Bonamicus. 1549
Balthaſſar Purchardus 1550
Matthæus Deſinus 1551
Aloyſius de Federicijs 1552
Aloyſius à Cornu 1553
Iulianus de Maroſtica 1557
Traianus Calcia 1557
Petrus de Campis 1558
Ioannes de Quinto 1561
Adrianus de Agolantibus 1562
Ludouicus de Balthaſſaris 1563
Io. Baptiſta Coſtanecchia. 1566
Franciſcus de Campreto. 1567
Ioſeph de Vulpago 1568
Hieronymus Aproynus. 1572
Balthaſſar de Lupis à Lilio. 1573

Ludouicus Gettus 1573
Antonius de Vonica canon. 1575
Bartholomæus Burchelatus 1576
Iacobus Caſtellanus 1576
Flaminius Vonica 1581
Iacobus Fineus 1583
Iulius Rouerius 1584
Aloyſius Bertonus 1592
Ioſeph Manzonus Philoſ. Archipreſb. Colon. 1593
Io. Franciſcus Arquatus phil. 1590. Medicus. 1595
Franciſcus de Quinto 1599
Gaſpar Delphynus. 1602
Aurelius Palazzolus Equ. 1602
Io. Bapt. Baſſaninus phil. 1603
Vincentius Vonica. 1603
Philippus de Sanctis. 1604
Ioannes Balthaſſarius 1606
Iulius de Cunio 1607
Paulus Aproynus Canon. 1608

## Symbolicæ Appendices.

*Aſtronomorum mem.*

Ad D. Franciſci T. ſepulchrum marm. ſub ſcamnis ſem.

*Aſtrorum curſu, medica clariſſimus arte.*
*Hic Zanfranciſcus gloria prima Domus.*

*Ex defectu deſcend. Liuio Falcono C. Tar. ſep. per Fratres conceſſum eſt.*

---

*Ibidem reponendum ad Templi med.*

VIATOR, PAVCA. EN TEMPLI MED. TENET IO. BOMBENIVS, QVI COELI MED. MENSVS, SPECVLATVSQVE ASTROR. CVRSVS, ASPECTVS, VIRESQVE GALLIAR. ET SABAVDIÆ POPVLIS, TOTI LATIO, PATRIÆ

Digitized by Google

TRIÆ DENIQVE, VEL TYPIS MEDIIS, DIVTIVS DEMONSTRAVIT. HIC CIVIS OPT. SCRIBAR. SENIOR PRÆSIDENS, GRATVS OMNIBVS SEXAGENARIO MAIOR VLTIMVM CLAVSIT DIEM: NEDVM VNICO FIL. SED ET PATRIÆ, ET VENETIÆ, ATQ; ADEO ITALIÆ, AC EVROPÆ RELICTO INGENTI DESYDERIO SVI. BARTH. BVRCH. CLINICVS COMPATRI SVO DVLCISS. H. M. P.
ANNO SAL. MDVIC. X. CAL. APR.
VADE, VALE, CAVE, MORTIS MEMOR.

---

*Scriba idem, & ſcribæ Nato veridicus Augur;*
*Sed non augurio potuit depellere peſtem.*

---

Ad hunc celebrem Virum, Marci Stichini tetraſtichon.

*BOMBENI, rerum cauſas, cælique meatus*
*Perquiris mira nobilis artis ope;*
*Si facis Aſtrorum vt magnus tibi ſeruiat ordo,*
*Quiſq; magis menti ſeruit in orbe tuæ.*

---

*Ad Diua Margarita.*

Franciſci Mutoni aſtron. mem. vide inter Equ. vbi præſertim.

*Philoſophus ſummus medicinæ ſyderis inſtar*
*Fulgor, & Aſtrorum rimator fulſit in orbe.*

Chyrurgicorum.

*Infra Templum cathedrale.*

AD MAPHÆI EX MAPHÆIS CHYRVRG. ET HÆREDVM CADAVERA INHVMANDA DELECTVS LOCVS.
ANNO A VIRG. PAR. MDL.

---

Viuit ferme octogenarius Io. Petrus Maphæi F. Chyrurgicæ facultatis Doctor; & adhuc operatur ſtrenuè.



Digitized by Google

*Ad Diuæ Mariæ maioris in cauædio ſub fornice.*

BARTHOLOMÆVS BERGOMENSIS CHYRVRGICVS
DOMINICÆ SVÆ VXORI DILECTÆ FF.
MDII. DIE XXIII. FEBR.

---

*Ad Diui Nicolai infra fores cœnobij marm.*

ALBERTVS SERRAVALLENSIS TONSOR ALEXANDRO, ET CECILIÆ
LIBERIS CARISS. ET SIBI, ET POSTERIS V. F. C.
M. D. IX. PRIMO MARTII.

---

*Ad D. Franciſci in extrema, & nunc externa capella.*

IO. PAVLI A CORNV DOCT. CHYRVRG. ADMOD. INSIGNIS:
COELIBATVS PORRO, ET CHRISTIANÆ CHARIT. VIRI PERPETVO
STVDIOSI HIC CLAVDVNTVR OSSA:
CLAVDENTE ILLO PROPTEREA, NEDVM HVIVS VITÆ, SED ET
EIVS HONESTÆ INTER CIV. TAR. FAMIL. POSTREMVM DIEM.
POSIT. ANNO DOM. MDXCV.

---

*Ad Diuæ Margaritæ ſub diſpluuiato.*

SEPVLTVRA MAGISTRI FRANCISCI DE MONTEBELLVNA
ARTIS CYROGIÆ PERITI, ET SVORVM HÆREDVM.

---

Ad D. Catherinæ. Aloyſij de Ponte D. chyr. & Lodouici vtriuſq; med. Doct. eius filij mem. vidiſti mox inter phyſ.

---

*Ad Diuæ Mariæ nouæ T.*

D. M.

ANNÆ MVLIERI HONESTISS. PVDICITIA, ALIISQ;
VIRTVTIBVS DECORATÆ
IN SILI MISERO CASV DEMERSÆ
IO. BAPTISTA CALVO CHYR. MARITVS LACHRYMIS IN ALTERVM
FERE FLVMEN CONVERSVS POSVIT.

---

*Ad Diui Stephani, ſub dio.*

SEP. D. ALPHONSI DE MEDIOLANO CHYR.

POE-

Digitized by Google

# POETIS, LIBRORVMQ; CVIVSVIS FACVLTATIS Auctoribus Taruiſinis præd.

## BARTHOLOMÆI BVRCHELATI PHYSICI APOSTROPHE.

HEus Poetæ, ſcriptores item quiqui celebres, & glorioſi: Heus patres litterarum, ac Senatores, Heus Muſarum, atq; adeo Apollinis corypheị an diſpudet fortaſſe ſapientiſſimas animas, ac elegantiſſimas ſupra cæli cardines ſpaciantes loquentem, ſeq; ipſas interim inuocãtem latinum hominem audire? aures, rogo, faciles exhibete, oratores vſquequaq; conſpicui: quorum opera illuſtria tandiu verſantur per ora, per manus hominum. *Mortalemq; vetant inuiſæ occumbere morti.*

Ecquis intelligere perhorreſcet me aliquando fore per amœniora eiuſmodi domicilia diuerſurum, & vobiſcum etiam perpetuis illis gaudijs identidem potiturum? porrigite dexteras, ó æterna politioris linguę decora, ac ornamenta, ò clariora Doctorum lumina, ò mei vnica præſidia litteraria, ſummum illum Apollinem, ſummum inquam Deum illuſtratorem, perluſtratoremq; mundi, & hominũ, diuinis veſtrùm hymnis, ac canticis recitatis, obſecro, deprecamini, vt ſancti luminis, ſacroſancti inquam numinis gratia perluſtratus, niſi illo digna, vobis ſaltem, quandoq; canam, vobiſq; dignus accedere aliquando factus, harmonia ſcilicet, numero, ac imitatione; infra cętum adeo generoſum aduolem tandem, mellifluis veſtrum colloquijs, ac orationibus in cælis etiam, & quidem perpetuò, fruiturus.

*Poetarum, Scriptorumq; Elogia Taruiſij conſtituta, &c.*

Venantius Honorius Fortunatus Taruiſinus, ex Valle inquam Duplabili, vulgò Dobladinis, Epiſcopus Pictauienſis, poeta valde celebris, floruit Longobardis regnantib. circa annum Chriſtianæ ſa-

lutis

Digitized by Google

Aimon. P. Crin. Trith. Plati. Pau. Diac.

ſalutis DLXX. De quo, ne alibi ortus credatur (vt quæ Aimonius de Geſtis Francorum, Petrus Crinitus de Poetis Latinis, Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, & Platina in Vita Ioannis Papæ IIII de illo longiùs ſcripſerint, prætercam) aliqua tantum hic referam ex Pauli Diaconi Foroiulienſis libro tertio de Longobardorum Hyſtoria, nempe. Denique hic, de quo loquimur, Fortunatus, natus quidem in loco, qui Duplabilis dicitur, fuit, qui locus haud longè a Cenetenſi caſtro, vel Taruiſina diſtat Ciuitate; ſed tamen Rauennæ nutritus, & doctus in arte grammatica, ſiue Rhetorica, ſiue etiam metrica clariſſimus extitit, &c. & poſt alia multa de Felice Epiſcopo Taruiſino amico eius, & ſocio, & de eius itineribus, proſequitur. Pictauis pertranſiens illic habitauit, & multoties ibidem ſanctorum geſta, partim proſa, partim metrali ratione, conſcripſit: nouiſſimè in eadem ciuitate primùm presbiter; deinde Epiſcopus ordinatus eſt, atq. in eodem loco digno tumulatus honore quieſcit. Hic B. Martini vitam quatuor libris heroico verſu intexuit, & multa alia, maximèq. hymnos ſingularum feſtiuitatum, & præcipuè ad ſingulos amicos verſiculos nulli poetarum ſecundus, ſuaui, & diſerto ſermone compoſuit; Ad cuius Ego tumulum, cum illuc Orationis gratia aduectasſem, hoc Epitaphium, rogatus ab Apro eiuſdem loci Abbate, ſcribendum contexui.

## Epitaphium Fortunati.

*Ingenio clarus, ſenſu celer, ore ſuauis:*
*Cuius dulce melos pagina multa canit.*
*FORTVNATVS apex Vatum, venerabilis actu,*
*Auſonia genitus hac tumulatur humo.*
*Huius ab ore ſacro Sanctorum geſta priorum*
*Diſcimus: hæc monſtrant carpere lucis iter.*
*Felix, quæ tantis decoratur Gallia gemmis,*
*Lumine de quarum nox ibi tetra fugit.*
*Hos modicos prompſi plebeio carmine verſus,*
*Ne tuus in populis, ſancte, lateret honos*
*Redde vicem miſero, ne iudice ſpernar ab æquo,*
*Ex nimijs meritis poſce beate pater.*

*Hæc paucis de tanto Viro, ne eius vitam ſui ciues funditus ignorent, delibauimus. adhuc Paulus.*

Cui

Digitized by Google

Cui quidem Venantio Honorio Fortunato noſtrati Ego Bartholomæus Burchelatus Tar. modò dirigo hoc Epitaphium.

*Vir FORTVNATVS, namque es VENATVS HONOREM,*
*Quin et adeptus eum, quem fero & ipſe libens.*
*Summe poeta, ſciens Rhetor, pie Epiſcope, ſalue,*
*Vt te agnoſco meum, me quoq; noſce tuum.*
*Ante Deum fundas pro me, rogo, ſancte, rogatus,*
*Vt tecum tandem cælica caſtra teram.*

---

Cæterùm audiatur idemmet Fortunatus libro quarto de ſancti Martini vita, verſus finem, vbi ſic ait ad librum ſuum.

*Quà mea TARVISVS reſidet, ſi molliter intrans*
*Illuſtrem ſocium FELICEM, quæſo, require:*
*Cui mecum lumen MARTINVS reddidit olim.*
*Per ſemitam gradiens & amicos Duplauenenſes,*
*Qua Natale ſolum eſt mihi ſanguine, ſede parentum,*
*Prolis origo patrum, frater, ſoror, ordo nepotum:*
*Quos colo corde, fide breuiter peto, redde ſalutem. &c.*

*De his ambobus Epiſcopis legat, qui cupit, in hyſtoria Taruiſina typis excuſa. libro ſecundo, pag. 83.*

---

*Ad Diui Petri Templum cathedrale.*

In Auguſtini Beatiani Equitis Rhodij, Poetæ, ac Scriptoris præclariſſimi lateritio tumulo ſupra gradus in fine Templi, mox cum alijs deſtructo, &c. erat hoc Diſtichon.

*HOSPES. BEATIANVS HIC EST, ſcis cætera; num tam*
*Durus es, vt ſiccis hinc abeas oculis?*

Quod ſanè æmulatur duo itidem Virorum ſublimium Diſtica Florentiæ poſita, ſcilicet.

*Joannes iacet hic Mirandula. cætera norunt*
Et Tagus, & Ganges, forſan & Antipodes. alterum.
*Mores, ingenium, Muſas, ſophiamq; ſupremam.*
*Vis vno dicam nomine? Marſilius.* *i. Ficin.*

Ponam & paſſum Epiſtolæ Plinij Cæcilij lib. nono, ſcilicet Frontini verba. Impenſa monimenti ſuperuacua eſt, memoria noſtri durabit, ſi vitam meruimus. An reſtrictiùs arbitraris per orbem terrarum legendum, dare duraturam memoriam ſui, quàm vno in loco duobus verſiculis ſignare quod fecerit? *Plin. C.*

Non queo Equidem ſubticere Epitaphia poetica duo, vel tria, quæ comperi in libro quinto carminum Fr. Varagi, qui fuit Beatiani contemporaneus, ſcilicet.

*Sparge illo, Phœbe, hunc tumulum, quo tu ipſe, liquore*
*Parnaſi aſpergis Templa ſacrata tui.*
*Hunc Muſæ vnanimes varias afferte corollas,*
*Et cum puniceis lilia multa roſis.*
*Namq; BEAZZANVS ſitus eſt hic, talia qui nunc*
*Per vos vt fiant ſolus in orbe meret.*

Aliud.

*OSSA BEAZZANI ſunt hic: & ſpiritus alto*
*In cælo: & toto carmina in orbe ſonant.*
*Non obijt, ſed viuit adhuc: nam gloria laudis*
*Reſtat, & illius fama perennis erit.*

Aliud item Leonardi Mauri.

*Si quiſquam decreta ſibi poſt funera viuit:*
*Si quiſquam ingenio fertur ad aſtra ſuo:*
*AVGVSTINVS hic eſt, celebris, dignuſq; poeta.*
*Turba in perpetuum quem ſtudioſa colat.*
*Carne BEAZZANVS tetra, fragiliq; ſolutus*
*Viuit, & ad cælum, venerat vnde, redit.*
*Et licet hic corpus iaceat, cincreſq; putreſcant,*
*Pars tamen hinc melior, nobiliorq; viget.*
*Mens æterna manet, manet indelebile nomen,*
*Ingenium, & virtus quod peperêre Viro.*

---

Erat & ille Io. Aurelij Augurelli latini poetæ admirabilis lateritius pariter ad tempus tumulus in eodem Templo cum eius effigie, ac Epitaphio de quo quidem Iouius in Elogijs lepidiſſime: vnde quæcumq; hæc ſubſequentia huc reportaui.

*Iouius.* Taruiſij, vbi Flamen erat, quum ad forum in taberna libraria diſputaret, Apoplexia correptus, ſubito interijt. is Arimini natus vitam in litteris perdiſcendo, docendoq; ad octogeſimum tertium ætatis annum feliciter extendit. &cæt. Depicta tumulo effigies, cui hoc ipſe carmen ſubſcripſerat.

*AVRELII AVGVRELLI imago eſt, quam vides,*
*Vni vacantis litterarum ſtudio,*
*Serio, & iocoſo, diſpari cura tamen:*

Hoc,

Digitized by Google

*Hoc, ut vegetior ſic fieret ad ſeria:*
*Illo, ut iocoſis uteretur firmior.*

*Prope gradus Capellæ Souernicæ inſigne marmor.*

HIERONYMVS BONONIVS
SIBI VIVVS STRVXIT SEPVLCHRVM,
TEMERE NEC QVIDEM, CVM SIT INCERTVS
HORÆ, CERTVS ATTAMEN MORTIS.
QVICVMQ; SEMEL NATVS HVC MIGRAT TANDEM.
HVC INFERVNTOR POSTERI, VOLENT QVIVIS.
M D X V II.

In pila vero amplior hæc eiuſdem præcl. poetæ memoria.

*Lector, vt, ecce, vides condenda* HIERONYMVS *oſſa*
*Iuſſi Egomet viuens hæc mea ſarcophago.*
*Pierides colui, cauſas egiq; forenſes,*
*Taruiſij genitus gente Bononigena.*
*Me mea per varios duxit fortuna labores:*
*Hic æterna quies, & ſine lite mihi eſt.*
*Ipſe quod es, quandoq; fui: finem omnibus vnam*
*Fata parant: quod ſum, tu quoq; lector, eris.*

Ad eiuſdem Bononij hortos Thadæi fratris marmor.

*Hic tua cum multos latuiſſent oſſa per annos:*
*Carminis & nullo notus honore fores,*
*Quo potuit Frater Monumenta Hieronymus ære,*
*Pro meritis poſuit conſpicienda tuis.*
*Tu colis Elyſiam felici ſede quietem*
*Percipiens vitæ munera digna tuæ.*
*Te domus extinctum Thadæe Bononia luget,*
*Pæoniæ haud minimum qui decus artis eras.*
*Quod licet officium pietas fraterna peregit,*
*Cum gemitu repetens, frater adempte, Vale.*

*Ad D. Franciſci ante aram D. Ludouici, &c.*

OCTAVIO BONONIO NOT. HIER. POETÆ F.
FILII OBSEQVENTISS. EX ILLIVS TESTAM. P.
VIXIT ANN. LXX. OBIIT CAL. DECEMB. MDLXXII.



Digitized by Google

MDCXVI. IX. Cal. Mart. attumulatur Octauius Bonon. Leuir meus, 43. ann. natus.

Ex ſymbolo ſubſequenti. ad D. Michaelis in pila ad Templi med. marmor nobile.

*Hic VERONAEI proles non falſa GVARINI*
*NICOLEOS lingua doctus vtraq; iacet.*
*Quem dum GONZAGAE præclara negotia tractat.*
*Principis, hac ardens ſuſtulit vrbe lues.*
*CAROLVS hunc fleuit DVX, & TARVISIA Pubes.*
*Et cum Pierio turba diſerta choro.*
*OSSA ſub hoc poſuit frater BAPTISTA ſepulchro:*
*Tanta ſub ignaro ne cubet vmbra loco:*

*CVRANTE HIERONYMO BONONIO.*

*Adhuc ad D. Petri T. infra Canonica.*

Dum morbo chronico, eoq; ſenili diſtineretur Doctor Maurus, mortemq; ſibi vicinam perſpiceret, tale ſibi epitaphium volens cõflauit, ac lubens, illudq; feretro allifum ſecum ad Templum deferendum mandauit, &, quod vidimus: latum fuit.

NICOLAVS Maurus Leonardi F. Scribarum prius mox & Iudicum ordinis Humana peregrinatione. LXXIIII. ætatis ſuæ anno per varias rerum, & temporum viciſſitudines abſoluta, & ſpiritu ſuo Creatori reſignato: ad defeſſi corporis requiem, locum hũc, in antiquæ, & ſanctæ matris gremio, ſibi, ſuiſq; ſacrum conſtituit, & dicauit, donec corruptibile hoc, & mortale incorruptionem induat, & immortalitatem. Multa viuens dictis, ſcriptis, & factis commiſit. Plura cogitauit, quæ non edidit. Bona ne, an mala fuerint hæc omnia, iudicium Dei eſto. Tu de eo, quod lubet, dicito: ne temere iudices caueto.

Ortus anno MDXXXVIII. III. Non. Maias.
Obijt anno MDCXII. Nonis Maij.

*Aſt ego ſic in Hominis decus rem hanc perſtrinxi.*

Nicolao Mauro Leonardi F. Libellioni accuratiſſ. tum legum Doct. pluſquam perito: Viro inquam Dictis, Factis, at Scriptis magis, æq; priuatis, ac publicis admirando. Leonardus F. patri indulgentiſſ. P. MDCXII. Non. Maij.

Digitized by Google

Poeticè autem illum ſic, iure quidem meritò, deploraui.

*Maurus obit; Silides recinant grauiora Camænæ*
*Carmina: nam grauior carmine Doctor obit.*
*Maurus obit ſenior, ſeniores nænia iungant,*
*Extremum dicant, & ſibi iure Vale.*
*Vrbis honos, Vrbis ſcripſit qui doctus honores,*
*Nunc cadit: abſorpus ab nigra fata Virum.*
*Chronica, & hyſtoriæ flerent, dum flere liceret:*
*Quippe modò Hyſtoricus, chronologusq; perit.*
*Flent tamen Aonides, flent Nymphæ, flentq; Syrenæ*
*Grandis namq; dolor: miſſio namq; grauis.*
*Ipſe fleo pariter: lachrymæ faciuntq; liuuras:*
*Vnde manum, & calamum tollo, fleoq; gemens.*
*Læta anima è meritis ad cælum plena coruſcis:*
*Læta anima en cælis iam comitemq; tenent.*

---

Ad Templum ſanctor. XL. Elog.

ECQVIS ANTONIO DE FANTIS TAR. VIRO CLARISS. cenotaphium negabit? ſi Tantum ille litterarijs lucubrationibus meruit, vt ſui ſempiternum memoriæ Monum. fuerit mercatus, ac penitus conſecutus? is etenim ante centennium in terris agens Artium, & Med. Doc. in philoſophor. diſcriminib. cum græcor. tum Arabum, ac Latinor. ad Ariſtot. præcipuè mentem, ſubtiliùs dirimendis, Doctos omnes ſuæ ætatis, atteſtantibus publicè ipſiſſm. Patauinæ Acad. Prælector. Abſque dubio ſuperauit, Quod vel ipſius Speculum Rationale tunc typis expoſ. Nunc etiam longè probat: Et adhuc magis Mare Magnum Scoticar. ſpeculationum iam publicatum. Cætera aut. eius opera (proh ſtudioſor. Rationalis Diſciplinæ iactura) defectu Deſcendentium miſerrimè perierunt: niſi quis forſitan eius indutus pallio, illum prodens, prudens prodierit in mundi ſcænam. Caueant itaq; Docti Homines: &, ſi quæ digna egerint ante obitum proferant, ac præmonſtrent.

Luctari ſiquidem cum laruis veluti indignum;
Ita facile omnibus viſum eſt.

Phyſico Phyſicus Barth. Burchelatus, conciuiq; opt. HOC MON.
Reponit Anno ab orbe Redemp. M D C V I.

---

Ad Tumulum Poliphili, vbi vbi. Tar.



Digitized by Google

*De hoc plura inter exteros ex occaſ.*

*Ignitus quis reconditur Poliandrio?*
*POLIÆ Amans pulchræ POLIPHILVS,*
*Taruiſi alumnus, cupidineum iubar.*
*Amor ingenioſum quem deuexit*
*Ad opus admirabile ferendum*
*HYPNEROTOMACHIÆ POLIPHILI.*

---

### *Ad Diuæ Mariæ Maioris.*

Danielis contrarij poetæ epitaph. cernes inter Scribas: ſiq; aliquod hic ius eſt noſtri, ſuſtineas vſque ad Ciues.

---

### *Ad Diui Nicolai repon.*

*VINCENTIO MAROSTICA C. TAR. IVLIANI MED. F.*
*VIRO IN POLITIORIB. LITT. CONSVLTISSIMO.*
*QVOD, VELVTI VNGVIS LEONEM, PAVCA EIVS A NOBIS CVSTODITA OPERA PRAEMONSTRANT. HVNC NON VNVM TAR. NEQ; VNA ITALIA. AVIDIVS PERAGRANTEM VALVIT DIVTIVS DETINERE, ADEO, VT IN EXTREMIS, QVOD FERTVR, MVNDI ORIS ÆTATE VALENS SVVM OBIERIT POSTREMVM DIEM. HOC AMICI, PROVECTIORIS INQVAM, TESTIM. MAGIS AVT. MERIT. BARTHOLOMAEVS BVRCH. MED. MON. STATVIT; AST ALIVD MAGNIFICENTIVS SANE, AC GLORIOSIVS, DVM ILLI SVPERFVISSENT POSTERI, DVBIO PROCVL CONSPICERETVR.*
*ANNO DOMINICO MDCIV.*

---

Nec piget in prædictorum teſtem vocare Franciſci Varagi Epigramma. ad eundem Vinc. dum Tar. Muſis præſtaret operam.

*VINCENTI, hoc ideo Nomen tibi Fata dedère,*
*Semper vt in pugna Victor vbiq; fores.*
*Carmine ſi quando, aut cythara contendere velles,*
*Blandius hinc cantas, dulcius atq; ſonas.*
*Vt non inuideas illis quos Mincius, aut quos*
*Arnus alit, lymphis ad vada amœna ſacris.*
*Nec cuiquam argutas feriat qui pectine chordas,*
*Et pulſet digitis concrepitante lyra.*
*Perge igitur, felixq; diu ſequere omnia tanta:*
*Magnus enim & Vates, & cythareedus eris.*

Ad

Ad D. Mariæ IESV extat ſepulchrum, & Epit. Hieronymi Scalę Rhetoris, ac poetæ inſignis: quod quidem videbis mox inter Scribarum inſcriptiones. Ego interea, quippe qui fuerit præceptor meus de me optimè mer. huiuſmodi Elogio in hoc ſibi debito loco Virum ſic honeſtabo.

D. O. M.

GRAECAE, LATINAE, POLITIORISQ; ITALAE, LINGV. DOCTORI, ORATORI, SCRIPTORIQVE PERITISS. HIER. SCALA NICOLAE F. POETAE ORNATISS. ATQ; IN HIS OMNIB. TRADENDIS PER QVAM FACILLIMO: ADHAEC RERVM PVB. TAR. CANCELLARIO ACCVRATISS. VIRO INQVAM A DOCTORIB. LAVDATO, A MAIORIBVS EVECTO, AB OMNIBVS IVRE AMPLEXATO, DVM AEQVALES ILLVM AEQVE, AC INFERIORES ADMIRARENTVR.
BARTH. BVRCH. PHYS. PRAECLARI HOMINIS ALVMNVS. QVOD EIVS SECVTVS VESTIG. GLORIANS, QVOD VIRTVTES NON ADSECVTVS FVER. DOLENS.
IN SVMMI PLANE VIRI MANIVM GRATIAM HAEC LEGENDA EX ANIMO POSTERIS CONSIGNAVIT.
ANNO VIRGINEI PARTVS MDLXXX.

*Infra eamdem Eccleſiam.*

D. O. M.

MARCO ANT. GANDINO T. CIVI OPT. SCRIPTORI GRAVISS. Æquè, ac gratiſſ. interpreti: Quod XENOPHONTIS opera omnia ITALIS Traducta, & Tradita, veluti & PLVTARCHI Opuſcula clarè teſtant. IN Mathematicis aut. perinde, atq; in Mechan. emunctæ naris VIRO ita, vt & plura nobis antea incognita cōperuerit: quòd præcipuè Curuæ, ſeu Claudæ AMVSSIS vſus à ſe inuentus, ab alio publicatus demonſtrat. Monſtrarent magis ſcripta adhuc apud filios ſuppreſſa. Vt proinde magnæ orbis, nedum Vrbis noſtræ iacturæ fuerit illius obitus.

Barth. Burchelatus phyſ. amico quippe mortuo, victuro tamen ſæculis innumer. MON. DIC.
M D X C.

*Ad D. Franciſci T. conſpicuum marm.*

FRAN-

Digitized by Google

FRANCISC. RHOLAN. VIRO CLARISS. QVI CVM IN HAC NOBILISS. TAR. CIVIT. SCRIBÆ, AC CANCELLARII OFFICIO OPT. FVNGERETVR, OB EGREGIAS ANIMI VIRTVTES CORONAM LAVREAM A FEDER. IMPER. DONARI MERVIT.
MOXQ; VENETIAS, VT GRECE; LATINEQ; PROFITERETVR ACCITVS, CVM EGREGIE PRÆSTITISSET, IN PATRIAM REVERSVS, NON SINE MAXIMO EIVS LVCTV MORTEM OBIIT. VI. CAL. MAR. MCCCCLXXXX.
HIERONIMOQ; PATRI IVR. CONS. INTEGERR. FRANC. RHOL. HVIVS FILIVS; ILLIVS VERO NEPOS PIENTISS. SIBI, VXORIQ; CARISS. HELISABETHÆ DE ARCADIS V. P. MDLIIII.

Inde autem erat pictum.

*RHOLANDELLVS in hoc FRANCISCVS Apolline dignus,*
*Clarus & orator conditus eſt tumulo.*
*Hunc CAESAR Lauro dignatus, lingua & utraq;* Laur. Chriſ.
*Præſtantem Veneti percoluêre patres.*
*Floruit hoc cunctis defunctus honoribus Urbe,*
*Quos illi Virtus, ingeniumq; tulit.*

*Reſtituendo marmori ſculpendæ nota.*

Mon. Hoc Familiæ Rholandellæ antiquitus conſtitutum, & vetuſtate collapſum Franc. Rhol. reſtituit, memor præcipuè Franciſci eius Aui poetę Laur. Viri græcolat. clariſſ hic conſepulti, tum ſui, & poſt. Anno Dom. MDCIX.

*Varagiorum ſepulchrum, & quidem rotundũ*

QVEM CONSP. TVMVLVM VIAT. BERNAR. NICODEMI FIL. VIV. POSTERIS PR. SVIS ANNO DOM. MDLVI. TERTIO KAL. SEPT.

D. O. M.

FRANC. VARAGO C. T. POETÆ CELEBERR. QVI CVM BEATIANO MALAPPELL. FVSCO, MONICA, PERSIC. CALCIA, LOCAT. MAVRO, CASELL. AMICON. NERVISIA, BERNAR. FRATRE, ETIAM SCALA MEO SVÆ ÆTATIS, HVIC PROXIMÆ VATIBVS HAVD. OBSC. SÆPIVS POETIC. CERTAMEN INIENS SÆPE PALMAM, AT GLORIAM PERPETVO REPORTAVIT.
BARTH. BVRCHELATVS PHYS. POETÆ CARMINVM POSSESSOR ÆQVE, AC ADMIRATOR, HOC QVALECVMQ; VIRO B. M. ELOGIVM DESTINAVIT.
NE TANTI CIVIS, QVIN TANTI APOLLINIS ALVMNI, MANES VLTERIVS VAGI CONQVERERENTVR.
VALETE MANES PLACIDI, CVM HIS OVATE, ET PLAVDITE.

Liceat

Digitized by Google

Liceat in poetarum choris reminiſcendis referre ipſiuſmet Varagi carmina quædam ſapientes Viros ſui temporis aliquot Taruiſij poetas in primis ſapidos, referentia, ex Elegia, ſeu potius Epiſtola, quam longam miſit Leonardo Fuſco pridem hic bonarum litterarum profeſſori præcipuo, Vincentiam, publico ſtipẽdio vt ſcholas aperiret, profecto. nempe. 1. Beatianum.

*Præterea hæc referens, roſeoq; effundere ab ore*
*In ſomnis viſa eſt Calliopæa mihi.*
*Surge, Varage, meo iubeas & nomine Fuſcum*
*Ad noſtros tota mente redire choros:*
*Non decet hunc, tanto quem munere noſter Apollo*
*Ditauit, ſacris Vatibus eſſe procul.*
*Sed patrem potius comitetur & ille Beatum,*
*Quem circum ſedea viua poeſis habet.*
*Et, ſi quando animi ſolatia quærit, ad ipſum*
*Migrat, in illius pectore Leda iacens.*
*Cuiq; etiam eximius cum fratre aſſiſtit Iulus,*
*Quos generoſa animo ſtirpe Auogara tulit.*
*Atq; Locatellus, qui te, ſecumq; locutus*
*De Tauriſanæ eſt vrbis originibus.*
*Cuiq; Uonica Iacobus adeſt, Hieronymus atq;*
*Quis meritò arcitenens vtraq; dona dedit.*
*Additur his etiam Raynaldus Delius, atq;*
*Anſelmus, morum dogmata quiſque ferens.*
*Maurus, Traianusq; ſimul Caſellius: omnis*
*Deniq; qui Pindi è fontibus hauſit aquas. &c.*

ſ. Iulius, & Alte-nerius pater Pauli viuentis. i. Simon I.C. i. medendi, & pangẽdi car.

---

*Hic in proximo ad tempus tum. modò ſublatus.*

Reginæ Syluestrinæ Tar. ab ortu poetriæ noſtri fermè temporis Elogia.

*Ergo iaces nondum bina trieteride plena,*
*O SYLVESTRINÆ ſpesq;, decusq; Domus?*
*Nec REGINA tibi ſpecies, nec melior ætas,*
*Nec lingua, aut præcox profuit ingenium.*

---

Aliud anonymi.

*Tu ne etiam REGINA iaces? te ne improba Parca*
*Abſtulit? an dubitem numina & ipſa mori?*



Digitized by Google

*Blanditiæ tecum, tecum Charitesq; iocique:*
*Atq; lepos, Virtus, ingeniumq; iacent.*

---

Aliud vulgare ſic eſt à nobis latinum verſum.

*SYLVESTRINA igitur ſomno REGINA perenni*
*Opprimitur? cum Taruiſium miranda putabat*
*Cernere, Virtutum cumulum breuioribus annis?*
*Vt quid Apollo virens ſemen marteſcere linquis?*
*Sæculo & hunc affers crudeli mente dolorem?*
*Ah mors infauſta: hac lachrymans Parnaſſus ad auras*
*Emittit gemitus ſurrepta iure Puella.*
*Dormit ea hic certè: aſt anima immortalis ad aſtra*
*Corpore vt abiecto grauiori ſe extulit alis;*
*Gaudet ouans, ſummumq; bonum ſpecioſa tuetur;*
*Nos verò fragili vita iſta plangimus illud*
*Iurè bonum, fuerat nulli ipſum nanq; ſecundum.*

---

Quod nam ſymbolum habeat Epigramma iſtud Tipherni, Tiphernatisvè illius, cum ſupradictis, lector diſquire: additamentum certè non improbabis.

*O cunctas formoſa ſuper Syluina puellas:*
*O incorruptæ Virginitatis honor:*
*Morte obita clarè tecum eſt feliciter actum,*
*In ſuperos cum ſis Virgo relata choros.*
*Quod verò in terris animæ candentis amictum*
*Liquiſti, & carnis dulce fluentis opus:*
*Adueniet Syluina dies, cum quiſq; reſumet,*
*Quod prius exuerat corpus: & ipſa ſuum.*
*Vnde animæ candore tuæ cum corporis illo*
*Iuncto, tota eadem ſtes iugis ante Deum.*

---

Ioannem autem Turrium Iuriſconſultum perinde, atq; Poetam quoquo ſæculo prædicandum, quocum viximus annis ferme omnibus noſtri temporis, inſalutatum nunc præteribo? minimè gentium præteribo.

D. M.

AVE IOANNES TVRRI FARVISII NOSTRI CIVIS OPT. FIDELIS SCRIBA. SCRIBÆ SENIORIS, AC PERPETVO CANCELLARII REIP. TAR. BERNARDINI FILI. IVRISCONSVLTOR EGREGIE, HYSTORIÆ SCRIPTOR VERILOQVENS, POETA SINGVLARIS. AVE LATINAE, AC ITALICAE LINGVÆ SVMMVM DECVS, ATQ; ORNAMENTVM, AVE MORAL. VIRTVTVM, ATQ; ADEO ETHICES, OECONOMICES, ET POLITICES SVPERQ; SATIS AMATOR, OBSERVATOR, ATQ; INSTITVTOR.

AVE NOSTRVM CONSPIRANTIVM ACADEMIÆ NOMINE SOLICITI IVREMERITO DECLARATE, QVIPPE QVI ILLAM SOLICITIVS ORDINIB. LECTIONIB. AC COMPOSITIONIBVS EXTVLISTI.

AVE DEMVM RELIGIONIS, DEVOTIONIS, AC PIETATIS SPECIMEN ADMIRANDVM. TV, NEMINE RECLAMANTE, HIC IN TERRIS ES VTIQ; PALMAM ADEPTVS, AC LAVREAM: VTINAM ET AVREOLAM MODO SIS ADSECVTVS IN COELIS. VALE, ANIMA CANDIDA, ISTIC ME TIBI ALLOQVENTEM, EOQ; PENITVS ANHELANTEM EXPECTA, DVM FERVIDIS TVIS PRECIB. PRO SALVTE MEA DEVM OPT. MAX. EXORATVM ME DENIQ; HINC ABEVNTEM ALACRI ANIMO FORE INVENTVRVM CONFIDO.

*BARTH. BVRCHELATVS PHYLOS. AC MED. TAR. TIBI AMICO AEQVANIMI ID EX ANIMO AMICITIAE, AMORISQVE SIGNVM, ETIAM EXANIMI, AC VITA FVNCTO PRAEMONSTRAT. VT QVANTI TE FECERIT, QVAM DILEXERIT, INQVAM PLVRIMVM, ET IN HOC CHRISTIFIDELIVM COEMETERIO TAR. MANIFESTIVS DIGNOSCATVR.*

*OB. ANNO DOM. MDC. MENSE DEC.*

---

Reticebo autem alterum Elogium, Elegum inquam, amico huic præcipuo à me præterea deſtinatum? nequaquam certe illud reticebo, dicat, quid ſapit Momus: legat qui velit, qui nolit, prætereat, quemadmodum prætereo ego in præſentia, quæ pro illius obitu ſcripſeram lingua Itala: quæq; & alij ſtudioſi Viri, atq; Academici in vtroq; idiomate flebiliter æq;, ac feliciter decantarunt.

*SIccine deficimus languenti corpore, ſecum*
*Languenti atq; animo, mente tremente ſimul?*
*Siccine deſerimus cognatos? ſicc ne amicos*
*Linquimus orbatos, morte obeunte viam?*
*Ab ſors dura hominum, dira, atrox, improba, ſæua,*
*Ab ſors crudelis, ſors peracerba nimis.*

Decidit ille ſemel, nunquam verſurus ad oras,
Quas modò deſtituit ſæcla per innumera.
Non ita tergemina defectus Virginis: illa
Vertitur occiduo lumine clara micans.
Vt mortem vidit Romanæ Conditor arcis
Non viſus terris amplius ille fuit:
Non Plato, non Cicero ſapientes vertere norunt
Ad muros patrios, quando abiêre ſemel.
Stat ſua cuiq; dies, quantumuis ſera, futura
Valde cita, vt puerum ſe ferat eſſe ſenex.
Sed quid Ego interea meditor? fortaſſe cadentem
Quemq; hominem, extinctum protinus eſſe ſimul?
Abſit id; imò velut rediuiuit ad altera ſæcla,
Cerno aliquos pariter viuere ſemper ibi.
Nonne Plato, & Cicero, Romanæ & Conditor arcis
Viuunt, & viuent ſæcla per innumera?
Siq; carere putes exempla: en TVRRIVS, ille
TVRRIVS Eois notus, & Heſperijs,
Concidit in mortis gremium: ſed viuit in ore
Doctorum, & viuet mentibus, & calamis.
Ille etenim primò legum Monimenta perenni
Mente habuit quotquot millia codicibus:
Tractauit, cauſas grauiores egit in aula,
Corpora, fortunas hic, animasq; tuens.
Demonſtret, Deliberet, aut Dijudicet ille,
Facundus ſemper, ſemper in ore melos.
Oppida honorarunt atq; illum intra tenentum:
Proq; Tribunali ſedit in arce ſtiens.
Iuſtiniana diu prælegit dogmata multis
Ingenuis, genitis deniq; & ille ſuis.
Auxit opes: natas in nuptum tresq; locauit:
Tres pariter natos rexit, & inſtituit.
Aſt quod ei Natura parens indixerat, vſque
Suſtinuit, didicit, compoſuit, docuit.
Alma Poeſis erat cordi, curæq; IOANNI:
Alma Poeſis ei ſæcla beata dabit,
Ecquis habet metri ſenſum, qui legerit illo
Scripta diu, & mecum non ferat iſta magis?
TVRRIVS vnus erat præ cunctis doctus in arte

Dicen-

*Dicendi, ſtrictæ, libero & Eloquio.*
*Hic etenim cecinit vel Amores, ſiue dolores,*
*Heroesvè graues carmine ad vſq; graui;*
*Hic belli ſimulachra, ſita quæ vidit in Vrbe*
*Maxima nobilibus vitè legenda dedit.*
*Hic belli ſimulachra ſimul, quæ vidimus infra*
*COLLALTINORVM caſtra legenda dedit.*
*Quinetiam hyſtoriam tractauit, mirus vbique,*
*Præcipua atq; Vrbi gloria lata ſibi.*
*Quæ modo carminibus publicauit, non ego tanti*
*Vt referam cuncta hæc qualia, quanta ſiqnt.*
*Quis credat potuiſſe Virum tot caſibus vſque*
*Implicitum proprijs, pro miſeriſq; foro,*
*Et muſis præſtare pares animumq; viceſq;:*
*Miraq; chordata carmina ferre lyra?*
*Et CONSPIRANTES ACADEMIÆ amicitis omnes*
*SOLLICITVM miris ſollicitare modis?*
*Vidi ego de vſuris tractatum legibus auctum*
*Pluribus interea grande, decens & opus.*
*De Monachis pariter tractatum vidimus amplum*
*TVRRII opus pariter legibus explicitum.*
*De cruce, deq; eius miraclis vidi opus, inde*
*De Sacramento grande opus, atq; pium.*
*Deq; Paterno itidem librum compegit Amore.*
*Nati hæc forte dabunt conſpicienda typis.*
*Religioſa dein congeſta poemata cunctis*
*Opto, vt dent illi valde cupita ſimul.*
*Viuet hic extento meritato TVRRIVS æuo,*
*Grataq; erunt cunctis ſcripta operoſa Viri.*
*Gloria ſupremi ingenij ſuprema, duplexq;*
*Terreſtres animos inter, & æthereas.*
*Viue beate ſimul cœlis, terriſq; IOANNES,*
*O vtinam ſimilis ſit mihi vita tua.*

---

Modò vti appendicem ponam Epigramma, quod feceram pro mortuo eius filio Bernardino ob caſum ob alterius humeris dum experirentur vires Herculis imitari.

*Viderat Alcidis forte conſcendere Alumnos*
*Et Nati Tellus alma, ſociq; memor:*

*Puniat,*

Digitized by Google

*Puniat vna dies, ni Alcidem, Alcidis Alumnum,*
*Turres qui moſtris familares dicis ouans,*
*Inde tremens titubare pedes geſtantis adegit:*
*Concidit atq; humeris in capite ille Viri:*
*Marmor ei oppoſuit Tellus: de marmoris ictu*
*Commoritur dignus viuere TVRRIS honor.*

---

Sed & caſus ſublimior, de tecto nempe domus ruſticanæ, verſebilior, alterius eius filij, & quidem primogeniti vxoratiq; ſuſceptis interim quatuor filijs, altero occaſi co nobis expoſitus, reponitur.

*Ah Turri infelix: ah infeliciſſima coniux:*
*Ah Nati nati prorſus iniqua pati.*
*Decidit ille caſa (caſus crudelior omni)*
*Et caput, atq; humeros marmore fractus obit.*
*Id modò ſit caſus, ſors, fatum, praua voluntas,*
*Diſſere tu: interea conditur hic tumulo.*
*Tu miſerere, precor, miſerandi Chriſte Redemptor,*
*Atq; hunc, dum cecidit, te releuaſſe iuuet.*

---

*Ad Diuæ Margaritæ Templum, Dantis mem. tum alibi.*

Dantis Florentini Poetæ planè ſummi, Petriq; præcipuè eius filij Iur. Conſ. Elogium poeticum legiſti inter Doctores ex hoc Téplo. præterea præterire non liceat Dantis ipſius alia poetica Elogia, quæ alibi per Italiam viſuntur. nempe Rauennæ id proprium.

*Iura Monarchiæ, ſuperos, phlegetonta, lacuſq;*
*Luſtrando cecinit, voluerunt fata quouſque.*
*Sed quia pars ceſſit melioribus hoſpita caſtris,*
*Actoremq; ſuum petijt felicior aſtris,*
*Hic claudor DANTES patrijs extorris ab oris:*
*Quem genuit parui Florentia mater Amoris.*

---

Ibidem Petrus Bembus Cardinalis, tale poſuit Epitaph.

*Exigua tumuli, DANTES, hic ſorte iacebas*
*Squallenti nulli cognite penè ſitu.*
*At nunc marmoreo ſubnixus conderis arcu,*
*Omnibus & cultu ſplendidiore nites.*

Nim-

Digitized by Google

[illegible] DANTI [illegible]

Hoc tibi, [illegible] dedit.

Ioannis verò de Virgilio eſt hoc mendoſum.

*Theologus DANTES nullius Dogmatis expers,*
*Inclyta fama cuius uniuerſum penetrat orbem,*
*DANTES Alegherij Florenti genitus Vrbe,*
*Conditor Eloquij lumen decusq; Muſarum,*
*Vulnere ſeuæ necis ſtratus ad ſydera tendens*
*Dominicis annis ter ſeptem mille trecentis*
*Septembris idibus præſenti clauditur aula.*

Florentiæ autem ſub ipſiusmet DANTIS ſtatua tale nunc reperitur Hexaſtichon.

*Qui cælum cecinit, mediumq; imumq; Tribunal,*
*Luſtrauitq; animo cuncta, poeta, ſuo:*
*Doctus adeſt DANTES, ſua quem Florentia ſæpe*
*Senſit conſilijs, ac pietate Patrem.*
*Nil potuit tanta Mors ſæua nocere poetæ,*
*Quem viuum Virtus, carmen, Imago facit.*

Taruiſium reuertor, ad D. Franciſci oſtium [illegible], in [illegible]to marmore eſt hoc Epitaphium:

FRANCISCÆ PARIENTI PEREMPTÆ
FRANCISCI PETRARCHÆ LAVREATI FILIÆ
FRANCISCOLVS DE BROSSANO MEDIOLANENSIS MARITVS.

In erecto autem hoc Elogium.

*Tuſca Parente pio, ſed facta Lyguſtica dulci*
*Coniuge, iam proles plurima clara fuit.*
*Nulla magis ſeu fida Viro, ſeu ſubdita Patri,*
*Seu magis externæ neſcia lætitiæ.*
*Nomen erat FRANCISCA meum, ſtudium ſed honeſtas,*
*Dos mea ſimplicitas, & ſine labe pudor.*
*Me mea ſors variè puerili vexit in æuo:*
*Hic immota quies, hic mihi certa domus.*
*Iam Matrona quidem, ſed adhuc florentibus annis*
*Eripior terræ, reſtituorq; polo.*

Huius

Huius autem Fr. Petrarchæ Filiæ Filij hic [illegible] Epitaphium [illegible] compoſitum tale eſt.

*Vix mundi nouus hoſpes eram, vitaq; volantis*
*Attigeram tenero limina dura pede.*
*FRANCISCVS genitor, genitrix FRANCISCA, ſecutus*
*Hos de fonte ſacro nomen idem tenui.*
*Infans formoſus, ſolamen dulce parentum,*
*Hinc dolor: hoc vno ſors mea læta minus.*
*Cætera ſum felix, & veræ gaudia vitæ*
*Nactus, & æternæ, tam cito, tam facile.*
*Sol bis, luna quater flexum peragrauerat orbem:*
*Obuia mors, fallor, obuia vita fuit.*
*Me Venetum terris dedit Vrbs, rapuitq; Papia.*
*Nec queror, hic cœlo reſtituendus eram.*

Ego autem, dum tot Franciſci nomina in auribus meis perſonaret, tale ſtatim heptaſticum tunc excitaui.

*FRANCISCVS pater eſt, FRANCISCA eſt Nata, Generq;*
*FRANCISCVS; pariterq; Nepos FRANCISCVS: vt omnes*
*Nomen habent ſancti FRANCISCI: cuius ad ædes*
*[illegible] tumulum FRANCISCA, vt adeſt: ita adeſſent*
*Hic omnes vtinam: quo noſtra inſignibus iſtic*
*Elogijs Vrbs, & Templum fruerentur, & vna*
*Nata, Gener, Natus, Pater inclytus hic tegerentur.*

Nihil ergo in his Elogijs de Laura Petrarcæ Amaſia, ab illo miris carminib. Italis decantata [illegible], audiamus Iulium Camillum Delm. loquentem.

*Laura Ego, quæ fueram Tuſci olim vita poetæ:*
*Laura ego, quam in vita Tuſcus alebat amor:*
*Hic ſine honore diu iacui non cognita, quamuis*
*Cognita carminibus, culte Petrarca, tuis.*
*Nullus purpureis ſpargebat floribus vrnam:*
*Nullus odoratis ſerta dabat calathis.*
*Nunc quoq; Franciſci ſed verſu, & munere Regis*
*Noteſco officijs conſpicienda pijs.*

Quæ porró extant Elogia Arquadę, ac carmina ad Petrarchę tumulum, vbi ſepultus iacet: tum ibidem Petrarchæ, Dantis, & Boccatij



Digitized by Google

catij ſimul cernere erit in Epitaphiorum noſtrorum ſermone primo, ad quem curioſus lector ſtatim recurret.

*Taruiſium repeto. Ad Diuæ Catherinæ:*

Ambroſij Spieræ, & Marcelli Philoxeni ſcriptorum Tar. memorias ſpectaſti ante inter monacos.

Ad Diuæ claræ. pro Val. Bongioco.

*HIC VALERI Italici ſtat corpus putre poetæ.*
*Quorſum anima: ignoro: quippe animus varius.*

*Ad Diui Martini marmor muro affixum.*

D. O. M.
IVLIO GRATIANO POETAE PICT. Q; CEL.
VERE PHILOS.
NIL VLTRA NECESS. EXPETENTI.
BARTH. BVRCH. PHYS.
CONCIVI. AM. Q; B. M. MON. POS.
M D I V C.

In bina Gratiani opera typis expoſita octaſtichon.

*Virginis in partu, velut ante, & poſt, GRATIANVS*
*Laudes occinuit iunior alta ferens.*
*Herois ſenior nunc ſancti Geſta per æuum*
*Admiranda canit verſibus ille pijs.*
*Debemus laudes Arioſto, nam Rotholandi*
*Millibus-inuentis altiùs Acta tulit:*
*Debemus laudes GRATIANO: nam Rotholandi*
*Carmine conſimili veriùs Acta tulit.*

*Ad Diui Michaelis in dextera Templi parte ſtratum marmor.*

D. M.
HEVS TV? PONTICVS POETA, ET HIERONIMVS PICTOR AMICISS. FR. HOC SCIS. PLACET HOSPITIVM. ACCEDE. NON PLACET. SOSPIS ABI. H. S.

In pila verò proxima hoc pulchrum marmor.

*Hæc HIERONYME, habe mæſto communia Fratri,*
*Quæ mihi ſperabam te ſuperante dari;*



Digitized by Google

*Forma decens, ætas viridis, robuſtaq; membra*
*Claudere debuerant lumina noſtra prius.*
*Fraterni Manes, poſtquam ſic fata tulerunt.*
*Expectate meos: PONTICVS en propero.*

Fuit hic Ludouicus Ponticus Tar poeta, ſcriptorq; inſignis. cũ & Franciſcus Ponticus, ætate non multum diſtans, fuerit ſtrenuus in primis ſcriptor, ac ſingularis: de quo in Bibliotheca, in hyſtoria Fratris Leandri, & alibi, præſertim in hyſtoria noſtra, digna habetur mentio.

*Ad Diui Leonardi antiquum Templum. marmor recens.*

CAROLO COQVINATO PAGAN. CIVI TAR. ÆQVE, AC VEICENT. POETAR. STVDIOSISS. ET IN PVLCHRIORIBVS LITT. APPRIME VERSATO VERE MVSAR. ALVMNO, PRÆCOCI MORTE SVBREPTO. BARTH. BVRCH. PHYSICVS PER AMICO SVO, NEC NON POSTERITATI TALE AMORIS TESTIM. PROPAGAVIT.
OBIIT TRICENARIVS, ANNO MDIC.

De Syluestro Carr. poeta. de quo inter clericos.

*CARRARI lacerum qui ſpectas vulnere corpus,*
*Occurrant CHRISTI vulnera ſæua tibi.*
*Pro nobis CHRISTVS patitur, pia iura tuentem,*
*Heu pietas, CHRISTI hunc impia turba necat.*
*Exceptum cælo hunc, inter Diuosq; locatum*
*Ne luge, at tumulo lilia ſparge manu;*
*Sparge roſas, & veris opes, thura vre ſabæa.*
*Atq; roga, vt votis annuat ille tuis.*
*Ruſticitas, feritasq; ſimul ſtrauère poetam,*
*Concionatorem, presbiterumq; pium.*
*Quiſquis declamat ſceleratos publicet, illos*
*Clericus execret, dira poeta canat.*

Annos circiter. 1560. floruit Taruiſij Academia Petri Pagani Bellunenſis viri in græcis perinde, atq; in latinis litteris peritiſſimi: ad cuius parietes memini me legiſſe, dum puer eram decennarius, huiuſmodi deſcriptum diſtichon à diſcipulo.



Digitized by Google

*Paganos Fides nigrum damnabat ad orcum:*
*At Petrus Virtute micans ad ſydera tollit.*

Quiſquis ille fuerit, qui illud ſcripſerit, non animaduertit primam ſyllabam huius nominis, fides, breuē eſſe. an proſpexit ad verbum fido, & ad adiectiuum fidus, quorum prima longa? vnde & carmen illud in ſuperliminari Domus Ruſſinioniæ.

*Vltima talis erit qualis mea priſtina fides.*

Vnde etiam & illud vulgatum dicterium,

*Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*

Hic nuptui collocauit Claudiam filiam formoſiſſimam Bernardino Adu[illegible]gario Patricio Taruiſino, ex qua Paulus viuens Vir generoſus, ac fortis. Moritur Claudia vidua iunior pudiciſſima, perfracto brachio ex caſu de gradu marmoreo in via, nullis remedijs ſpaſmum, conuulſionemq; tollere valentibus, oſſibus quippe in neruos infixis. Hanc fleuerunt camænæ omnes tunc Taruiſij, quinetiam alibi, commorantes. meum hoc diſticum modò duntaxat ponam.

*Claudia clauſa iacet, prudensq;, pudensq; ſepulchro:*
*Quam Charites deflent: Pieridesq; canunt.*

*Quid vetat iſtic Epitaphium adnotare Claudiæ Rom. Nob. Fæm. proprijs mulierum optimarum dotibus inſignitæ?*

CLAVDIA ROMANA HIC IACET.
QVÆ CASTE VIXIT, LANAM FECIT,
DOMVM SERVAVIT.

# QVID SI POSVERO
## DVM DE POETIS AGITVR DVO Epigrammata Taruiſij recens nata?

IOANNI LAVRENTIO CANDIANO INSVBRI Bonarum litterarum Profeſſori, Qui Taruiſium appulit ad anni ingreſſum 1615.

BARTHOLOMÆVS BVRCHELATVS PHYS. S.

QVod fælix, fauſtumq; tibi: tenuère Ioannes
*Laurenti noſtras tua nunc veſtigia terras:*
*Omina Taruiſio gratiſſima: namq; docebis*
*Et pueros mores, & dogmata candida Patrum*



Digitized by Google

Et pueros mores, & dogmata candida Patrum
Præter Grammaticam, bellè quam porrigis artem;
Quodq; magis reputo, ſopitas ipſe Camænas
Excuties noſtras: vt Carmina ſæpè reportes
Interea inſtituens iuuenes, quò pangere verſus
Hi dociles valeant, imitantes vſq; Magiſtrum.
O vtinam citiùs noſcaris: ſis licet omni
Ignotus populo, nec non ignotus & Vrbi:
Quippe nouus: quippe alterius Ditionis: at vni
Ciuibus ex noſtris vxoris ſanguine iunctus:
Quod non duco parum; aſt illud magis æſtimo, quod tu
Nobilis aſpectu faciè præclarus, & alta
Forma, atq; inceſſu, ſcita, grandiq; loquela
Ipſe aperis tibi nempe viam: menteſq; Virorum
Concilias, vt te foueant, faueant tibi & vltro.
Siq; Ego quid potero, mora certè non erit vlla
In me, quò pueri, ac iuuenes tua tecta frequentent:
Te extollantq;, iuuent in primis ære fluenti:
Tempore quod noſtro caput eſt, & regula prima,
Quæ firmare poteſt ſedesq;, pedesq; Virorum:
Quam bene ſi aſſequitur patriam quis mutat auitam,
Nominat & patriam rata vbi bona quiſq; perennem;
Quod tibi contingat, Diuos precor: vtq; ſecundent
Vota tua, & noſtrum fratrq; paterq; putatus
Complexèris, ibi & meritò ad maiora veharis:
Iureq; cuncta tibi hæc veniant, qui verus Alumnus
Noſceris & Phœbi, Charitumq;, Nouemq;, ſororum.
Hæc tibi Grammatico: phyſico mox altera mittam
Carmina, dum phyſicam artem tractes, ſiue ſophorum:
Doctrinam referas ſuggeſtu promptus ab alto:
His etenim ſcimus te protinus eſſe paratum,
Doctor vt ès Patauı, veluti diplomata monſtrant.
Quod fælix, fauſtumq; tibi Doctiſſime Laurens.

INSI-

Digitized by Google

# INSIGNI MVSARVM CVLTORI, PHYSICAEQ; facultatis Doctori peritiſſ.

## DOMINO COLENDISS. D. BARTH. BVRCH.

Io. Laurentius Candianus phyſicus, humanarumq; litterarum profeſſor perennem fęlicitatem P.

*Nobilis extollit Dircæum Amphiona Thebe,*
*Thebe draconiferens: Pyndaricamq; Lyram:*
*Ciuem clara ſuum tollit Verona Catullum:*
*Mantua Virgilium fert quoq. ad aſtra ſuum.*
*Laudibus innumeris Ciceronem Roma triumphans*
*Prædicat: eloquij nam fuit ille parens.*
*Deniq; quæq; ſuos patria admiratur Alumnos*
*Laudibus atq; illos condecorare ſtudet:*
*Has dare Taruiſium tibi, Burchelate, tenetur:*
*Illuſtras Patriam Numinis inſtar enim.*
*Sic tuus Encomijs, generoſe, extendit ad aures,*
*Laurens, cunctorum, viribus vſq; ſuis.*
*Calliope inſignem celebrato carmine Vatem,*
*Carmina qui plectro nobiliore canit.*
*Illi & promeritas laudes nunc dicite Nymphæ,*
*Quem noſtis veſtrum concinuiſſe ſilim.*
*Huic datur in lucis veſtigia ponere Cyrrę:*
*Fluminaq; Aonij ſancta litare lacus.*
*Eſt in te priſca ſermo grauitate ſolutus:*
*Threicio meliùs carmina Vate canis.*
*Sunt tibi Pieridum, ſunt & tibi Palladis artes:*
*Sunt & Apollineæ, quis malè ſaua leuas.*
*Tu Hyſtoriam publicas trino de vertice claræ*
*Vrbis. priſcorum nobilitasq; notis.*
*Indoleo, ſi non redolet tibi Cynamma, ſi non*
*Afferat hæc votis Candia Muſa tuis.*
*Gaudeo, ſi quicquam te dignum legeris, aut ſi*
*Digna ſit Eloquio noſtra Camana tuo.*

Digitized by Google

*Accipiam ex animo, referas quodcumq; inaquem,*
*Ignotus cum ſim, ſimq; hic Athleta nouus.*
*Vitales capiet noſter dum ſpiritus auras,*
*Te memore, & grato pectore, Docte Canam.*
*Nocte, die, te noſtra tibi mens debita ſecum*
*Verſabit: ſine te tempora nulla fluent.*

---

*Ariſt. 1. Rhet. a princ.*

*Hic autem ad anni exitum ſe contulit Iuſtinopolim Artem Rhetoricam, & Logicam prælecturus (Rhetorica reſpondet Dialecticę Ar.) tum facturus & medicinam.*

Deſyderius Placentinus Ferrar. monacus Ieſu at. ad pręſens Taruiſij commorans.

*Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.*
*Sic Burchellatus cum Memorabilibus.*
*Gratiam vt inde ferat ius eſt, hominumq; fauorem,*
*Se illuſtrans clarum Taruiſiumq; ſuum.*

Reſponſio.

*Clarum Taruiſium mihi dat, quodcumq; peropto:*
*Ortum cum dederit, lac ſimul, atq; lares,*
*Siq; meis Natis ſit gratia lata, fauorq;*
*Omne, Pater, punctum me retuliſſe feram.*

# TABELLIONIBVS,

## PERINDE, AC CANCELLARIIS Taruiſ. prædefunctis.

### BARTHOLOMÆI BVRCHELATI PHYS. APOSTROPHE.

AD vos modò volens, lubensq; iam me conuerto, ó gnari veriloquentium Euangeliſtarum imitatores, Viri legales, libelliones optimi, ac ſpectabiles Cancellarij, quorum ſcripturis hic, & vbiq; locorum eſt, & fuit adhibita ſemper plena fides, & perpetuò veniet adhibenda. ó ſi contingeret ex Dei mandato nomen

nomen meum in libro vitæ fore veſtrûm aliquem deſcripturum, terq;, quaterq; omni procul dubio me beatū exiſtimarem. Rogate pro incorrupto Collegio veſtro, vt tamquam incorruptibile forte perſiſtat in fide: neq; non ſit ſatagens, ac omni candore clarum in cunctis actibus, proceſſibus, ſtipulationibus, teſtamentis, ſcripturis inquam omnibus ſedulo, ac ſcientificè peragendis. Ecquis alius reputandus eſt Scriba, quàm fidelis ille ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus procuratorem ſuper ſamiliam ſuam, vt ſuis loco, & tempore bonorum menſuram illi conferat copioſam? rogate etiam pro ijs, qui cum hoc ſpecioſo cætu Symbolum tenent: inter quos computo et me ipſum, & filios meos: ſiquidem ex hoc gradu ſumpſi coniuges meas: vt quandoq; & illi, aperientibus litteris ianuam, ac bonis moribus, de Ciuium ſimplicium gradu ad Tabellionum aſcendant, taliq; honeſto, ac precioſo Taruiſij aggregentur conſortio: altiora poſtmodum, ſi Deus dederit, petituri.

## Tabellionum, quæ comperiuntur Taruiſij Monumenta.

*Ad Diui Petri Templum Epiſcopale; introrſum ad muros, ſecus portam Aquilonarem ad læuam.*

ALOYSIO BONONIO FRANCISCI F.  
NOTARIO, ET R. P. TARV. CANCELLARIO  
LVCRETIA MEDVLA VXOR, HÆRES EX TEST.  
GRATA QVOD ILLE SIBI, ET COIVGI T. F. IV.  
MONVMENTVM ET SIBI F. C.  
ANNO GRATIÆ MDXX. MEN. IAN.

---

*In cæmeterio amplum marmor ſub dio modò diſfractum nimis.*

*IOANNI MATTHÆO BONONIO NOTARIO*  
*HIERONYMVS FILIVS.*  
*OBIIT ANNO MCCCCLXVII.*

*Carminis immeritò dudum ſine honore iacentem*  
*Ornauit memori qui pietate Patrem:*  
*Defuncto maius poſſet modò ferre, tuliſſet:*  
*Aequum ſed minus viribus eſſe decet.*

Alio-

Digitized by Google

Aliorum Bonon. Scribarum Elogia, ac Epit. vidiſti inter poet.

*In arca marmorea ad Leones.*

SEPVLTVRA D. LEONARDI DE ERMIZO NOTARII. ET SER LAZARINI, ET SER PASCHALINI EIVS NEPOTIS, ET SVOR. HÆR.

*Ab hoc nec quidem longe.*

SEP. SER HIERONYMI DE OPITERGIO NOTARII Q. SER DANIELIS, ET SVORVM HÆREDVM.

Souernicæ familiæ vetuſtæ inter Not. monum. vidiſti inter Phyſ.

*In proximo huic ſacello Tabella marmorea.*

D. O. M.

SACELLVM HOC, VT LECTOR VIDES ERECTVM, ET ORNATVM DANIEL PRATA TITIANI F. TARVISINVS PIE INSTITVIT, ATQ; DOTAVIT PRO SVA, ET MAGDALENÆ VXORIS INCOMPARABILIS, AC SVORVM OMNIVM SALVTE. V. F. AN. SAL. MCCCCLXXX. KAL. SEXT.

*Humi vero huiuſmodi lapis ſepulchralis.*

MAGDALENÆ VXORI INCOMPARAB. DANIEL PRATA TITIANI F. ET SIBI, ET POSTERIS.

*Ex altera Templi parte.*

SEPVLTVRA D. BONINCONTRI NOTARII DE ARPO, ET SVORVM HÆREDVM.

Franciſci Cauſini Not. mem. legiſti inter preſbit. Ep.

*Extra in ſepulchreto penès ſacram Turrim.*

FAMILIÆ SVÆ MONVMENTVM VETVSTATE PENE DIRVTVM IO. ANT. ET FRANC. A LIGNAMINE BRANDELISII FILII RESTAVRARI CVRARVNT. MDL. DIE II IVLII.

*Iſtud autem ob attritum calceorum, ac pluuiæ, & quod magis eſt quia diſtrectum, hoc anno ſublatum eſt, atq; eius loco tale alterum eſt impoſitum.*

Hæredib. ſpectab. DD. Io. Antonij à Lignam. Et Aſcanij eius Fil. Ciuium, & Notar. Tar. Reſtaurantib. paratum, ac Poſt. Anno Chr. Sal. M. D. C. XIV.

*Ad D. Nicolai infra baſilicam magnam, & chorum.*

Fran-

Digitized by Google

FRANC. A LIGNAMINE NOT. PATRI, TVM ISABELLÆ FILIÆ AMANT. DEFVNCT. SIBI, AC LAVRÆ VX. ET POST. IOANNES A LIGN. C. T. V. P. ANNO SAL. MDLXXXIX. V. AVG.

---

*Infra Canonica Elog.*

*IOANNI ANT. ISTRANA FRANC. F. VIRO VENVSTO, AC INGENIOSO, PLVRIVM VRB. APVD RECTORES ILLVSTRISS. CANCELLARIO: VERONAE DEMVM IN PERAGENDO OFF. VITA FVNCTO. FAVSTINA APROYNA CONIVX. FRANCISCVS FIL. FAVSTINA, HELENA, CORNELIA, ISTRANIA, ET LAVRA FILIAE LACHRYMIS CONFLVENTIBVS PRAE HOMINIS, ET SORTIS IACTVRA, BENEMERENTISS. PP. ANNO DOM. MDXCIII.*

---

*Pro eiuſdem nepte Virgine admirab. Elogium.*

ISABELLÆ ISTRANIÆ HECTORIS FIL. VN. VIRGINI PVDICISS. PSALTRIÆ PRAE Dulcedine, lepore, ac gratia ad audientum animæ deliquium: præ voce pariter, diminutionibus, tranſitibus, fugis, conuerſionibus, micationibus, tremulis, contrapunctis, & id genus alijs artif. niſi cum angelis, prorſus incomparabili. Quinet. in pulſandis fidibus, monochordis, atque organo eruditiſſimæ. Cujus admirab. Virtutis, morumq; fama allectus FERDINANDVS ARCHIDVX AVSTRIAE Sereniſſ. illam petijt, quam ab HECTORE obtinuit: eamque maiorem inter VXORIS CATHER. Ser. apparitorias Virg. Comitiſſas vt plurimum, conſtituens, vt filiam adamauit, tractauitq; Locaturus in matrim. Heroum præcipuo, veluti Parentibus recceperat; Quos aureis, ijsq; grauioribus, monilibus, & bonæ Argenteor. Numm. num. decoratos, onuſtosque remiſit ad proprios lares. Sed, vah Fortuna grandium expectat. inſidiatrix, atq; operum: ægrotat interim ISABELLA, & in CATHERINAE ARCIDVCISSAE Sereniſſ. vlnis, eam ſummo amore, ac ſtudio proſequentis, Oenoponti caſtiſſimam emiſit animam, perpetuùm acturam, vt credimus, cum Angelis melodiam.

Barthol. Burch. phyſ. Animæ B. Merentiſſ. Lugens P.
Anno ab orbe Red. MDXCVI.



Digitized by Google

*Item infrà canonica marmor.*

GASPAR BIVIL. NOT. TAR. C. MDLVII.

---

*Infra Templum ſecus craterem aquæ s.*

CHRISTOPHORVS FELETVS NOT.
IACOBI NOT. FIL. RESTIT.
SIBIQ; NEP. AC POSTERIS PAR.
M D C V.

---

*Non procul diſtans.*

SEP. D. BONACCVRSII DE VALLE NOT. ET SVORVM HÆREDVM.

---

*Sub fornice ante fores ad leon es. rep.*

FRANC. CORONA ACTVARIO, ET QVIDEM M. GR. INSIGNI:
PATRONO AVT. IN OMNIBVS ADMIRAB. SED INSONTIVM, AC
INSONTIVM CAVSIS VENTILANDIS PRÆCIPVO, AC SINGVLARI,
HIC RE DOMESTICA, ET PECV IVDICIO ÆQ; AC INDVSTRIA
AMPLIATIS VALDE, ANIMA IN DEI MANIBVS RESIGNATA
SEXAGENARIO MAIOR SVB D. FRANCISCI ASSIS PATROCINIO,
ATQ; HABITV IN DOM. CONQVIEVIT.
ANNO SAL. MDCII. X. CAL. APR.

---

*Ad D. Mariæ Maioris T. ante Sacrarium.*

VINCENTIO DONATO, AVTHORIBVS SVIS,
OMNIBVSQ; CHRISTI FIDELIBVS HIC QVIESCERE
VOLENTIBVS. ANNO MDXCII.

---

Hic lubet parumper philoſophari. quid ſi centum voluerint infra hoc marmor nobile ſepeliri? quid ſi quingenti? non capiet id enimverò tantam turbam. ah, dicet quiſpiam, exenterabitur, euacuabitur, emundabitur: & centenis, ac ſubinde centenis alijs, ac quingentis illud impleturis paratum eſto? an non id in vſu poſitum eſt? at quomodo, dicâ ego, quieſcent volentes hic requieſcere, ſi inquietabuntur, ſi diſcerpentur, ſi aliò aſportabuntur, ſi huc, illuc ſubaerrentur? quare dicendum fuiſſe puto, paratum omnibus hic quieſcere volentibus, ac potentibus inhumari, ſiue donec ſepulchrum expletum ſit. oh, dicet denuo, nunquam euenturum credendum eſt, ꝙ 500 velint hic ſepeliri; quare non? an indecens, an inhonoratum, an inſuetum? ſunt quædam ſodalitates, quædam frataleæ, quæ tametſi

tametſi diuerſarum ſint affinitatum, ac patriarum, in vnum coeunt nihilominus monumentum ad centenaria, quod fortè etiam eſt ſub dio; iſtud autem eſt in Templo honorificentiſſimo. B. Mariæ Virginis miraculorum miriadibus admirandæ; ante ſacrarij fores, ſecus cõcam luſtralis aquæ, marmoreum quidem monumentum, ſudum in ſudo, nouum, inſignitum, nobile: &, quod tanti refert, liberum cunctis gentium Chriſtianis: ſufficit ꝙ octo, decem, viginti id eligant (& quidem adhuc elegerunt multi) ſintq; ij homines bonæ frugis: plurimi ſubinde volent iſtic reponi: ſiq; morbus aliquis popularis inuaſerit, vt centeni breui tempore moriantur, atq; velint inibi tumulari, infarcietur illico ſarcophagus proculdubio: tantæ molis inquam eſt, exemplum, maximè laude dignum, vt, nedum illud facillimè accipiatur, eligatnrq; ad imitandum: verum & indecens quandoq;, ac illaudabile complectatur. Legitur apud Plutarcum Mileſias Virgines aliquot voluntario ſuſpendio ſe ſe vitæ incommodis exemiſſe, quod facinus præſentientes aliæ, atq; aliæ, illudmet à ſe ipſis, hæ clanculum, illæ publicè ſibi iniuncto laqueo perpetrarunt; & niſi Dynaſtes prudens legem ſanxiſſet tandem, vt ſuſpenſarum Virginum corpora nudarentur, & detectæ partes, pudenda præcipuè, oſtentarentur per vrbem, nunquam id erat infortunium ceſſaturum: adeo etenim timuerunt aliæ ſuperſtites probrum corporis, quantumuis vita functi, ut non ulterius præcipites ad ſuſpendium laberentur: ingenui ſanè animi ſpecimen Mileſiarum Virginum. Sed iam ſatis ſuperq. digreſſi ſumus. modò ad marmora reuertamur. Verum enimuerò agnoſcentes noſtri conſtituentis ſarcophagum bonam fidem, in Chriſtifideles, præſertim urna carentes pauperes, nimiam charitatem, illum æquum eſt excuſemus, credentes uoluntatem eius fuiſſe, ne unquam dimouerentur inde iuncta cadauera, donec poſtrema canente tuba à ſemet ipſis continuò conſurgerent rediuiua: & propterea uerbum illud poſuit Requieſcere, ꝙ ſi multam iniunxiſſet, aut diras buſtuarijs cadauera, & mortuorum oſſa diuexantibus, non erraſſet. ueluti factum eſt in hoc Epitaphio poſito inter Baias, & Auerſam. Plut.

D. M. SEX. VALERIVS Mercurialis Augur T. Labieno Feſtiuo Alumno dulciſſ. Vix. ann. XVI. Horis VIII. s. Hunc à Dis ſenectuti meæ ſeruatum, ſpem, deliciaſq uorax aſpulit Orcus. opto, ſi quid oblectaneum apud manes eſt, pro nequitijs, iocisq. quibus coæuos capiens, me oblectare ſolebat, infantem animulam reficiat. In H. S. ſiue ſeruus, ſiue libert. ſiue liber, inferatùr nemo. ſe-



Digitized by Google

cus qui fecerit, mitem Iſidem iratam ſentiat. & ſuorum oſſa erruta, atq. diſperſa uideat.

*Iuxta, ad aram.*

BONSEMPLANTIVS FEDERICIVS NIC. FIL. ET FELICITA ZANETI CIPR. F. CONIVX EX VOTO PP. MDCIV.

*Infra clauſtrum.*

IVLIO DE FARRA NOT. PATRI Q; OPT.
FRANC. ET MICHAEL NOTT. FF. PP.
ANNO DOM. MDXC.

*Ibidem in proximo.*

DANIELI CONTRARIO LIBELLIONI TAR. POETÆ, ORATORIQVE ANTEACTI SÆCVLI NON SPERNENDO, QVOD ET ORATIONES, ET IMPRESSA CARM. TESTANTVR. BARTHOL. BVRCH. PHYS. COGNITI VIRI MERITOR. MEMOR HOC ILLI APVD SVOS EXANIM. MONVM. LOCAVIT. MDC.

## Ad Diui Nicolai.

*Ante aram Diui Thomæ Aquinatis conſpicuam.*

THOMASINÆ DAMIANÆ PORTVM CORPORIS DOMINICVS ZVCCAREDA POSVIT VXORI OBSEQVENTISS. QVACVM VIXIT ANNOS XLIII. MENSEM VNVM SINE QVERELA.

*Antiquo quidem more: velut eſt iſtud Rauennæ poſ. ad ſanctum Ioannem.*

Aureliæ Maternianæ coniugi incomp. Quæ vixit ann. mecum XXII. ſine vlla querela. Aurelius liberal. Marit. B. M.

Et ne pariter fęmininum exemplum deſit, legatur iſtud Humagi poſitum in vico comagnano ex relat. M. Maruli, nempe.

Diuo Iulio primigenio, Qui vix. ann. XXV. Iulia Pallas fecit coniugi cariſſ. & pientiſſ. De ſe bene merenti. cum quo vix. ann. XV. menſ. VI. dulciter ſine querela.

*Proximè ante aram priuileg. in marm. circinato.*

EX LEGAT. D. CATHE. ET D. IO. AND. PHY. NEP. DE VRSI. ALTA. ET SEPVL. VINCENT. BOLOGN. NOT. HÆR. PATER F. C. MDLV.

*Ad Diui Laurentij, itidem in marmore orbiculari.*

DOMINICO BOLOGNATO BENEFACTORI, ET POSTERIS. MCCCCLXXXV. XXVI. SEP. V. F.

*Infra cauædium Diui Nicolai. modò infra templum.*



Digitized by Google

D. M.

IO. ANT. DE STRAZZAROLIS NOT.
PASCHA VX. IOAN. ET FRAN. FIL. NON SINE LACHR.
ET SIBI POS. H. L. S. H. S. MDLV.

Specioſum marmor erectum in muro prox.

*Heu quanto defuncta patris moerore BONONI,*
*Quanto BLADINEI LIVIA cara Viri.*
*Hoc illata iaces florenti ætate ſepulchro,*
*Nonum annum qua vix addideras decimo.*
*Sanctus afflicto genitor te pectore, te Vir*
*Non intermiſſis queſtibus vſq; gemunt.*
*Tu ſic, quando ſemel ſtatuerunt fata, quieſce.*
*Dum te viſuri lætus vterq; petant.*

FRANCISCVS BLADINEVS FLORAVANTI
FIL. MARITVS. MDVI.

*Aliquantulum diſtans marmor*

SEPVLTVRA D. PETRI DE VALLE NOT. TAR. DE
CONTRATA SANCTI STEPHANI. ET SVOR. HÆREDVM.

*Inibi in pariete.*

SEP. Q. SAP. VIRI D. IOANN. DE PLOMBINO NOTARII.
ET SVOR. HÆR. ET DOMINAE HELISABET EIVS NEPTIS.

*In Templo, vlteriùs ante chorum.*

TVSCANO FRATRI DILECTO
IACOBVS TVSCANVS CANC. COMM. H. M. P.
AC VNIVERSÆ FAMILIÆ.
ANNO DOM. MDLXXVI. KAL. MAR.

*In tumulo autem lateritio ad tempus condito, antequam marmoreum id ſterneretur ſepulchrum, tale extabat Elogium.*

TVSCANO TABELLIONI MAIORI, FRATRI OPT. OB EXCELLENTEM
EIVS SOLERTIAM VNIVERSAE CIVITATI EGREGIE DILECTO.
VT CONIVNCTIM CVM LVCIAE TVRRICELLAE AVIAE CARISS. CSSIB. corr.
HOC TVMVLO RECONDITIS IACEAT, DONEC IN MARMOREVM
SEPVLCHRVM EX ILLIVS TESTAMENTO FACIVNDVM INFERATVR.
IACOB. TVSCANVS OBSEQVENTISS. FR. POS.
VIXIT ANNIS XXXIII. MENS. VI. DIEB. VI.
OBIIT MDLXVIII. V. CAL. SEPT.



Digitized by Google

*Secus altare Roſarianum.*

FRANICSCO De Colletis De Cornuta Tab. ſen. T.
Moribus, ac religione in primis ſpectatiſſimo.
De omni Ciuilitate optimè merito.
Qui ſumma cum admirat. familiam Gubernans Cęlebs, (xitq.
Nepotes V. ex fratre Ioſ. à teneris ad iuuent. ac uirilit. euexit, prote
Mon. hoc ijdem Patruo, quin Patri, Benemerentiſſ. mœſtiſſimi PP.
Obijt anno Sal. MDCIX. XXIX oct.

*Extra portam maiorem ſub capitello.*

HORATIO BASSO AMICLEISS. BARTH. BVRCH. PHYSICVS.
AMICE, FRATER OPT.
ME OCCIDIT FLETVS: ME ANIMAT DESYDERIVM TVI:
TECVM VT VIVERE AMEM: TECVM VT OBEAM LIBENS.
BENE VALEAS. VENIAM. COMMORANS QVIESCE.

*Ad Diuã Mariã. IESV vltra ſcamna.*

A PRISCA FIDE', AB ANIMI TRANQVILLITATE, ET PACE HOMINES
VETVSTÆ MATTHÆI FAMILIÆ PASINI COGNOMENTVM
INDIDE'RE. QVI ET SI IVVENIS, ET VALENS, ATTAMEN DIERVM
BREVITATIS MEMOR HEIC SIBI, SVISQ; MONVMENTVM
PARAVIT. MDL.

Nunquid Ludouicus Paſinus Patauij in D. Ioannis in Viridario ſepultus ex his fuerit, aut hic ex illis, nihil moror, credo equidem, nomen, & tempus arguit, placet epitaphium, huc tranſtuli; qui ſapis, guſta.

*VIVIT ANIMA MEA. CINERES IN HAC VRNA IACENT, DONEC*
*OSSA, CVTIS, NERVI, ET OCVLI REVIVISCANT INCORRVPTI.*
*DEVS OMNIP. PER EZECH. PROPH. VII.*
*LVDOVICVS PASINVS PHILOS. ET MED. ACVTISS. SIBI VIVENS POS.*
*VXOR VERO CVM FILIIS MOESTISS. EXTVLE'RE.*
*OBIIT OCTVAGESIMO ET ALTERO AETATIS*
*ANNO MDLVII. XI. CAL. SEPTEMB.*

*Taruisij, vbi prius. ante capellam Viſitationis.*

*FAVSTINAE ZATTAE MATRONAE ANIMI, CORPORISQ; INTEGERRIMAE, AC VXORI OPTIMAE. LIBERALIS PRADA MARITVS*
*AMANTISS. HVMANAE CONDITIONIS NON IMMEMOR*
*HANC SEDEM NON AETERNAM, SED AD NOVISSIMAM VSQ; DIEM.*
*SIBIQ; V. F.*
*MDLIX. VII. CAL. DECEMBRIS.*



Digitized by Google

*Ad Templi medium. ponè gradus.*

DOMINICI BALARINI NOT. ET HÆREDVM.
PAVLVS FRATER, ET DIANA VXOR P. MDXLI.

---

CANDIÆ R. NOVELLI DE NOVELLO NOT.
FI. ET HÆREDVM SVORVM.

---

*Infra, vt tetigimus cum de poetis &c.*

HIERONYMO SCALA CANCELLARIO C. N. TARVIS.
VIRO DIL. CATHERINA TVSCANA
VXOR F. C. MONVMENTVM
ANNO MDLXXI.

*C. N. Cancell. Noua.*

---

*Infra, non longè a ſacrario, ad Crucifixum.*

HANC DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI CRVCIFIXI DEVOTAM IMAGINEM pro ſua deuotione, pariterq; ad perpetuam memoriam egregij Viri Domini FRANCISCI ALOYSII SVGANA, & grauis Matronæ Dominæ FRANCISCINÆ DE STRAZZAROLIS obſequentiſſ. eius coniugis, vbi oſſa quieſcunt. IACOB. ANTON. FILIVS FIERI fecit.
Anno Domini MDLXXVI. Apr.

---

*Ante aram D. Proſdocimi.*

BERNARD. LOCATELLO, ET MARIÆ FENERIÆ
PAREN. FILIISQ; AC POSTERIS, ET SIBI,
FRANC. LOCATELLVS FILIVS M. HOC
FACIENDVM CVRAVIT. M. D. LVI.

---

*Simon Locatellus legum Doct. anno 1550.*
*Vincentius eius fil. Leg. Doc. & canon. mox defunctus* } *Sed alterius ſtip.*

---

*Secus Templi medium.*

IO. MATTHÆO, TOTIQ; SPILIMBERGÆ FAMILIÆ
IOSEPH MOESTISS. PATER POSVIT.
ANNO D. MDLXXIII.

---

ANTONIO ZVCCATO, ET DANIELI EORVM NATI,
SIBIQ; AC POSTERIS. MDXXX.

Ad

Digitized by Google

*Ad D. Franciſci T. infra periſtyl. ſub teſtudinato.*

BERNARDINO TVRRIO COMM. TAR. CANCELL. ET MARIETAE A TEMPLO GENITORIBVS OPT. ET DVLCISS. MONVM. QVOD HENRICO PROAVO EX ANTIQVA RATISBONAE FAMILIA BENEVENVT. AVVS CONSTRVXERAT MDXIV. FILII MOESTISS. RESTAVRARVNT MDLXXIII. SIBIQ; AC POSTERIS AD EXTREMAM DIEM.

---

*Ex altera cauædij parte.*

S. OLIVERII. ET FRATRVM DE CAMPRETO.

---

*In extrema capella cum inſignib. gentil.*

IOANNIS BASSANINI NOT. ET HAEREDVM TVM.

---

*Sub teſtudinato cauædij, & eſt illorum de Bauaria.*

TVMVLVS PROVIDI VIRI SER LAVRENTII TROCHO DE TARVISIO, QVI OBIIT DIE XVI. IAN. MCCCCXXXIX.

---

*Ab hoc non longè.*

SEP. SER GIRARDI DE MERLO NOTARII, ET SVORVM HAEREDVM. QVI OBIIT MCCCXXII. DE MENSE MAII. EXISTENTE, CANCELLARIO COMMVNIS TARVISII.

---

*Ex altera parte. & vlteriùs ſtatim ſequens.*

FRANCISCI DE SERRAVALLO NOTARII TARVISII. ET SVORVM. ANNO MCCCCLXXXXIII.

---

BONIFACIVS A CRVCE Not. Aloyſij Filius ſibi, ac hæredibus ſep. Par. MDCVII. Non. Iulij.

---

*Non diſtans a clauſtri ianua.*

HOC SITVS EST TVMVLO FALZONVS SCRIBA FIDELIS: HINC CHARITES MOERENT, ET LEPOR, ATQ; SALES. MDIX.

---

Cogor, & quidem iurè, ponere duo alia huius ſtirpis Elogia, quę his annis proximis exaraui, dum hæc familia, alioqui numeroſa, tam breui tempore cunctis maribus priuaretur.

FLOREN-

Digitized by Google

FLORENTIO FALZONIO SCRIBÆ FID. IACOBO FRATRI. TVM DAMIANO, ANTONIO, ET GASPARI HVIVS FIL. GRANDÆVIS, OMNIBVS VNIVS ANNI CVRRIC. AD FAMILIAE EXTINCTIONEM SORTE VARIA VITA FVNCTIS. (PROH GENERIS CALAMITAS) DARIA HIERONYMI ANOALIS NOT. CONIVX FRATRIB. PATRE, ET PATRVO INFELICITER ORBATA MOERENS, LVGENSQ; P.

---

*GASPARI FALZONIO ADOLESC. IN MEDIIS NVPT. ACVTO MORBO CORREPTO, SPONSA VIX SVPREMIS LABIIS DEGVSTATA, DIE SEPTIMA, VITAE, NOVELLAE, CONIVGI, ET FORTVNAE BONIS VALE DICTO EXPIRANTI. CATHERINA FRANCISCI DISCOOPERTI LL. DOC. VNICA FIL. NVBILIS MAGIS, QVAM NVPTA, LACHRYMIS NON INTERMISS. MARITVM SORTEMQ; SVAM SVSPIRANS MON. H. P. C. ANNO DOM. MDCIII. XIIII. CAL. MART.*

---

Præterea ſic, ex rumore, poſtremum hunc caſum expreſſi: quo veluti diſticho cæpimus de hac familia, diſticho de eadem pariter concludamus.

*Conditur hic propria gentis ſpes vltima GASPAR*
*FALZONVS, morti quem mala ſaga dedit.* *Vel.*

*Dum parat hic medio ſponſa reparare cadentem*
*Progeniem, ſaga tollitur e medio.* *Vel.*

*Saga ſagax, ſurrepta ſalus ſibi, coniuge ſumpta,*
*Quòd foret, hunc ſalui noi denegat, atq; necat.*

---

*Ad alteram huius clauſtri partem. Vindelior. ſep.*

ANGELÆ FABRÆ CONIVGI BENEMERITÆ IOANNES BLANCVS VENETVS MARITVS, ET IO. ANTONIVS VINDELIVS HÆRES POSVERE. S. N. S. MDIII.

---

De Aloyſio Vindelio Fidicine noſtræ ætatis ſine pari.

*VINDELIVS Fidibus pulſans verè anteit omnes,*
*Anteit vt Titan lumina cuncta micans.*



Digitized by Google

*Ante aram Decumanam. nunc verò poſt infra chorum.*

SEP. HOC. IN QVO IOANNIS ANDREAE AE BACCHETI SCRIBAE,
ET PATRONI INSIGNIS SITA SVNT OSSA, STEPHANVS FILIVS
SIBIQ; AC HAEREDIBVS DESTINAVIT.
OBIIT ANNO DOMINI MDXC. DIE IV. MENS. AVG.

---

*E regione altaris Sancti Antonij de Padua.*

D. O. M.

DANIELI PREND. DE PADVA C.T. LIBELLIONI OPT.
VIRO IN LITTERATVRA PERINDE, ATQ; IN POLITICIS SOLERTISS.
QVI, PRAETER CAETERA GRAVIA, TANTVM EGIT, VT ANTIQVAM
EIVS FAMIL. DE PRENDIPARTES BONONIAE PATRICIAM,
AC SENATORIAM COMPROBARIT. VNDE ILLE, ET COGNATI
OMNES, AC DESCEND. AMPLVM OB ID A SENATV BON.
PRIVILEGIVM REPORTARVNT.
HIC VIR SAPIENS, SANVS, LÆTVS, DOMI INAMBVLANS,
ILLICO MORTEM SENTIENS RESEDIT, ET COEPIT MORI,
ATQVE OBIIT SIMVL.
PROH DOLOR, PROH CALAMITAS MORTALIVM.
A. DOM. MDVC. M. APR.

---

*Ad Diuæ Margaritæ. infra clauſtrum.*

SEPVLTVRA DOMINI GABRIELIS DE CATHOLDO NOTARII,
DE CONTRATA SANCTI PANCRATII. ET SVOR. HÆREDVM.

---

*Non nimis longe.*

D. M.

GEORGIO CASELLIO PATRI OPTIMO.
BARTH. FRATRI CARISSIMO. THADÆVS, ET
NICOLAVS V. F. ET SIBI, AC POSTERIS.

---

*Ad Diui Hieronymi ad Templi med. ex ſymbolo.*

D. HIERONYMI CASELLII, ET HÆREDVM MONVMENTVM
QVI OBIIT ANNO MDXXIII. DIE XV. SEPTEMB.

---

*Adhuc ad Diuæ Margaritæ.*

SEPVLTVRA SER FRANCISCI PESCELLÆ
ET SVORVM HÆREDVM.

*Ante*

Digitized by Google

*Ante ſacrarij Ianuam Templarem.*

FRANCISCO MARCOLÆ FAGANIÆ FILIO DVLCISS.
ET CARISS. SEBASTIANVS MARCOLA FAGANIVS,
ET MARIA QVERQVANA PARENTES INFELICISS.
MOERENTES P.
VIXIT ANN. I. ME. VI. DIE XV. H. M.

---

*Ad Diuæ Catherinæ penès aram B. IOB.*

*Hoc iacet in plano ZANINVS DE ROBEGANO*
*SCRIBA, ſed in cælis anima ſit vita fidelis.*

---

*Ad aram B. Baſilij.*

IOANNI A BOVE CIVI OPT.
IACOBVS, LODOVICVS, ET ANTONIVS FIDELES NATI
PIE INSTI. ET POST.
ANNO SAL. MCCCCLXXXIII.

---

*Ad ara ſuppedaneum.*

Ioannis Antonij à Boue Notarij, & Ciuis Taruiſij Q. SER
Nicolai, & ſuorum hæredum. M D X V.

---

*Inibi in proximo.*

*SEP. SER MARCELLI DE VERETONIS, ET*
*SVORVM HAEREDVM. MDXXIX.*

---

*Ad Templi medium pulchrum marm.*

IACOBVS SYLVANA NOTA. ANT. F. VIRO OPT.
FRANC. AVIANVS NEPOS OBSEQVENTISS. PP.
QVI POST ANNO LXXV. M. II. DIES XI. HIC COND. QVIEVIT.
H. M. H. S.
ANNO SAL. MDXXIX. DENVL. MAR.

---

*In ſacello ſancti Sebaſtiani.*

SEPVLTVRA SER PAVLI DE STRAZZAROLIS,
ET SVORVM HÆREDVM.

---

*Secus aram D. Bartholomæi.*

S. NICOLAI DE BVTACELLIS DE PINIDELLO,
ET SVORVM HÆREDVM.

---

*Ad Diua clara.*



Digitized by Google

HIERONYMO ZVCCATO MARITO CARISS.
MENEGINA STELLA VXOR PIENTISS.
OBSEQVII MEMOR B. M. ET SIBI V. ÆRE P. F. C. MDXIV.

*Ad ſancti Viti Tabella in pila ſecus altare maius.*

HANC DEVOTIONEM CORPORIS CHRISTI FECIT FIERI
SER PETRVS NOT. Q. SER IOANNIS DE PLOMBINO NOTARII.
MCCCCLXIII. DIE PRIMO IVLII. CVIVS PETRI, ET FILIORVM
EIVS CORPORA POSSVNT PONI IN SEPVLTVRA PERANTE
DEVOTIONIS POSITA.

*Ad Diui Laurentij ædem.*

LAVRENTII CREMA NOT. CINERES INTVS EXTANT. ID QVIDEM
VXORE, FILIISQ; CVRANTIB. MDLVIII.

*Ibidem.*

SEPVLCH. HOC D. BARTH. DE PVTIS NOT. Q. D. SALVATORIS
DILECTÆ PRIMÆ CONIVGI D. ANTHEÆ, ET SIBI,
ET POSTERIS SVIS POSVIT. MDLXX.

*Ad D. Ioannis Bapt. T.*

SEP. BARTHOLOMÆI SPRECHIGNINI NOTARII,
ET SVORVM HÆREDVM.

*Ad D. Io Euangeliſtæ marmor humi illorum de Claudis.*

VINCENTIO IMMATVRA MORTE PRÆREPTO IIII. CAL. MAII.
GENITRICI DONATÆ EXTINCTÆ III. ID. MAI.
NICOLAS OLIM PATER FELIX, MARITVS FELICIOR.
MCCCCLXXVI.

In muro proximo aliud marmor nobile.

*Impia te poſtquam, VINCENTI, fata tulerunt*
*Hoc Iuuenis, CLAVDI, condite ſarcophago:*
*Extinctum miſeranda parens, ambæq; ſorores.*
*Cum grege amicorum, virq; vtriuſq; gemunt.*
*Præcipuè moeſti coniux afflicta BONONI*
*Se memorem, lapide hoc teſte, CORINNA probat.*

*Alterum familiæ huius Monum. ibidem.*

MAIORVM SEPVLCHRVM VETVSTATE CORRVPTVM
VENERANVS CLAVDIVS MARCI F.
RESTITVENDVM CVRAVIT. MDXVI.

Vene-

*Veneranus de Claudis Iuriſconſ. anni circ.* 1490.
*Vincentius de Claudis Iuriſconſ. circa ann.* 1510.

---

*In Notariorum decus addo lubens, Romæ in Foro D. Traiani compertam fuiſſe ſtatuam cum inſcriptione hac admodum inſigni.*

CLAVDIO CLAVDIANO V. C. TRIBVNO, ET NOTARIO inter cæteras vigentes artes prægloriosiſſimo Poëtarum, licet ad memoriam ſempiternam carmina ab eodem ſcripta ſufficiant: attamen teſtimonij gratia ob iudicij ſui fidem D D. N N. ARCADIVS, & HONORIVS Feliciſſimi, ac Doctiſſimi Imperatores, Senatu petente, ſtatuam in Foro Diui Traiani erigi, collocariq; iuſſerunt.

---

Alexander Stiaticus Bononienſis iuris vtriuſque peritus, Summæ Artis Notariæ D. Rholandini publicus lector Tractatum edidit Practicæ, & Theoricæ artis Tabellionatus, Tabellionibus, quos & Tabularios vocat, quinetiã Cauſidicis perutilem. Cęterũ liber ille de arte Not. qui his annis proximis fuit Romæ impreſſus eſt, vti decorus, ac elegans, ita unicus, atq; omnibus numeris abſolutus.

# RELIQVIS CIVIBVS TARVISINIS PRAEMORTVIS

## BARTHOLOMÆI BVRCHELATI PHYS. APOSTROPHE.

VOs etiam alloquor, Ciues cæteri, quorum fortuna, ſiue ſtudium ad altiora minimè deuexerunt, contẽti ſorte illa, quam vobis ſemel Deus dederat, nec vulgari. Vos vtiq; Ciuilitatis gradum continuè ſuſtinuiſtis, auxiſtis, ornaſtis: Ex vobis ſæpè, tanquam ex rudi materia quid politius, &, vti aſſerunt, ex cauſa, ſine qua non, creantur euadũtuè nobiles, equites, milites, Doctores legum, Phyſices, aut medicinæ: prothonotarij notarij, Cancellarij monachi, ſacerdotes, cuius vis tandem generis, ac fortunæ ciues: vobis inquam à nobis quoque ſunt gratiæ peragendæ: atqui maiores expetimus agere, ac expectamus, dum

Digitized by Google

dum Deum opt max.pro noſtrùm cuſtodia, & tutela vos obſecrare, neq; non perpetim interpellare credimus, ac ſperamus; interea, quod noſtrum eſt, ſi veſtrùm aliqui adhuc purgationis locum inhabitant, ſtata oratoria frequentantes, ſacrificia ſacroſancta, eaq; ex indulto Pontificio audientes inceſſanter, ac poſtulantes, Deum ipſum per Chriſti filij ſui Vnigeniti, merita gratiarum largitorem precamur: vt quantò citiùs exoratus, vos, qui qui eſtis, à ſuccęſis illis carcerib. liberando, dignetur eius reuelatam faciem perpetuó contemplandam vobis, quod & nobis aliquādo, miſericorditer impertiri.

Hunc gradum, ſtatum inquam ſimpliciter ciuis in terris, in vrbe, tanti æſtimo, ac æſtimaui, ut, illum intimiùs contemplatus, ſtatuerim longa oratione, nec quidem leuibus argumentis ipſummet efferre, ac lucidiùs magnifacere, quinetiam ſuper omnes propemodum ciuilitatis gradus alios extollere, ac exaltare. eſt codex non magnus certè, nec paruus quidem.

*Cui titulus, il Semplice Cittadino, prout fecerunt alij. l'Oratore, il Cortigiano, il Secretario, lo Scolare, il Medico, il Gentilhuomo, il Capitano, il Soldato, &c.*

Illum diligo gradum, illū amplector ex animo, tametſi ulterius progreſſus fuerim philoſophiam profeſſus, ac medicinam; illum inquam conſtituo meis filijs: non quidem coarctās illos, ne altiùs progrediantur, ad Tabellionatum, ad Doctoratum, ad ſacerdotium: ſed admonens ſe quietiorem, tutioremq; uitam habituros, liberiorem, ac ſanctiorem in tali ſtatu, nonnunquam & utiliorem, dummodo ſibi conſulant, ad eum. ſ. modum, quem dictitaui; quot nam uidemus, ac uidimus legum Doctores, tum medicinæ: itidem Scribas, ac cauſidicos ex corde, ex animo, linquere eorum exercitia, profeſſiones, ac ſtudia, ſeſe ab illis uitæ impedimentis eximere, ac liberare, ut tranquillam ſimplicis ciuis uitam arripiant, ac beatam?

*Beatus ille qui procul negocijs, Ut priſca gens mortalium*
Hor. *Paterna rura bobus exercet ſuis, Solutus omni fænore.*
*Forumq; vitat, & ſuperba ciuium Potentiorum limina.*

Mox mox & ego, ſi modicum adhuc uixero, medicatrinæ ualedicere, illamq; deſtituere terminaui: uicturus ciuis ſimplex, ac humilis; uicturus inquam & mihi duntaxat, & meis, curam interim animæ meæ ſolicitiùs habiturus.

Sit

*Sit mihi, quod nunc eſt, etiam minus, vt mihi viuam.*
*Quod ſupereſt æui; ſi quid ſupereſſe volunt Dij.* *Hor.*

Hoc animi mei inſtitutum declaratum, atq; opere confirmatum, cernes inferiùs, dum incunabula cum ſepultura coniungens, inter ciues tantùm diſpoſui mea, quæquæ illa fuerint, meorumq; varia monumenta.




*Quòd veſpertilio videar ſine luce quibuſdam,*
*Rideo, me igniculos cælo habuiſſe ſciens.*

*Simplicium Ciuium Taruiſij Monumenta.*

Ad Diui Petri matricem Eccleſiam.

*Ad baſim columnarum aræ Chriſti Domini ſub inſignib. gent.*
*CHRISTE, tibi hanc aram poſuit FONTANA IOANNES TAVRISII CIVIS. Tu miſerere mei.* Nũc ✠.

---

*Penès aram Diui Hieronymi.*

BATHOL. ET IOANNES PAVLVS DE ARIGONIBVS FRATRES DILECTIS HIERON. ET MAGDALENÆ PARENTIBVS POSVERE. MDLVII.

---

Viuit Hieronymus Bartholomæi filius legum Doct.

---

*Penès gradus poſtremos Templi.*

SEPVLTVRA D. PROSAVII NOVELLI MCCCXXVI. XX. MAII.



Digitized by Google

*Et inferius in eodem marmore.*

D. LVDOVICVS NOVELLVS
MCCCCLXXXV. V. OCTOBRIS.

---

*In proximo.*

POLIXENAE CONIVGI RARISSIMAE
FRANCISCVS GALA POSVIT, ET SIBI, QVANDO
OPORTVERIT, AC POSTERIS. MCCCCLXXXV.

---

*Ante fores D. Liberalis.*

BARTHOLOMAEO DE SYLVELLIS, ET SEMPRONIAE
EIVS VXORI EX TESTAMENTO
BENEFACTORIBVS.

---

*Infra Canonica ad arcæ periferiam.*

SEPVLTVRA D. CARAE, ET SER IOANNIS DE
GVALFREDO EIVS F. ET D. AGNETIS
DE SPRECHIONINIS.....

---

*Ibi in cæmeterio marmor ſub dio.*

SEP. D. LEONARDI MAVRI DE SANCTO DANIELE
ET SVORVM HAEREDVM.

---

Nicolaus Maurus I. C. & croniſta eius fil.

---

*Sub magna porticu ad leones.*

PETRVS, ET IOANNES BENALII, ET HAEREDES.

---

*Diſtans per quatuor paſſus.*

FRANCISCVS BLONDVS DE CRISPIGNAGA FECIT
SIBI, MAVRO SVO FIL. DVLCISS. HIER. ET LIBERALI
NEP. POSTERISQ; EORVM. H. M. H. S.

---

*Ferme par.*

HOC LAPIDE TEGENTVR THOMAS, ET BARTHOLOMÆVS
DE MONTONA, ET EORVM SVCCESSORES.

---

Auguſtinus, & Simon de Mont. legum Doctores.

---

*Sub eadem porticu.*

SEPVL-

Digitized by Google

SEPVLCHRVM VETVSTATE DIRVPTVM
GALLVS A SALE RESTITVIT,
ET SIBI, ET SVIS. MDXXVII.

---

*Non nimis diſtans.*

O VIATOR, HODIE MIHI, CRAS TIBI.
RESPICE FINEM.
IVLII VIVIANI, C. T. SVORVMQ; HÆREDVM.
M D V C.

---

*Sub porticu canon. ante portam T.*

ANTONII, ET DOMINICI DE QVERO
HÆREDVMQ; TVMVLVS.

---

*Ad Diuæ Mariæ Maioris T.*

SEP. D. FRANCISCI COSAVECCHIA, ET
SVORVM HÆREDVM. MDLXI.

---

Ioannes Bapt. Coſauecchia phyſicus.

---

Iam ventum eſt ad Burchelatorum meorum tumulum: in quo quieſcunt, quos nouerim (eorum inquam oſſa, ac cineres) quos autem non nouerim, prætereo: Auus meus paternus, atq; Auia, Bernardinus, & Ariadna: Ioan. Bapt. pater meus: Fratres mei Michael, & Bernardinus: Iulia, & Ariadna ſorores meæ: ac ſubinde Heliſabeth Amiconia coniux mea: cuius abortus morbi, & mortis cauſæ, neq; etiam in carminibus me oblitum ſenſeris; præterea ex Libera Iſtrania vxore altera ſoſpite hi filioli, Marcus Ant. Bernardinus, ac Bonaccurſius: cum duo alij, dum in illo meo ad Diui Franciſci domicilio commorarer, in materteræ Fr. Martiniacæ nobilis Taruiſinæ ſarcophago Marci Antonij ambo fuerint tumulati; Quid autē de illis ſcripſerim aliàs, & de alijs, & de matre, & de cōiuge, latino quidem idiomate, hic inferius regiſtrabo. Quòd ſi huiuſmodi ambitio (ſic ferent) aliquibus non arriſerit, id Auctori operis, obſecro, condonetur: cum fortaſſis non abſona eiuſmodi Epicedia, purgatis etiam auribus, ſint futura.

D. M. A.

BVRCHELATORVM FAMILIÆ IN NOVISSIMAM DIEM
QVIETIS LOCVS.
COND. MXD. RESTAVR. MDLI.



Digitized by Google

Ioanni Bapt. patri meo morienti 1564. dum annum agerem 15.

*Conquereris moribunde parens diſcedere, Natum*
*Deſtituens caſſum, te ſine rite Duce:*
*Quid mihi proficient logices elementa dolore*
*Traiectus querulo quæris, amate Pater?*
*Proh dolor; hinc abeas nullo turbatus amore,*
*Siue dolore, febris cum peracuta premat:*
*Angelicos mirare choros. tibi ſanctiùs acta.*
*Vita geſtantes præmia digna tua.*
*Me fortaſſe Deus, te illum exorante, iuuabit:*
*Iam dabitur, ſpero, mente quod ambo tenent.*

---

De Ariadna ſorore mea mortua. 1567.

*Cui Natura, Pater ſupreme, elementaq; parent,*
*Carcere ab hoc tetro ad te, ecce Ariadna venit;*
*Collige eam, cæleſtis amor quam fixit, euntem;*
*Pulchra anima, en video te ſuper aſtra, vale.*

---

De Heliſabeth Amiconia vxore defuncta 1581.

*Occidit HELISABETH. flentes pater, atq; maritus*
*Candidulæ huic animæ dant pia vota pij.*

---

De ipſiuſmet partu abortiuo defunc.

*Egreditur vuluam vincens, moriensq; hic: eodem*
*Incipit inſtanti viuere, & ipſe mori.*
*Mors ſibi, vita ſibi: nec mors, nec vita ſibi: quin*
*Vita fuit ſibi mors, mors ſibi vita fuit.*

---

*Feltriæ ad Diui Petri in Vinc. cænob. repon.*

*MAGDALENÆ BVRCHELATÆ TAR. VIRG. PVDICISS.*
*QVAE conſanguineis, Patria, ac Mundi curis penitus*
*Deſtitutis, iſtic Monialis Nomine AVGVSTINA,*
*Poſt annum Denata, ad cælum (Quæ eius erant*
*Patientiæ merita) piè creditur euolaſſe.*

Lictis vltra CCCCL. Aur. Numm. in Monaſterij.
Templiq; amplit. Ex Matris, Fratriſq; tacito
Aſſenſu, ſanctiùs erogandis.
Orent ideo hæ ſacræ Virg. pro Benefact. ſuis.

Barth.

Digitized by Google

## Barth. Burch Phyſ. Sorori ſuæ de ſe B. M. Mon. Poſ. Anno M. R. MDLXXXIV.

Dum admodum R. Patres D. Mariæ maioris proprium ſacrariũ euerterent, vt illud elegantius redderent, ſtratiſq; quadratis marmoribus ſplendidius decorarent, vt factum eſt: in quo quidem ſub ſacra Turri reperiebatur vetus ſacellum, & ſemiſtructum altare: decreueram hanc eandem aram erigere altiùs, illamq; marmoribus, picturis, atq; alijs ſymbolicis acceſſorijs exornare: inſuper ad huius pedes ſepulchrum ſtruere, in illudq; meorum oſſa, ac cineres infra cauædium quieſcentia, tranſportari: iſtam pro viribus ditare, ſiue potiùs, vt dicitur, dotare: cum effodiendo inuentus eſt ibi fons proſiliens, viuus adeo, vt nunquam potuerit exſiccari, quapropter mihi vlteriùs in hoc negotio progredi haud quaquam libuit: quòd ſi ex ſententia ſuccedebat, tale in eadem gentili capella Epitaphiu[m] decreueram reponendum.

D. A.

SACELLVM HOC CVM CENOTAPHIO, ATQ; ARAM AD DEIPARAE VIRGINI PRECES FVNDENDAS, AD BVRCHELATOR. CADAVERA, QVOTQVOT MALVERINT, INFERENDA, AD SACRA PRO VNIVERSIS FAMILIAE DEFVNCTIS ANNIVERSARIA IN PERPETVVM MINISTRANDA.
BARTH. BVRCHELATVS PHYS. IIS, QVAE CHRISTIANVM DECENT. BENEVOLENTIA, OFFICIO, AC PIETATE.
EX R. PATRVM CONSENSV, ELEGIT, CONSTITVIT, DECORAVIT, DOTAVIT. ANNO GRATIAE MDLXXXIII.

---

*De Marcoantonio, & Bernardino, filijs.*

NE PRAE INFANTIA VIXISSE IGNORENTVR GNATVLI DVO SVAVISS. BERNARDINVS HODIE, M. ANTON. ANTE SEX ANN. DEFVNCTI. BARTH. BVRCH. PHYS. AC LIBERA ISTRANIA PARENTES MOESTISS. HOC QVALECVMQ; BENEVOLENTIAE TESTIM. PP. ANNO VIRG. PARTVS MDXC. IX. SEPT.

---

*Quæ in ſuburbano meo tunc ſcripſeram* CHARITATIS.

MORBO PVEROR. HIC CORREPTVS, EXPVLSVSQ; BERNARDINVS GNATVLVS MEVS BIMVLVS ANIMVLA CANDIDA HINC EVOLAVIT AD COELVM DIE IX. SEPT. MDXC. BARTH. BVRCH. PHYS. DOLENS, AC MOERENS P.



Digitized by Google

De altero Marcoant. ad D. Franciſci.

*Naſceris infelix infans, de fonte leuaris*
*Sacro, ac octaua conderis ipſe die.*
*Afflictus doleo, mater dolet, impiger aſtra*
*Scandis: pro nobis, gnatule ſancte, roga.*

---

Idem dixerim de III. Marcoant. qui vixit dies XVII.

---

De Bonacourſio & Vitali IX. die defuncto MDXCIII.
quod dixerim & de altero Bonaccur. qui obijt V. eius vitæ die.

*Vita veni: vah vita vale: Vitalis erat ne?*
*Nomine quippe fuit, re tamen aura leuis.*
*Nate memor citius cæleſtis itineris: euge,* Illi. Illi.
*Vt potes id melius, me quoq; ſancte, doce.*

---

Cæterùm, mirare, lector, humanarum rerum fluxum, ac mutabilitatem, ſiue mutationem, & obſtupeſce. Colligebam in dies hæc Elogia, atq; Epitaphia adminiculo alterutrius filiorum meorum Io. Baptiſtæ inquam, & Io. Franciſci, cum (anno. ſ. 1597.) mihi moritur inopinus dilectus hic filius duodenarius Io. Franciſcus: pro qua iactura mihi lachrymoſa admodum illi hoc hexaſtichum, prçter Hetruſca carmina, deſtinaui.

*FRANCISCVM impubem ſubtraxit Parca parenti;*
*Abſ fundamenta: abſ ſpes hominum ſteriles.*
*Nate vale expecta, veniam: ſub marmore tecum*
*Mox adero: vt tecum ſim ſuper aſtra, roga.*
*Poſtera fama tui viuet; ſi viuere famam*
*Ingenio dabitur, ſorte, vel arte, meam.*

Porrò vltimæ huius amiſſionis crudeli ictu vulnerata mater, inconſolabilis reddita has omnes ex tot filiorum obitu in vnum mecum accumulãs adegit me ad hoc illis epitaphium in candido marmore compingendum.

D. M.

MARCOANT. III. BERNARDINO BONACCVRSIO II. IO. FRANC. Q;
FILIIS VII. DEFVNCT. VNO BONAV. SVPERST.
BARTH. BVRCH. PHYS. LIBERAQ; ISTRAN. PAR. LVCTVOSISS. PP.
MDXCVII. KAL. MAIIS.

---

Nec dolori huic poſtremo valens diutius luctari prædolens mater, dexter quippe illi erat oculus Io. Franciſcus, & dextra manus:



Digitized by Google

corruit miſera cum filijs poſt octauum menſem in ſepulturam.

De cuius obitu Ego conquerens, ac dolens valde, in ſolatium tale illi in albo itidem, perpolitoq; marmore epitaphium exaraui.

DEIP. V. PR.
ET LIBERÆ ISTR. M. GRATIOSISS. VX. ANN. XV. S.
INTEGERR. DIE XX. IAN. MDIIC. CONSEP.
BARTH. BVRCH. PHYS. VIR LACHRYMOSVS, IDEMQ; LACHRYMAB.
INOPIN. M. D.
VALE DVLCE SVI, NATIQ; DIM.
AH MORS SOLIC.

---

*Si in terris, cœlisq; beant merita alta, merendo*
*Vſq; beata fuit* LIBERA*, & eſt, & erit.*

---

*Prioris autem coniugis Epitaphium in rubro marmore iam legamus.*

TR. D. PR.
HELISABETÆ HONESTISS.
CÆS. AMICONII TAR. LEON. TABARELLÆ TRID. F. VNICÆ
BARTH. BVRCHELATVS PHYS. MARITVS
CONIVGI B. M. INSPER. H. M. P.
VNDE TALE? CVI TALE? QVANDO TALE?
AVE VN. PAREN. VIRI, GNATIQ; DELICIVM.
V. AN. XXIX. M. VI. OB. MDXIXC. XVI. CAL. SEXT.

---

Porrò Io. Baptiſta ex hac priori coniuge filius meus vnicus grandior natu, qui mihi ſedulò in hoc obſequio, in hoc inquã conſtruendo cæmeterio, ſiue Monumentorum delectu præſtabat operam, imprudens in cauendo ab imprudẽti, ne fortè dicam impudenti illo, ac barbaro in feriendo, Ecquis à fratre ſibi dilectiſſimo id expectaſſet? inter ſociorum iubila ſcloppo tertiario diſploſa fiſtula pectus transfoditur, & interit improuiſus, proh dolor, pro iactura mihi omniũ maxima, Reuecto in patriam corpore tale illi in B. M. V. Templo ex rubro marmore Epicedium excitaui.

D. M.
IO. BAPT. BVRCH. AMICONIO LL. SCHOLARE OPT. SPEI.
VTRAMQ; FAM. GENEROSIVS ELATVRO, ANNO ÆT. S. XIIX. D. XX.
BELLICO FVLM. TERTIARIO AB AMICO, CONC. AC CONV. AD
OPITERGIVM NEPHARIE INTEREMPTO: DVM TALE NVNQVAM
PRORS. INNOCENS EXPECT. NEC COGITASSET QVIDEM.

BARTH.

Digitized by Google

BARTH. BVRCH. PHYS. ORBVS P. FATA ADVERSA DEPLORANS, EXECRANS ID TELI GENVS, TESTAT. HOC SVPR. SVI, NATI, FAMIL. QVE INFORT. ATTVM. ANNO MDXCVIII. D. XXIV. QVINT.

---

Fleuimus eius peracerbam mortem, vt noſtis, neq; dum nos ſoli, ſed nobis cũ tot Viri celebres carminib. in vtroq; idiomate intermi natis. Quas lachrymas præmiſſa funebri oratione, ſub titulo il Funerale di Gio. Batt. &c. typis impreſſorijs eo tẽpore publicauimus.

Sunt autem quatuor hæc marmora, ſeu marmorea monumenta inibi in Templo nobili Diuæ Marię maioris vlteriùs ſecus aram nõ abſq; arte, & ſtructura diſpoſita, cum mortibus, cum picturis, cum familiarum inſignijs gentilicijs, Burchelatæ inquam, Amiconiæ, Iſtraniæ, vbi, præter alia, in medio eſt mors marmorea, a dextris depictus ſcheletos arundinem manu tenens, cui circumuoluitur talis ſchæda.

VACATE, ET VIDETE.

A ſiniſtris alter eiuſmodi ſcheletos cum hoc chyrographo.

OMNIA PRÆTEREVNT.

Porrò ſuperius ad fornicẽ ſupercæleſte lumen, ad ſemicirculi latera Angeli duo faces præ manibus habitas extinguentes; & ad diametri medium duo mortis brachia longiora manibus lapidem grãdem tenentia, innuentia tamen illum præcipitare, vbi tale eſt additum noſtrum votum.

IAM PARCE RELICTIS.

Vade, lector, & vide. probes id operis, aut improbes, mea nihil refert. hæ mundi huius viciſſitudines, hi eius luſus: hæc hominum ſuperſtitum leuia quidem, ne dicam, vana, ſolamina.

Requiem æternam precare ſodes, & ſoſpes abi.

---

Dum meo huic noſtratium Monumentorum operi coronidem imponere procurabam, anno. ſ. 1603. menſe malo tertiana corripior: & me nondum conualeſcente Paula mater mea annos nata 77. mente valida aſſidua febri correpta migrauit ad Dominum. quo temporis interſtitio tale de Caſtrofranco ad me hexaſtichon miſſum fuit.

Excellentiſſ. Viro, & Domino colendiſſ. Bartholomæo Burchelato, Iacobus Nouellus.

*Quid lachrymas fundis, mœſti gemitusq; reſurgunt,*
*Palladi a ſophiæ gloria, ſplendor, honos?*



Digitized by Google

*Atq; Deus, VIRUM quæ geſsit prouida TERNUM,*
*Muſarum, & phœbi BARTHOLOMÆE decus?*
*Undecies ſeptem Genitrix tua viderat annos:*
*Hinc abijt felix viuens læta polos.*

Cui quidem Domino ſic reſpondi.

*Funera non Matris doleo ſenioris: vt illam*
*Non morituram vnquam crediderim: ſed onus.*
*Ipſa ferebat onus puerûmq; domusq;, uxorum:*
*Quæ domus eſt triſtis non olet illa ſenem.*
*Tres Deus, oro, iuuet, Te, me bis: matremq; ſuperne:*
*Trinis detq; animis numina trina coli.*

---

Oritur mihi filius die 24. Aug. 1606. cui nomen indictum Michael. hic viſus eſt mori die 12. Decembris: vnde ſic prædolens conſcribebam cum ſequentibus, vſq; ad diem 12. Ianuar. in qua emigrauit ad cælum. ni graue eſt, legas.

Michaeli Filio morienti 12. Dec. Barth. Burchelatus Phyſ.

*Vix viuens Michael natus mihi veſceris aura:*
*Cumq; alijs Natis concidis ante meis.*
*Et video, & doleo: nec poſſum, nec ſcio ferre*
*Infanti auxilium: en lac tibi, cura frequens.*
*Nonus es ex illis maribus (proh germen inane.*
*Burchelatorum) Fratribus affer aue:*
*Atq; refer, manſiſſe mihi tres, Gnatule, gnatos,*
*Tres Natas pariter viuere adusq; mihi.*
*Pro matre, atq; Patre: inde tuis pro fratribus ora,*
*Puſio trimeſtris, pupule care meus.*
*Vt bene res vertant cunctorum: vt deniq; tecum*
*Mundo corde Deum contueamur. Amen.*

De eodem reuiuiſcente die 16.

*Proh Deus, atq; hominum ſator, & Reparator, & Auctor.*
*Deciderat certè filius iſte meus;*
*Nec ſemel, atq; iterum: ſed terq; quaterq; miſellus,*
*Nil lactens, oculis captus, & ore manu.*
*Emerſit tandem capitis tumor improbus: vnde*
*Erupit ſanies turbida, fuſca, putens:*
*Cœpit & hinc oculos aperire, manusq; pedesq;*
*Motare, inquirens vbera & ore puer.*

De

Lactere, & ſomnum capere: atq; hinc ſumere vireſ:
Vſq; adeo vt viuat, mortuus ante, mihi.
Fauit quippe Deus: vitam dedit hic Michaeli:
Quare illum ſtatuo, doq; dicoq; Deo.

De eodem puerulo remoriente die 17.

Ecce & adhuc moreris, vacuas ſecedis in auras:
Deſtituunt vitam lumina caſſa tuam.
Eſt, & non certè monoſyllaba cuncta reuoluunt
Viuus es heſterna, mortuus hacq; die.
Nec tamen extinctum video te, gnatule, prorſus:
Quis ſcit an ad lucem mox reuoceris item?
Hor. Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ
Tempora Dij ſuperi? Flaccus vt ode tulit.
Nil loquar interea, niſi Chriſtum deprecer, vt te
Tollat, reſtituat, pro meliore tui.
Tollat, reſtituat te Chriſtus, deprecor, idq;
Pro meliore mei, pro meliore tui.

Die verò 18.

Concidit indubiè. Michaelis ſpiritus aſtra
Nunc petijt certo certiùs, indubiè.
Mortuus eſt natus centumq; decemq; dierum
Præcisè: ſecum ſpes quoq; cuncta ſui.
Proh dolor vt ſoler me: & matrem, dixero, gnatum
Liberum ab innumeris propterea eſſe malis;
Non aqua, non ferrum, non ſors rabioſa necabit:
Non ignis, peſtis, non malus arte comes.
Non peccata trahent hunc ad tenebroſa gehennæ:
Nec cadere hic alios coget ad atra ſoli;
Angelus aſt cæli pro nobis, ſpero, receptas
Ante Deum blandas diriget ille preces.

Nocte autem ſubſequenti.

Fallor adhuc, fallor: viuit poſt funera, viuit.
Quem nobis tumulo tradere cura fuit.
Reſpirat Michael, ſuſpirat, & oſcitat; ecce
Fortius & lactet, digerit, atq; cubat.
Viuet certè, & erit miraculum ab ordine Diuûm:
Namq; Deo hunc ſtatui tradere, doq; dico.
Eſto igitur Monacus, ſeu clericus, vſq; fidelis.
Vt velit ipſe puer, ſic, velit ipſe Deus.

Quo

Digitized by Google

*Quò quandoq; memor matriſq; patriſq; laborum*
*Atq; precum, diſcat fundere iure preces.*
*Præcipuè, quoniam poſtquam pia vota tulerunt,*
*Mortuus ille puer viuere, monſtrat adhuc.*

Die tandem 2. anni 1607.

*Proh Deus. en viuit Michael meus: ille, priùs qui*
*Sanior omni alio natus in orbe fuit;*
*Sexaginta dies vixit pulcherrimus, vſque*
*Ad variolarum ſordida ſymptomata:*
*Vnde per ille dies totidem nutauit, vt eſſe*
*Dixeris extinctum, qui modò viuus erat.*
*Viuit, & apparet victurus: cum tamen omnis*
*Eius ſit, dicas, vncia ſola caro.*
*Non eſt os vllum, quod non numeretur in illo:*
*Vera loquor, ſcheleton cum cute cerne ſuper.*
*Vlcera manſerunt, curantur. ſuſcipe Natum*
*Hunc modò, qui ante meus, Chriſte benigne, tuum.*

Deniq; die 4. Ian.

*Homodei, Ondedeus diceris: Doctor vt ille* Onded. I.C.
*Homodei celebris dicitur Ondedeus.*
*Tu noſter Michael, ſpecies modò priſtina vertat.*
*Et decor, & facies, forma, figura, color.*
*Et venient, ſpero, tibi cuncta hæc, Angelus vt ſis,*
*Nate, Dei, elegit nam, puto, te ipſe Deus.*
*O vtinam mores ſimiles tibi ritè ſequantur.*
*Virtutes pariter, gratia lata, modus,*
*Quò valeas Domino ſeruire remotus ab omni*
*Fœda labe libens, atq; rogare frequens.*
*Vnde ego & ipſe Deo referam pro munere tanto,*
*Grates continuas, voceq;, corde, manu.*

Poſtremò die 12. Ianuarij 1607.

Obijt prorſus Michael filius meus. quare ſic tandem.

*Dictus es (ah Michael fili) modò viuus, & inde*
*Mortuus: hinc viuens diceris, inde cubans.*
*Tandem te viuum tulimus, prædiximus eſſe* Virg.
*Victurum, viuum te dedimuſq; Deo.*
*Ah vanas hominum mentes, ah pectora cæca,*
*Dixit vt ante alius Nobiliore loco.*
*Mortuus es certè: modò certè fulgidus aſtra*



Digitized by Google

*Cælica transcendit ſpiritus ille tuus.*
*Centum vixiſti, trigintaſexq; diebus*
*Ex media ſummus parte, aliaq; dolens:*
*Homodei dicendus eras, nunc Angelus extas*
*Indubiè in cælis: pro patre funde preces.*

---

Protractum adeo tempus eſt harum publicandarum Inſcriptionum, vt aduenerit annus MDCVIII. ſub quo IX. Cal. Sept. mihi obijt diem ſuum dilectiſſimus filius, ſuperſtes ille, Bonauentura. Fleuimus illum per librum integrum, carminibus in vtraq; lingua editis varij generis, latinaq; Oratione. libri titulus. Condoglienza per l'acerba morte di Buonauentura Burchelati. &cæt. amodo parcat relictis Deus: verumtamen fiat uoluntas Domini ex hoc nunc, & vſq; in ſæculum: cui quidem in cunctis meam reſigno penitus voluntatem: omneq; pariter votum meum.

Ex B. Iob.

*Vt domino placuit, ſic factum: ſit Benedictum*
*Eius nomen ibi, velut eſt in cardine cæli.*
*Res hic diſponit qui ſuauiter optimus omnes.*

*Marmor cum alijs reponendum.*

*Et BONAVENTVRA occubuit Bonus ille ſuperſtes*
*Filius: huncq; libro doctæ flevère Camenæ.*
*Viuant Cæſareus, Baptiſta, Agapytus, amata*
*Pignora, quos Agnes peperit mihi Tertia coniux.*
BARTH. BVRCH. PHYS. P. P. P. MDCVIII.

---

Poſtremum omnium (parcat lector, idq; concedat operis auctori, quod mox dicebam) cum infra Templum vltra capellam B. M. V. mihi à RR. Patribus datus fuerit locus, vbi in amplo pariete marmora prędicta diſpoſui, ac inſigniui, ibidem & decreui nouũ ſepulchrum ſtrui: ſiquidem vetus confertum ſuperq; ſatis eſt infra clauſtrum: quo loci neutiquam poſſunt fęminę diuerſari, vt ſuorum facilius memorẽtur: atq; ſubinde elegi tale marmori epitaphiũ ſcalpi.

PARENTIBVS, FRATRR. SORORR. BINIS VX.
TVM PLVRIBVS FIL. MARIB. INFARCTO INTVS
ANTIQVO BVSTO COMPOSITIS.
RENOVATA STIRPE, NOVVM HOC MONVM.
SIBI, ET POST. PAR.
BARTH. BVRCH. PHYS. ANN. AGENS LXVIII. MDCXVI.
MORIENDVM CERTE EST. ET ID INCERTVM,
AN HAC EADEM DIE.

Ad

*Ad Diui Nicolai ſecus aram pietatis.*

CHRISTOPHORO A SAPONE MARITO, ET IOANNI FILIO VRSA MOESTISS. VIVENS PIENTISS. POSVIT. MDXX. IDIB. NOVEMB.

*Eſt aliud frequentatum magis in cæmeterio Templi cathedralis ad Leones iuxta ſcalas, quadr. vbi nihil inciſum eſt.*

---

VRSVLÆ CONIVGI DILECTISSIMÆ FRANCISCVS NIGER CIVIS TARVISINVS SIBI, ET POSTERIS F. C. MDXXVIII. *Nõ lõgè.*

---

*Penès baſilicam ſacræ Turris.*

BENEDICTO DE BETHIGNOLIS DE BRIXIA, ET HAEREDIBVS SVIS. MDXL.

---

*Ad intercolumnium à dextris maioris baſilicæ grande marmor.*

M. ANTONIVS BROCCA BENED. F. CIVIS TARVIS. SVA OMNIA FORTV. BONA AD PIAS CAVSAS TESTAM. RELIQVIT. EX BONORVM PROVENTIB. PVBLICANORVM, ARTIFICVM, ET CIVIVM PAVPERVM FILIAS NVBILES CASTE VIVENTES, ET INOPIA Maxima laborantes C. AVREORVM Nummùm Dote ſingulis Aſſignata, non per ambitum, ſed ex ſummâ paupertate.

*Quotannis nuptum dari iuſſit.*

Hoc quidem Teſtatoris Decretum in controuerſiam deduxerũt æmuli. PRÆTORES ſumma Religione, & iuſtitia clariſſ. LEONAR. MOCEN. FRAN. LAVRED. ET FRAN. MAVROC. De controuerſijs cognouerunt. Piam Teſtat. Voluntatem. Obſeruandum fore ſtatuerunt.

*DE obſeruatione leges tulerunt.*

*PRÆTORVM ſententias SENA. approbauit.*

Hunc publicani, & Artificum collegia; Hunc Popularis ord. ciues, ob tale tantumq; Beneficium in filias collatum, probè laudarũt, & publico hoc dignum MONVMENTO cenſuerunt. Populi Rogatioñe, ſacri huius cænobij PRIOR. MVTARII. ET VNCIARII Vectigalium conductores, commiſſarij, & Execut.

TESTAM. MON. POS.

Vixit Annis LVI. Obijt MDXC.



Digitized by Google

*Duo buſta ante portam Aquilonarem.*

*Iulian. Maroſt. Med. D.*

BARTHOLOMÆVS MAROSTICA CIVIS TARVISINVS, ET SIBI, ET HÆREDIBVS VIVENS POSVIT. MDLII.
FRANCISCO AB AQVA CIVI TARVISINO ET HAEREDIBVS SEPVLCHRVM MDLII.

*Ad D. Maria IESV infra T. ante fores.*

FRANC. ARCADIVS, ET SVI HAEREDES. MDLVI.

*Ab hoc nec quidem diſtans.*

*PETRO FRATRI SVO DILECTO IOSEPH A CRVCE CIVIS TARVIS. ANT. VENETI F. VIVENS SIBI, POSTERISQ; SVIS CONSTRVI FECIT. MDLV.*

*Ante ſacellum D. Petri Apoſtoli.*

LAZARI DE ARQVATO CIVIS TAR. OSSA HIC CVBANT. FRANCISCVS F. PIETATE PATERNA EX ALIO LOCO TRANSTVLIT. ET SIBI, AC POSTERIS F. C. MDXLVIII.

*Io. Franciſcus art. & med: Doc. Prothomed. Portus Naonis.*
*Io. Andreas Lazari viventis Fil. defunc. cler. Theol. Doct.*

*Infra ad portic.*

..... Matronæ BARTHOLOMÆÆ CAVONAT. IOANNES FAC. FRATER, ET SIBI AC POST. SVIS.... TERTII ORDINIS.

*In capella Nominis IESV marmor nob.*

D. O. M.

IO. NICOLAE ROSINA C. T. VIRO CONSVLTISS. FILII OBSEQVENTISS. PP. SIBIQ; ET POST. ANNO D. MDCX.

D. O. M.

*Non longè.*

TVMVLVM HVNC D. BORT. A RAGATIO C. T. PRO IACOBA EIVS NEPTE, PRO SE, SVISQ; HÆR. EFFICIEN. CVRAVIT. MDCII.
*Doctores legum Fabricius, Iacobus Ant. & Bartholus.*

*Infra ſacellum teſtudineatum ſancti Ioſeph.*

Bernardinæ ſorori ſuæ vid. & Antoniæ eius fil. Virg. nuper nuptis, mox decumbentibus. Barth. Burch. Phyſicus.

*Bernardina dolens primis, aſt læta ſecundis*
*Tedis, Filiolæ connubia apta parans*
*Concidis; interea nupſit tua Nata mariti*

*Filiæ*

Digitized by Google

*Filio: & inde quater dena obit illa die.*
*In gremio, vnde prius dederat, mox accipis illam.*
*Sancta animæ ad cælos ite, redite ſimul.*
Anno Dom. M D C. menſe Iun.

---

*Ad Diui Franciſci phanum ſtatim infra fores ad dext.*
HIER. Q. PETRIANT. ET BERNARDVS Q. BARTHOLOMÆI, ANTONII, ET ALEXANDRI Q. TRVSARDI, ET BONANNI Q. CHRISTOPHORI DE BOSELLIS CIV. TAR. ET HÆREDVM SVORVM. MDLXXVI.

---

Admirandæ indolis puero Ioanni Mariæ Tumba hæc condita primo Gratia cuius Patruis Mærentibus, Genitoriq; ſuo Vitali, eorumq; hæredibus de Pergamo nunc ſaxca manet. 1498. ſept. Decembris. Compoſita triſtis. *Ab hoc parum diſtans.*

---

*Infra canadium amplum marmor.*
SEBASTIANVS A FERRO MORIBVS, ET PIETATE NVLLI SECVNDVS, PARENTIBVS, ET DEFVNCTIS FRATRIBVS, SIBI, CÆTERISQ; SVIS PIISSIME POSVIT DIE XIX. MEN. APR. MDLIIII.

---

S. OLIVERII, ET FRATRVM DE CAMPRETO
S. SER LAVRENTII DE MARESIO CIVIS TARVISII.
ET SVORVM HÆREDVM.

---

Hic, veluti & in iſtiuſmodi alijs locis plurimis facere potuiſſem, vnum perpendo, meo quidem iudicio, non ita floccipendendum: ſitq; hoc loci iſtud Epiſſodium conſtitutum, cum non amplius extet Taruiſij iſthæc familia: ne forte fortuna ab aliquo poſterorum ob id interea ſuggillarer. Dico igitur, Aliud ſignificari dum marmori inſcriptum eſt, Poſuit ſibi, & ſuis: ſeu talibus, poſteriſq; eorũ, aut ſuis; aliud dum ſcriptum eſt, ſibi, & hæredibus ſuis ſiue, vt in ſupraſcripto Epitaphio. Sep. Ser Petri, & ſuorum hæredum; Quandoquidem illud iurè vtiq; ac propriè dictum eſt: Iſtud verò non ſemel impropriè, præterq; rationem. Sed, amabò, rè latiùs explicemus. Quòd ſepulchrum quis ſtatuens vxori, filijs, deſcendentibus ſuis inquam, & poſteris conſtituat, & ſibi, iuſtum eſt prorſus, ac laudabile: ſunt hi etenim prognati, nepotes, domeſtici, & de familia, & quemadmodum in quibuſdam antiquis Elogijs reperitur inciſum, Ne de nomine exeat Familiæ ſuæ. Cæterùm dum inſcribitur ſibi vxori, tali, filio puta, & hæredibus ſuis, ſiue Monumentum talis, & ſuorum hæredum: non ita plenè, & aliquando non ita verè prolatum eſt: tum quia interdum euenit, vt, qui defunctus ibi tumulatur, dum viueret

totam

Digitized by Google

totam abſumpſiſſet ſubſtantiam adeo, vt potius, filios reliquerit, quàm hæredes: non etenim eſt hæreditas ſine ære, ſine inquam, quæ quæ fuerint, fortunæ bonis: neq; omnis homo feſtinat, ac obruitur in re facienda, vt dicebat Flaccus, quò ſibi acquiſitę relinquat facultatis hæredes; vel ſiquis obiens diem ſuum relinquit hæreditatem, & quidem amplam, & filios, & hæredes, non malè dixit, filijs, & hæredibus ſuis, quaſi dixerit filijs, qui & hæredes ſui, ſed nec quidem penitus benè, ſicut mox dicam; aſt ſi præmoriantur filij, ſeu ſi illo inibi ſepulto, poſteri filij, & hæredes conſumpſerint hæreditatem, vēdiderint prædia, & domicilia, quod non ſemel euenit, ſiquidem, vt optimè ſcriptum eſt, De malè acquiſitis non gaudebit tertius hęres, & ſi Deus velit, etiam marmoream ſepulturam, non quidem prorſus hæredibus erit hæc conſtituta, ſed potius extraneis, qui abraſo eiuſmodi Epitaphio inſcribunt aliud alterius nominis, & familiæ, quod diebus noſtris vidimus non ſemel, viderunt et maiores noſtri, fleueruntq; talem iacturam, & pariter viſuri ſunt poſteri: aſt rem intimius penſitantes dicamus, liquiſſe quidem inſtitutorem marmor certis nepotibus ſuis ſ. conſumptoribus, à nepa, id eſt, ſcorpione, qui, vt Plinius inquit, deuorat omnes filios ſuos, vno excepto, in hoc ſcorpione minoribus, quod non vno excepto marmoreo buſto, venundant omnia, ſed & ipſum etiam alienant: vnde Sueton. in Cal. nepotinis ſumptibus omnium prodigorum ingenia ſuperauit; & Seneca de Benef. Veto liberalitatem nepotari. i. in prodigalitatem verti, ac propterea nec filijs, nepotibus, aut pronepotibus, ſed extraneis, contra volūtatem conſtituentis: & non hæredes, aut ſui poſtea monumentum capient, ac hæreditabunt. dicebam, quod non penitus benè dixerat quis, filijs, & hæredibus ſuis: quandoquidem ſubſtituit nonnunquam Teſtator filio, ſeu filijs, hæredem extraneum, alterius inquam familiæ, ſit modò cognatus, aut affinis, nec ne, nihil moror, qui nequaquam, licto proprio eius familiæ monumento, in hoc alienum migraret, & propterea illo deſtituto alteri oblitum hoc monumentum adiudicatur. Dicamus iterum, quis inſcribit ſarcophagum ſibi, & hæredibus ſuis, hic relinquit ſanè filios, & domū, & agrum, filij hæredes domus, & agri vendunt utrumq;, quiſnam poſtea eſt hæres hæreditatis huius relictæ à teſtatore hæredibus ſuis, domus inquam, & agri? extranei quidem, ac alienigenæ, quod ſi dixiſſet duntaxat ſuis, non erraſſet, quippe qui non de hęreditate, ſed de ſarcophago tantùm uideretur locutus. Mihi ſummopere placent antiquiſſimæ illæ inſcriptiones Romanæ, quæ ut plurimùm, cum de poſte-

Plin.

Suet.

Sen.

ris loquerentur, dicebāt, modò poſteris, modò ſuis, rariſſimè autem voce hac, hæredib. utebantur, imò nominabant ſæpè ſæpius, quos uolebāt, & quidem plures, in eomet tumulo ſepeliri, quemadmodū patet per marmora antiqua plurima, & præſertim per illa innumera, quæ ponit Ioannes Gruterus in libro illo maximo Inſcriptionum totius orbis Romani. Sed & adnotare ſufficiat Bern. Scardeonium ex iis, quę Patauij extant, marmoribus plura eiuſmodi, vt, cernitur, regiſtraſſe.

Modò inſtitutam Epitaphiorum noſtrorum ſeriem proſequamur.

---

SEPVLTVRA RIZZARDI Q. D. IOANNIS DELLA VAZZOLA, ET SVORVM HÆREDVM.

---

*In Templo.*

HOC EST SEPVLCHRVM D. MATTHÆI A CABALLETTO, ET SVOR. HÆREDVM. QVI OBIIT DIE IX. APR. MDLXXXXIX.

---

MONVMENTVM D. ANGELI COLLALTELLI, ET SVORVM HÆREDVM. MDLXXVII.

---

*Iuxta aram D. Sebaſt. ſub imag. B. M. V. marmor.*

MDCIII. XX. DECEMBRE.
VITTORIA MARIA DI SVA MADRE ORSOLINA OLIVOTA, ET DI SCIPIO SAMMARTINO AL PAR DI OGN'ALTRA SVA FIGLIVOLA CARAMENTE AL MONDO AMATA. VISSE MESI XXV. D.
P. P. P.
Id eſt pater plorans poſuit.

---

Obijt foris hoc anno 1615. die 6. Febr. Franc. Sammartinius Eques ferme centenarius, Scipij dicti Pater. Hic animaduertendum, quòd extat ibi ſepulchrum nobile commune cum horum cognatis Stellinijs C. T. uiuit Nicolaus Stellinius legum Doctor.

---

*Ad Diua Margarita. Ad aram ſancti Gottardi.*

EX TESTAMENTO D. IOSEPHI CARIOLATI CIVIS TAR. D. VRSA DE VONICO EIVS MOESTISSIMA VXOR EREXIT ANNO DOMINI MDLXIX. MENSE IANVARII.

---

*Secus Templi medium pulchrum marmor.*

BERNARDINO GANDINO PATRI OPTIMO VINCENTIVS F. SIBI, AC POSTERIS. MDVIII.

DISCRE-

Digitized by Google

*Ulterius.*

DISCRETI VIRI SER. DOMINICI FORNACARII CIVIS TARVISII, ET EIVS FILII OLIVERII, QVI SEPVLTVS FVIT MCCCCLX. DIE III. IVLII.

*Ad aram B. Mariæ Virginis nuper erectam, exciſura, pictura, auro, deuotione magis, illuſtrem valde.*

HANC CHRISTIPARAE VIRG. MIRACVLOSAM IMAG. ALIBI DIV INCVLTAM STEPHANVS CATHANEVS CIV. TAR. ALEXANDRI DE CASTILIONO F. IN SOMNIS MONITVS, AEQVI, BONIQ. CONSVLENS HIC GRATVS REPOSVIT. ET LOCATAE LOCVM HVNC VNIVERSVM, VT VT POTVIT, RESPONDERE SVO SVMPTV CVRAVIT. ANNO SAL. M. D. CII.

*In marmore autem ſep. humi ante aram ſtrato.*

STEPH. CATHAN. SIBIQ. AC, POSTERISQ. SVIS HOC PARAVIT. M. D C. V.

*Verſus aram magnam.*

SEPVLCHRVM DOMINI IOANNIS PARENZANI ET SVORVM HAEREDVM. MDXXVIII.

Viuit Parentianus Parentianus Iureconſ. nouiſſ.

*Ad aram ſub campanile ſepulchrum elaboratum.*

BARTHOLOMAEO DE PENCIO AVVNCVLO MALACREA DE MALACREIS V. PIE DE SVA PECVNIA MCCCCLXII. XII. DIE DECEMBRIS.

*Infra cauæd. ſub porticu.*

SEPVLTVRA....RVMBERTHI, BARTHOLOMAEI, ET PVCINI ET FRATRVM DE PRATO....IN CIVITATE TARVISII, ET IPSIVS CIVITATIS CIVIVM: NECNON SVORVM HAEREDVM.

HIERONYMI LILII CIVIS TARVISII, FERRAR, ET PERVS. ET HAEREDVM MDXC. R.

SEP. D. AND. BLANCO, ET HAER. MDXLII.

BVSTVM D. GIRARDI DE GRIGIS, ET SVOR. HAER. AN. D. MDLXXV. D. XXVIII. OCT.

AVR.

Digitized by Google

AVR. BON. INSTAVR. PRO SE, ET HIER. MDL.

Eſt Sep. D. Aurelij Bonon. C. T. hi dicebãtur de Naſellis de Bonon.

---

ILLORVM DE MAZZOLENIS MDXCVIII.

---

HÆC SEPVLTVRA EST EGREGII SER IACOBI DE CIANO CIVIS TARVISII. QVI OBIIT ANNO DOMINI MCCCCLXXXIII. DIE IX. AVGVSTI. ET SVORVM HÆREDVM.

---

*Ad Diuæ Catherinæ quaſi ſub organo.*

SEP. D. GVERINI PELYCANI CIVIS TAR. ET HÆREDVM.

---

*Ad Diui Theoniſti ante aram s. Cather.*

RHOLANDO PERETIS PATRI OPT. HIERONYMVS F. MOESTISS. P. MDXLIII.

---

*Ad Diui Pariſij Templi med. ante eius ampliationem.*

IO. ANT. CLAVDIVS CIVIS TARVIS. ET VRSINA HOSTIANA DE VER. QVI MORITVRI VIXERVNT. MORTVI HIC MELIOREM VITAM EXPECTANT. MDLXVII.

---

*Ad Diui Stephani. ſep.*

D. ARCANGELI DE ALBERTIS. OB. MDLXXXI. MENSE APR.

---

Bernardus eius fil. leg. Doct. viuens. Stephanus huius fil. leg. Doct. defunctus. 7. Ianuarij MDCXVI.

ANTONIO MAROSTICANO, ET THADÆÆ MATTHÆACIÆ PARENTIBVS BENEMERITIS BARTHOLOMÆVS MAROSTICANVS, FILIIS, ET SIBI, ET... PVS. V. F. ANNO MDLXXXV.

---

*Ad Diui Laurentij.*

MARTINI, ET PETRI FRATRVM DE AMICONIBVS CIVIVM TAR. ET SVORVM HÆREDVM.

---

Burchelatorum inquam: ſi qui iſthic maluerint inhumari.

---

*Secus Templi medium.*

*HORTENSII DE FABRIS OSSIBVS VXORI, ET PRIVIGNAE VIVENTIB. M. C. VI. IDVS DECEMBRIS MDLXXIII.*



Digitized by Google

*Marmor in muro extus ad fores.*

IOSEPHO DELPHYNIO TAR. BENEDICTI F. PATRI, AC IOANNI
PATRVQ. SIBIQ; FRATRIB. POSTERISQ; SVIS, AC HIERONYMO
DELPHYNO IVLII F. OB ANIMI INTEGRITATEM, ET CANDOREM,
AC SINGVLAREM FIDEM CLARISS. AVLAE ROMAE VIRIS GRATISS.
LAVREN. DELPHYNVS AMORE, ET SANGV. CONIVNCTISS. P.
VIXIT ANNO XXXVII. MENSEM I. DIES X.
OBIIT XV. KAL. AVG. MDXCI.

---

Gaſpar Delph. art. & med. Doct. annum ag. 33. decubuit, anno 1614. die 4. oct. quare tunc ego pro illo hmôi tetraſticum exaraui.

*Delphynus periјt Medicus medicatus egentes*
*Optimè: at inuenit nil ſibi proficuum.*
*Quare ne vlterius medico quis dixerit, ipſum*
*Te cura: ille etenim non medicus, ſed egens.*

---

*Ad Diui Andreæ Ap. marmor muro infixum.*

FRANCHIDORO PARTIO C. T. VIRO FORTISS. VT MANIB.
EQVINAM SOL. FRANGERET. MALVM COT. EXPRIMERET.
ET IIII. VNIT. LANCEIS CONFLICTARET.
FRANCHID. PART. VIRTVT. ATAVI MEMOR H. M. P. C.
ANN. DOM. MDVIC.

---

ASCANIO IVSTINIANO NIC. F. CIVI TAR.
Viro ingenuo, ad mores, ad decus nato, alioqui ſano, perambulanti, Equitantiq;, improuiſa Apoplexia forti correpto, dum ſurſum calceos pronus traheret, ſtatimq; vita functo.
Amici Grati Hominis memores PP.
Ob. die X. Decembris MDCVIII. Æt. ſuæ anno LII.
O HVMANA VITA ex æquo breuis, ac fallax, Quot decipis Hominum miliaria, nihil tale cogitantium, inopinatò ſcilicet Defunctorum.

---

Legere eſt caput 53. libri 7. C. Plinij Secundi, vbi de mortibus repentinis, eiuſmodi caſus. ſ. Nullis euidẽtibus cauſis obière, dum calciantur matutinò, duo Cæſares, Prætor, & Prætura populi Rom. functus Dictatoris Cæſaris pater. hic Piſis exanimatus, ille Romæ.

---

*Ad Diui Auguſtini marm. ſep.*

SEPVLCHRVM MAPHÆI DE PICHALEIS, SVORVMQ; HÆREDVM.
MDLVI.

Inibi,

Digitized by Google

*Inibi, nec quidem longè.*

OSSARIAM A IOANNE SEMPRONIO
PARATAM MDLXI.
TEMPLI SOLO REFORMATO.
POSTERITAS RESTITVI VOLVIT. MDCXV.
Viuit Ioannes Sempr. legum Doct.

---

*Ad Diui Martini ſepulchrum.*

IOANNIS MANFREDI, ET POSTERVM. MDLXXVIII.

---

Ad D. Pancratii ante aram B. M. Virg. marmoral.

*Condita perpetuò MANFREDVM hic oſſa quieſcant*
*Sic Tuba dum CHRISTI, ſurgite, finis adeſt.*

---

Dominicus Manfr. LL. Doct. vita functus, & Balthaſſar
LL. Doct. Canon. viuens.

---

*Ad Diui Thomæ Templi medium.*

IN Hoc Tumulo Quieſcit, & cinerem habet, FABRICIVS a
Tabulis, Qui ex iuſſu Illuſtriſſ. Cardinalis FERNENSIS Templũ
hoc de Anno MDLXXXII. Reſtaurauit.
Obiit die XV. menſis Septembris MDLXXXXVII.

---

Viuit presbiter Lucilius huius fil. Theologiæ Doct.

---

*Ad Diui Michaelis ante Sancti Arcangeli aram.*

LAVRÆ VXORI DILECTISS. QVIESCENTI
PETRVS POSTHVMIVS MOESTISS. EIVS VIR HANC
AETERNAM SEDEM VSQ; AD NOVISS. DIEM,
SIBIQ;, SVISQ; POST. AC DESCENDENT. PRAEPA-
RAVIT, ET PIE POS. ANNO MDCVIII.

ITERVM CARNE, ET PELLE MEA
CIRCVNDABOR, AC IMMVTA-
BILIS RESVRGAM.



Digitized by Google

# EXTERIS TARVISII TVMVLATIS

## BARTHOLOMÆI BVRCHELATI

### PHYS. APOSTROPHE.

QVuotquot Viri aduenæ, atq; exteræ Mulieres, cuiuſcumq; conditionis homines quoquo tempore huc appuliſtis, mundum credite vniuerſum eſſe vnam veluti ciuitatem dūtaxat, vt vbicumq; mori contigerit, in propria hominis patria occumbere dubio procul ſit ſtatuendū; & Anaxagoras, philoſophus ille inſignis, Lampſaci moriens, in patriam transuehi mortuus recuſauit, tantumdem eſſe, vbi vbi terrarum moriamur, itineris ad inferos (nos dicamus ad ſuperos) aſſerens metiendum. Verū enimverò neq; ob id tantùm vos conſolamini, ſed & alacriùs gaudete, q̃ in ea ciuitate vobis diem veſtrum obire contigerit, in qua tot generoſi, tot ſapientes, tot ſancti homines vitam cum morte, imò dixerim mortem hanc tenebroſam cum vita illa cæleſti, ac perpetua, commutarunt: in ciuitate inquam ante mille, et quingentos, & ſexaginta annos ſacri Baptiſmatis ſigno, Chriſto Domino initiata. Propterea, ſanctæ animæ, cum nos hic in terris ſimus aduenæ illi, ac exteri homines, qui permanenti ciuitate caremus, & continuè peregrinamur ad Dominum, quæſo Vos, ſummum, atq; vnicum Aſſertorem humani generis exorate, vt nobis futuram illam, quã iamdudūm potimini, ſanctam quærentibus ciuitatem, regni inquã cælorum ianuam clemens referet: quò & nos in ſempiterni Regis gratiam tandem recæpti, paratum bonis regnum à mundi exordio iſtuc veniamus per Dei miſericordiam poſſeſſuri.

Exterorum, aduenarumq; Taruiſij Monumenta

*Et ex his plures euaſerunt cives Taruiſini.*

Ad Diui Petri Templum Præſulis.

*Ad baſim magni altaris ſanctiſſ. Crucifixi.*



Digitized by Google

IOANNES FONTANA CHRISTOPHORI VARINONIS AVERARIENSIS
FILIVS INTER CIVES OPTIMOS MERITO SIBI, ET POLIXENÆ
VXORI CARISSIMÆ, AC SVIS.
V. MCCCCLXXXXIII. F.

---

*Humi vero in ſtrato marmore.*

SEPVLTVRA SER IOANNIS FONTANA VARINONIS DELLA
FONTANA AVERARIENSIS CIVIS, ET HABITAT. TARVISII.
FACTA PRO SE ET SVIS HÆREDIBVS MCCCCXCIII.

---

*Secus altare pictum.*

SEP. DOMINI VINCENTII DE SACILLO, ET LAVRÆ
EIVS VXORIS. MDLXXXI.

---

De Montona, de Syluellis, iam vidiſti ſub alijs titulis.

---

Græcæ feminæ vt audio, antiquũ marmor, in campo ſacro ſecus campanile. Pro qua fiunt inibi perpetua anniuerſaria.

Nob. Matronæ Archalonæ de Gabo ſepulchrum. Quæ obijt 1354.

SEPVLT. D. BALDRACHI DE AGAZARIIS DE
MONTEBELLVNA, ET SVORVM HÆREDVM.
M C C C L V I I.

---

*Ad leones ad læuam.*

IOANNES DVLCIS BERGOMENSIS
FRATRIBVSQ; AC HÆREDIBVS SVIS
VIVENS POSVIT.

---

Viuit Ioſeph Dulcis Theologiæ Doct. & canon. Tar.

---

*Non longè.*

DOMINVS THEBALDVS DE CRISPIGNAGA.

---

*Ad intergerinum parietem cenotaphium marmoreum cum pyramide.*

HIERONYMI INFAN. PVLCHERR. AC SVAVISS.
CINERES RET. GRIT. PRÆT. PRÆF. Q; AC LAVRA
IVSTIN. PARENTES AMORIS IN CIVITATEM
PRÆCIPVI MONVNENTVM INSIGNE MOESTISS.
RELIQVERE. OBIIT KAL. IAN. MDLXXXI.
VIXIT MEN. XVIII. DIES VIII.

Ad

Digitized by Google

Ad canonica ſub dio. Sepult. Michaelis de Beuoleto, & Mot. Hier.
Ibidem. S. Domini Reprandini de Vidoro.

*Iuxta in ſuperliminari D. Mariæ Angelorum.*

Antonius Manuetis Carpienſis reſtaurauit. Anno Dom. MDCIV.

*Ad Diuæ Mariæ maioris ante oſtiolum.*

BENEDICTO PESENTI MANTVANO
SEBASTIANVS FILIVS, ET SIBI, ET POSTERIS POSVIT.
OBIIT. PRIMO IAN. MDXXXX.

*Sub choro.*

FRANCISCVS PARENTINVS BARTHOLOMÆO FILIO
DILECTO, ET SIBI, ET POSTERIS V. F.
MCCCCLXXXXVII. DIE XX. MAII.

*Ad Diui Nicolai.*

*Ante Monaſterij oſtium arcæ ſpectabilis cum coopertorio.*

HÆC EST SEPVLTVRA DOMINI BLADENI MARZATORIS
VENEC. ET HIC REQVIESCIT IOANNES DE BLADINO EIVS
NEPOS ANNO DOMINI MCCLXXVI.
HOC OPVS FECIT DONATVS MAG.
SANCTI MARCI DE VENEC.

*Extra Templi frequentes fores.*

D. MAX.
PAVLVS BVXATVS ALEXTANVS EPIROTA
SIBI, ET VXORI, ET POSTERIS V. P.

Mut. *Infra, ante aram marmoream D. Vincentij.*

VINCENTIVS VINCENT. OLIM BIRETARIVS,
NVNC BENEMERITO CAPITANEVS PORTAE SANCT.
XXXX. QVAE SIBI FIT VT DOMINVS
MDIX. DIE X. MENS. IAN. MDXLIII.

M. Angeli de Ancona mentio iandudum facta.

*Ad D. Mariæ IESV, infra T.*

HIERONYMVS GROPPVS. ET SVCCESSORIBVS SVIS.

SEPVL.

SEPVLCHRVM IOANNIS Q. ANGELI DE SIRIS DE ESTE, ET SVORVM HAEREDVM. MDXLVIII.

---

PROSDOCIMA DE BERTHIS DE VILLA, AC FRANCISCVS
MARCONVS DE MAROSTICA EIVS GENER, SIBI,
HÆREDIBVSQ; SVIS MONVM. HOC F. C.
OCTAVO ID. SEPT. MDLXXXI.

---

*Ad D. Francisci T. tabella in maiori basil. elegantiſſ.*

ADVLESCENS, QVID MORS FACIAT, VIDE.
IOANNA ALEX. MARTELLI PVELLAR. DECVS, PARENT. DELICIÆ.
ANN. XII. ACERBO F. AVRÆ VITALI CONCESSIT.
QVOIALE, ET LVCRETIA EXTREMVM M. AMORIS S.
LACHRYMABILI, VT INFER. VIDES, DECLARAVERVNT.
QVÆ CVM FERALEM MORTEM VENETIIS HVC CVM PARENTIB.
FVGERET, MORTI TAMEN OBNOXIA FACTA EST.
ANN. SAL. MCCCCLXIIII. XI. KAL. OCTOB.

*Abſc. poſt chori ſedes à læua ingr.*

---

*Humi vero in lapide alabaſtrite, vbi griphus inſ. gent.*

ALEX. MARTELL. LVCRETIA PARENTES PIISSIMI
IDN. PRIMIGENIÆ F. DVLCISSIMÆ.

---

Auderem hic regiſtrare duo illa Erotica Elogia admodum admiranda, quemadmodum addidi ex ſymbolo, ſermonum Epitaphiorum libro 7. huiuſmodi Martelliorum memorijs, niſi Momo, Theonevè aliquo ſuggillarer, dicente fortaſſe me aggerere ex tumulis aggerem, ſiue condere tumulum tumulorum; nihilominus nolo ea certè in præſentia præterire, ratus, me potiùs in defectu propterea peccaturum, ſi liquerim, quàm, ſi poſuerim, in exceſſu; atq; eò minùs liquero, quò admirabiliora viſa ſunt Iano illi Gruttero, qui in maximo eius libro Romanarum priſcarum inſcriptionum lubẽs repoſuit, aſſerens, ſe ex Burchelati hyſtoria id reportaſſe, ea legat, qui vult, qui amat, qui ſapit; deprauatus verò guſtus tranſiliat, prætermittat. Tale itaq; eſt amatorium illud mirabile, idemq; miſerabile vnum Elogium ex Hypnerotomachia Poliphyli.

*Poliph.*

*HEVS Viator paululum interſere manibus adiurat.*
*Proditum, ac legens poly ſtonos metallo oſcula dato.*
*Addens an fortuna crudele monſtrum viuere debuiſſent.*
*LEONTIA puella, LOLII ingenui adulescent. primaria*
*Amoris cum intemperie vrgeret. Paternis affecta*
*Cruciatib. aufugit. inſequit. Lol. ſed inter amplexandum*
*A piratis capti inſtitori cuidam venduntur, ambo*



Digitized by Google

*Capulū vmerū aſcend. cum noctu ſibi Leont. vel.*
*Auferri ſuſpicaret. arrepto gladio nautas cunctos*
*Trucidat. nauis orta maris ſæuit. ſcopul. terram*
*Propè colliſa mergit. ſcopul. aſcend. famis*
*Impulſu Leont. humeris arripiens impono*
*Faue ades dum Nept. pater inquiens, nos, noſtraq;.*
*Fort. tibi committo. Tunc Delphyneo nixu brachijs*
*Seco vndulas. at Leont. inter natandum alloquit.*
*Sum ne tibi, mea vita, moleſtiæ? tipula leuior*
*Leont. corculum atque ſæpiculè rogans, ſunt ne*
*Tibi vires, mea ſpes, mea animula? aio eas*
*Excitas mox collum amplexata Zachariter*
*Baiulantem deoſculat. ſolat. hortat. vrinantem*
*Inanimat. geſtio ad litt. tandem deuenim. ſoſpites.*
*Inſperato infremens leo aggreditur. amplexamur*
*Inuicem. moribundis parcit leo. territi caſu*
*Nauiculam littori vna cum remigali palmicula deiectam*
*Fugitiui aſcen. vterq; alternatim cantantes remigamus.*
*Diem, noctemq; tertiam errant. ipſum tantùm, vndiq;*
*Cælum patet. lethali cruciamur fame, atq; diutina*
*Inedia tabeſcentib. ruimus in amplexus,*
*Leontia inquiens, amabò, fame periſ? ſat tecum eſſe,*
*Lolli, depaſcor, aſt illa ſuſpirulans, mi Lolli, deficis?*
*Minimè inquam amore, ſed corpore. ſolis vibrantibus,*
*Et mutuis linguis depaſcebamur dulciter. ſtrictiusq;*
*Buccis hiantibus oſculis ſuaue iniectis hederaciter*
*Amplexabamur. ambo atrophia morimur.*
*Plemmyrijs nec ſæuientib. huc aura deuehimur,*
*Ac ære quæſtuario miſeri ipſis innexi amplexib.*
*Manes inter Plotonicos hic ſiti ſumus.*
*Quosq; non retinuit pyratica rapacitas. nec*
*Vorauit leonia ingluuies, pelagiq; immenſitas*
*Abnuit capere, huius vrnula anguſtia*
*Hic capit ambos.*
*Hanc te ſcire volebam infelicitatem.*

VALE.

Alterum haud diſſimilis infortunij, eſt id, quod ſequitur.

*Quæſtor, infelix hoc monument. ades, dum te vocat.*
*Et poſt inde rogat, in quo recidit humana voluptas*

Vt

Digitized by Google

Vt legas idum cinis hic aman. eſt. Qui dudum mutuò
Cum pruriente amore inſolenter exardeſcerent improbe.
Voluptatis impulſu effræni deſert. conueniunt in loc.
Saxa inter diruta; vbi etiam forte ad. ſacrar. muri
Confragoſi, & ſalebræ ruinæ extabant. illò Veneri
Optata munera ambo ſoluere arſibiliter vrgeremur.
Supina Ego LOPIDIA anguem in altum lapſum minitantem
Viderem, heuoe ab incæpto deſine inquio, mi CHRYSANTE
Surge, fuge, en ſerpens voraturus nos iaciabundum
Seſe è muro proſpicio: mox ille exterritus ſuſpiciens, ò
LOPIDIA inquit mea, amabò ito viam, fuge tu viam,
Sine Me moribundum draconem impetere: vix ſurrexeram,
Heu triſtem me miſeram, quòd meum CHRYSANT. meam
vitam.
Ad exitium irretitum, ac anguineæ ſtrictim circulatum
Vortugine; iam iam anxiè reſpirantem videbam, de ſubitoq.
Iugulum mei CHRYSANT. dentib. vulnerat mordicus, tum
Suffocari meum CHRYSANT. intueor: at at perij infel.
Meum CHRYSANT. mori ſentio, ſtatim furibunda irruo in
Serpent. captoq. fuſte plectere feſtino: aſt ſerpens ceruicem
Rixantem diuortit, nec coactè complicitum abigere valui.
Iſtum tand. incautè fallens CHRYSANT. meum occidit?
Infœliciſſ. heu interij. quid feci? quid faciam?
Tam miſera ſuperſtes erit, an ſerpens & Ego? nequaq.
Sed Herculeo auſu, imò Laruali furia ringibunda eo ipſo
Stipit. conuerſo impetu cadaueri lapſo circinatam in beſtiam
Eam ferio, atq; neco: quid tum puella factura eram perdita,
Et emortua? meum CHRYSANT. & belluam mei ſceleris
Teſtes ſcapulis ſuperiectos in vrb. effero,
Et ne obnoxia euaderem,
Suſpirijs, cordolio, & lacbrymis identidem irrorant.
Suggeſtum quend. in foro publ. aſcendo, ac ſuſpirulans
PALAM REM facio, cateruatim ciuium concurſu ad
Crudele, & inuiſum ſpect. rixaruit, caſum miſeranter
Mirant. fortunam incuſant. Venerem damnant, teſtor
Scelus meum, numina infer. inuoco, eia ergo inquiens
Me vnà cum meo Chryſant. pæn. daturam ſuſcipite,
Nunc culpam in me mibi omnem transferam, tum
Deſperata publicè omnium vſpectui arrepto glad. pectus

Mmm Transf.

Digitized by Google

*Transſ. eiusq. cadauere hic me æternum tumulo*
*Sepeliendam dedi miſerrima.*

VALE.

*Sed & iſtud eiuſdem Auctoris cum his ſymbolicum ſubnectamus.*

D. M.

GLADIATORI MEO, AMORE CVIVS EXTREME PERVSTA IMMORT.

Languore Decub. At eius cruore. Heu me miſeram impiata conualui D. Fauſt. Aug. piè Monument. Relinquens, vtq; ann. ſang. tur tur inter ſacrificand. Arc. Reliqui Hanc intingi ex L. I* Accen. Facul. & collachrymulantes puellæ ſoluerentur. Luctumq: funeral. ob tanti indicium doloris, Deuellat. crinib. promiſſis ruſſarent pectora faciemq; Diem integrum propitiatis man. circa ſepulchrum ſatagerent annualiter perpetuò repetund.

EX T. F. I.

Valeon' Ego in præſentia meo Genio reluctari? Sunt quędam alia Erotica Epitaphia apud Poliphilum, quæ haudquaquam audeo prætermittere: illa dū potis es, aut ſine amore viuis, benigne lector, omittas: non vbiq; tamen ea comperies, ſcito: ſiquidem apud paucos reperitur Poliphili noſtri Hipnerotomachia, quā ſanè impreſſit Taruiſij idemmet Auctor anno Dom. 1467. vt ex hac libri coronide ſit legentibus manifeſtum.

Taruiſij cum decoriſſimis Poliæ amore lorulis diſtineretur miſellus Poliphilus MCCCCLXVII. Cal. Maij.

Sequitur inibi Epitaphium poliæ. f.

*Charo Marte. i. ſopore martiali, ſeu bello in ſõnis.*

*Fælix Polia, quæ ſepulta viuis,*
*Charo Marte Poliphilus quieſcens*
*Iam fecit vigilare te ſopitam.*

Sequitur autem ibi Epitaphium, vbi Polia loquitur hunc in modum.

*VIATOR, fac quæſo morulam. Poliæ Nymphæ hic eſt myropolium. Quænam, inquies, Polia? Flos ille omnem redolens virtutem ſpectatiſſimus: Qui ob loci aritudinem pluſculis Poliphili lachrymul. repululaſcere nequit. At ſi me florere videres, eximia pictura vniuerſis decoriter præſtare conſpi-*

Digitized by Google

*conſpiceres. Phæbe, inquiens, Quem intactum vrore reliqueras, vmbra cocidit. Heu Poliphile deſine. Flos ſic exſiccatus nunquã reuiuiſcit. Vale.*

---

Et quidam Andræas Maurus Brix. hoc tetraſticho, dum liber recuderetur, Poliam decorauit.

*O qàum de cunctis felix mortalibus vna es*
*Polia, quæ viuis mortua, ſed meliùs,*
*Te dum Poliphilus ſomno iacet obrutus alto,*
*Peruigilare facit docta per ora Virum.*

---

*Modò reuertor ad reliqua in corpore illius libri.* D. M. S.
Cadaverib. amore furentium miſerabundis polyandrion.

---

Aram Deum infer. Viator hic cæſam Laodiam Publiam inſpice eò quod ætatem ſuam fraudauerat, abnueratq; cõtra puellar. ritum iuſſa amoris ſemet expes glad. interf.

---

D. M. Viator huc propiùs ferto oculos, deinde verba mecum facito, fui ſine amore viua, amans heu morior. Dic quæſo amabo rem, me huic polyandrio dedi mortuam ob amoris incendium pueri florentis ætate formoſiſſ. quid inſanis vt amans viuebas. Profectò cum noxie amare cœperam adoleſcens ſpreto amoris munere abnuit. contabui. morte rapta hic ſum. Quid tibi poſſum? Neuiam Romanam crudelis Proculi amore defunctam miſerè totam per vrbẽ orbemq; dicito. Hoc ſatis. Vale.

---

*Infer. D. Deab. c.*

C. Vibius adoleſcens intemperato amore percitus Putilliæ Sex. puellę gratiſſ. quod alteri vltro tradit non ſuſtinens, cruento gladio ſibimet mortem conſciuit. Vix. ann. XIX.
M. II. D. IX. Horas ſcit nemo.

---

*Dijs manibus.*

Mors vitæ contraria, & velociſſima cuncta calcat, ſuppeditat, rapit, conſumit, diſſoluit. Mellifluè duos mutuo ſe ſtrictim, & ardenter amantes, hic extinctos coniunxit.

---

Quiſquis lecturus accedis, caue, ſi amas, & ſi non amas, penſicula miſer, qui ſine amore viuit, dulce exit nihil. Aſt ego tam dulce anhelãs, me incautè perdidi. Et amor fuit Equo dum aſpectui formoſiſſ.



Digitized by Google

Dyruioniæ puellæ virgunculæ ſumma polyoria placere cuperem, caſu deſiliens, hæſit ſtapiæ, tractus interij.

Tu rem tuam maturè propera. Vale.

---

Luxuriatur equidem Genius extra modum: condonetur, amabò, aliquid iterum prurienti; liceat illi intexere Eroticum caſum alium lachrymabilem, qui amico meo infæliciſſimo contigit; iam præterit annus quadrageſimus.

Curſori inhærens phalerato Lelius Tendit amatam ſpectaturus Glauram: Annoſa hanc ſolam inuenit ſub ilice ſecus fluenta colligentem floſculos: ſalutem lætus hic impartit Glauræ: Quem rubens læta reſalutat protinus; Proſilit ſtatim Lelius de Ephippio, Et, quãuis de Equo religando cogitet,

*Nec poterant Quercum curtæ perſtringere habenæ:*
*Nec vicinus erat carioſa de arbore ramus:*
*Proxima nulla caſa: hermus ſed locus, aptus amanti.*

Habenas manu continet, ſtrictim amplectens Glauram: Aſt Equus retinacula trahens ferme aufugit: Proſternit non inuitã Glauram Lelius, Tollit illiusq; ſuppara: Blandidulas, candidulas, morbidulas: Nec reluctantes interim tractat mammulas: coxas ſubinde, & inguina, Buccis impletis viciſſim linguis, oſculis; Equus tamen ſubſultans, dum luctarentur, iterum penè aufugit. Da mihi lora, inquit Glaura Lelio, Nam firma ſolo demoror: Incautus illi dat habenas Lelius; Hæc, Equus ne refugeret, Nodum ſtringit ad brachium: Moratur Equus placidus, Morem gerens amantibus; Aggreditur tunc factum feruens Lelius, inguinibus hinc inde prominentibus, Quando de quaſſo parùm cadit robore tumens fauus crabronibus; Hi euigilati, atq; irritati volitant, Alis ſtrepentes nimium: Ex his duo ad Equi nares aduolant, Ad eius nates alteri: Reſultat Equus protinus: Caput, & clunes in diuerſa quatiens, Affligitur vtrinq; tamen quadrupes, Dum affigunt aculeos beſtiolæ: Quin & infligunt vulnera: Vnde ex tractu forti capitis ſubtrahitur, ob adligatũ lorũ, Glaura Lelio: Quare opus non perficitur: Re infecta iratus Lelius proſiliens in genua, clamat, minatur Equum alioqui placidũ, Ignarus œſtrum illum infeſtantium: Cumq; ille non quieſceret, Manu mucronem vaginatã arripit: Hũc verberat & acriter: Qui ad clunes enſe, atq; œſtris læſus calcitrat, Et imprudentem percutit in pectore: Cadit in tergus Lelius ſemianimis: At crabrones nõ abeunt (Nil moror, œſtra hæc, an crabrones fuerint, Quippe inſecta ambo ra-

bi-

bioſa & aſpera) ſed hi Equi nares, & nates ſimul lacerant. Hic furioſus, cętera deſpiciēs, Se explicaturus lora trahit fortiter, Trahit puellam ſecum, & non ſoluitur, Quare, quaſi Io altera Iunonia, conuerſus in furorem actus quadrupes Crabrones necaturus fluuiū inſilit clamantem Glauram protrahens, Nodum conantem ſoluere, Vociferantem, Leli, Leli, morior. Lelius miſer tollit caput ceſpitans, Ruiturus in belluam, Exanimatus ille tamē corruit; Equus ad medium fluminis, Vbi profundum, deuenit, Quò crabrones obrueret, ſeq; totum immerſit diu. Quid accidit tum poſtea? Necantur quidem hæſitantes beſtiæ, At vndis & necatur gemens Glaura; Equus vtrinq; & redimpletur fluuio: Qui ab œſtris liber extra flumē proſilit, Glauram ſecum trahens torto verbere: Ad Dominum reuertitur: cui reſtituit Dominam, & girans aqua tumidus, atq; æſtuans, Super amborum cadauera cadit mortuus.

*Hæc finis eſt miſerrima amentium amantium.*
*Et quinque illorum ſimul animantium.*

---

Dicatur carmen Areoſti ad Equum.

*E'l deſtrier d'acqua pieno, e d'alma vuoto,* Can. 30.
*Finalmente finì la vita, e il nuoto.* ſt. 13.

---

Iam verò, vt cum Auſonio ad præſens loquar, cui hic ludus noſter non placet, ne legerit, aut, cum legerit, obliuiſcatur, aut, non oblitus, ignoſcat: ne forte fortuna cum Iuuenali, de his criticis, cogar dicere. *In fine cēt nupt.*

*Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt.* *Sat. 2.*

---

*Secus Hoſtianorum capellam.*

D. M.

MARIÆ MARIPETRÆ CONIVGI INCOMPARABILI
IOANNES BAPTISTA SOLDVS BRIXIENSIS IVRIS VTRIVSQ;
CONSVLTVS, ET VICARIVS PIENTISSIME P.

---

*Ad clauſtri periſtylia.*

HELISABETHÆ FILIÆ CHARISS.
LVCRETIA PRIOLI VIVENS POSVIT.
ET SIBI, AC POSTERIS. MDXLV.

---

Lauretanæ Fam. memoriam vidiſti infra canon.

---

*Ante ſacrarium.*

SEPVL.

Digitized by Google

SEPVLTVRA FILIORVM DOMINI MANFREDINI DE OPITERGO ET DOMINAE ANNAE DE ARCGINANO.

*Non longè infra clauſtrum.*

LAVRENTII MELETI DE SYLVELLIS, ET FRANCISCI EIVS FILII, ET HAEREDVM S.

*In Xiſto è regione altaris D. Anton. De Padua marmor.*

HIC IACET ANTONIVS BISSINGER DE VVESCHENDORFF. ANNO AETATIS SVAE XXXIII. PIE OBIIT DIE XVII. SEPTEMB. ANNO DOMINI MDLXXII.

*In fine Templi.*

Petrus Gallici Bergomenſis ex deuotione, ſuis ſumptibus altare erigi, atq; honorificè illuſtrari nec non pro ſe, ſuisq. hæredibus ſepulchrum hic è regione fieri voluit. MDCXIII.

*Ad Diuæ Margaritæ in 2. baſilica ingredienti ad læuam.*

HIC IACET VIR NOBILIS ANDRAEAS Q. BERNARDI DE CATANEIS DE SOMARIA DISTRICTVS FLORENTIAE. QVI OB. ANNO DOMIMI MCCCXLV. DIE XIX. OCTVBRIS. CVIVS ANIMA PER MISERICORDIAM DEI REQVIESCAT IN PACE.

In pila verò proxima tabella marmorea eſt iſtiuſmodi.

*Ortus erat vere Chriſti numeratus habere*
*Quattuor & denos quater annos mille tricenos,*
*Cum locus eſt factus. ANDRAEAE ſumptibus actus,*
*Hic pius in totum, quem dat Somaria notum:*
*Quem ſtrinxit dente mox anno Parca ſequente.*
*Menſe ſub octubris, cui ſit Pia Virgo ſalubris.*

*Vir hic piiſſimus inſtituit Hoſpitale ſub titulo ſancti Andrææ in vico Diui Pancratij: ſupra cuius oſtium extat hoc in marmore monumentum.*

ANNO DOMINI MCCCXLVI. DE MENSI APRILIS COMPLETVM FVIT HOC OPVS HVIVS HOSPITALIS AEDIFICARI EXPENSIS, ET ORDINAMENTO Q. ANDRAEAE Q. BERNARDI DE CATHANEIS DE SOMARIA DISTRICTVS FLORENTIAE, SVB TITVLO SANCTI ANDRAEAE APOSTOLI.

*Infra cauædium.*

CVRRENTE MCCCXXXVI. MENSIS IVLII SECVNDO OBIIT IOANNES DOMINICVS DE PITIS DE FLROENTIA.



Digitized by Google

*Dantis Poetæ eximij, & Petri eius filij legum Doct. Florentin. tum Cini de Barisanis de Florentia vidiſti alibi mem.*

In hoc atrio plura Florentinorum ſunt Monumenta, quæ vel non ſunt Epitaphio decorata, vel continuo attritu, aliauè de cauſa impoſitæ inſcriptiones amplius nõn leguntur.

---

*Ibidem.*

S. DOMINAE FRANCISCAE MARCI VITAL. DE VENEC. Q. DOMINI SANCOLINI DE BONAPARTE. ET EIVS HAEREDVM. CVRRENTE MCCCLV. INDICT. VIII. DIE V. OCTVBR. DEFVNCTAE.

---

*Hic tumulati PETRI ſunt de FERRARIA nati*
*A Deo vocati in patriam, ſemperq; beati.*

---

HIC IACET NOBILIS VIR DOMINVS BENEDICTVS DE TETONIBVS DE NOVARIA. QVI OBIIT IN MCCCLXXXIII. XIII. IVLII. ET SVORVM HAEREDVM.

---

*In muro ad ſacras effigies.*

HOC OPVS FECIT FIERI IACOBVS BARBITONSOR DE PADVA. MCCCCXXVIII. OCTOBRIS.

---

SEP. SER PAVLI..... DE PRATO, ET HAER. IN MCCCLXIII. INDIC... IVLII.

---

SEPVLTVRA DOMINI VBERTINI DE FARA DE MEDIOLANO, ET SVORVM HAEREDVM.

---

SEP. DOMINÆ MARIÆ VXORIS Q. SER PAVLI DE FELTRO.

---

HAEC EST SEPVLT. DOMINI DOMINICI Q. DOMINI THOMASII DE FLORENTIA, ET HAER. SVOR. MCCCXXXI.

---

HIC IACET DONATVS CACIA DE FLORENTIA. QVI OBIIT ANNO D. MCCCXLIII. DIE XXVII. MAII.

---

SEP. SER BERNARDI DICTI MALARAVLE Q. SER NICOLAI DE RIPA, ET SVORVM HAEREDVM. MCCCLXVIII.

---

*Ad Baſilicam D. Nicolæ de Tolentino.*



Digitized by Google

SACELLVM HOC MVLIER INTEGERRIMA MARIA VX.
Q. DOMINICI DE NVRSIA S. S. E. C.
AN. GRAT. MCCCCLXXXVIII.

---

*Ad Crucifixi, ſanctorumq; imag. venerandas ſecus ſacrar.*

MCCCLXIII. DIE XIV. SEPTEMBRIS DOMINA CICILIA
MALIPERIO FECIT FIERI HOC OPVS.

---

*Ad Diuæ Catherinæ ferme ad Templi med.*

SEP. SER IOANNIS DE SOMALIA, ET DOMINÆ APOLLONIÆ EIVS
VXORIS, ET IACET IN EO DICTVS SER IOANNES. QVI DECESSIT
MCCCXCII. DIE III. MENS. SEPTEMB.

---

Petri Mazzoni Bononienſis B. M. vide vbi de Confraternit.

---

*Non longè à medio.*

PATRICIO VENETO LEONARDO EMO
NON MINVS ANIMI, QVAM CORPORIS, ET FORTVNÆ BONIS
PRÆDITO. QVI POST ADMINISTRATAM DIV R. P. MVLTIS
MVNERIB. ET DOMI, ET FORIS FORTISSIME PERACTIS GRANDEVVS
ÆTATI CONCESSIT. AC GINEVRÆ GENEROSÆ ADOLESCENTVLÆ
GEORGII FILIÆ, ET POSTERIS. SVI VIVI FECERE.

---

*Ad pedes aræ B. Iob.*

BLANCÆ VSNAGO VENETÆ MATERTERÆ. OPE PAVLÆ BARBARO
ET SOLADAMOR TEMPESTA NEPTES, ET SIBI, ET HAEREDIBVS
POSVERVNT. ANNO SALVTIS MCCCCLXXXXIII. XX. AVGVSTI.

---

*Ad Diuæ Mariæ Magdalenæ.*
*Infra altiùs ad effig. B. Hieronymi marm. nob.*

DIVO HIERONYMO
IO. MARIA IVSTVS BELLICIS TORMENTIS VENETIS PRAEFECTVS
STATVAM HANC FIERI FECIT. MDXXIV.

---

*Ad D. Mariæ Nouæ Monacas infra fabricas plurimas.*

Sebaſt. Fullon. Ant. Purlil. F. Archit. Taru.

---

*Ad Diui Auguſtini marm. rub.*

*Al.* HIC IACET D. ALEXANDER DE PVPO.

---

*Ad Diui Pancratij in 4. orbibus ad ſepulchri tetragona.*

MARINO RVBEO PATRI CARISS. ET FANTINO
*Al.* PATRVO VIVENTI IOANNES R. VIVENS POSVIT, ET
SIBI, AC POSTERIS. ANNO SAL. MDL. DIE V. APR.

Ad

Digitized by Google

*Ad Diui Leonardi.*

MCCCLXXII. S. LEONARDI BALARINI Q. SER VENTVRINI DE VENTVRELIS DE VENETIIS, ET SVORVM HAEREDVM.

---

*Ad Diui Laurentij.*

BERNARDINO PATAVO BIRETARIO LAVRENTIA CONI. MCCCCIC. XXIII. IAN.

---

His diebus 1615. dum foderetur ad ſuggrundia D. Viti inuentum eſt amplum marmor, ſepultura.ſ.ſepulta infra terræ viſcera, diſtans à ſuperficie pedes 4. cui eſt inciſum. cum duobus gallis.
Sepultura Franciſci Benai de Bergomo, & ſuorũ hæredum. 1507.

---

Scilicet interdum miſceantur triſtia lætis. Ouid.

*Secus ad balnea. Ludicrum animi gratia.*

SISTE QVIS SPECTAS SILENS. SIXTVS SIREMPS SICAMBER HOC SIXTO EST SITVS SEXTO ID. SEXTIL. SEXCENTESIMO SEXTO SVPRA MILLESIMVM, SEXAGESIMO SVAE AETATIS ANNO. HIC SVPREMA SITIENS SITI SITVLAM VINI SIBI SVBREPTAM SVSPIRANS SPIRITVM SPIRAVIT SVVM: SICVTI SITI, SIC SITV TABET. SOLVITVR SVB SILICE. SCIS TV QVID VELIT? SORBITIVNCVLAM, SEV SALTEM SVSPIRIVM, SINGVLTVMVE. SOLVE, SI SAPIS. SIS SALVVS. SINO.

*Hic Bibulus rebibens biberat cellaria tota,*
*Et bibere implorans, nec rebibensq; perit.*

---

Symbolum me inuitat ad referendum vulgare ſitientis Epitaphiũ, quod in Guazzij Dialogis de bibulo inueni ſic regiſtratum.

*Ne roſe, ne amaranti, ma qui preſſo*
*Di me verſate vino: che da ſete.*
*Son coſi in morte, come in vita oppreſſo.* St. Guaz.

Quod, pro meo inſtituto ſic conuerto.

*Non Amaranthæas, roſeasuè hic ſparge corollas:*
*Aſt potius gratus vina profunde mihi,*
*Namq; ſiti viuens, moriensq; tenebar anhela:*
*Detineor pariter mortuus vſq; ſiti.*

---

*Et poſtquam ludo miſcuimus ſeria, veluti interdum licet,*
*Romanum id antiquum legamus.*



Digitized by Google

HEVS VIATOR, MIRACVLVM. HIC VIR, ET VXOR NON LITIGANT.
QVI SVMVS NON DICO. AT IPSA DICAM.
HIC BEBRIVS EBRIVS ME EBRIAM NVNCVPAT.
NON DICO AMPLIVS.
HEV VXOR, ETIAM MORTVA LITIGAS.

---

*An renuimus iſtud Veronæ, & quidem ſerium? neutiquam: lege.*

D. M.

SITV. MINIVS PIVS DIVES, DECREPITVS, MENDICANS, LVCE CARENS. A TRIBVS LIBERIS, ET DVAB. LIBERTAB. EXPVLSVS, SITI PERII, SACRVM MIHIMET CONSTITVI. HIC HVMATVS SVM. CINERES, ET OSSA HOS NATOS RENVO, IN HOC VT REQVIESCANT NOLO. SOBOLEM NEGO. PRIVO POSTEROS. OMNES ME LEGITOTE, ET SINITE.
VIX. ANN. CXXV. MENS. IIII. DI. II. ET NEMINI POSTERI.

---

*Poſtremi huius locum non memini, cum legerim tamen.*

HEVS VIATOR. HIC SITVS EST SITVLVS BVBALVS BIBVLVS, QVI DONEC VIXIT, AVT BIBIT, AVT MINXIT. ABI PRÆCEPS.

---

CALDIVS BIBERIVS MERO. CLAVDIVS TIBERIVS NERO.

Cædula Teſtamentaria Teutonici.

Narratio.

*Hic ſitus eſt Michael, potus qui lætus in ipſo*
*Semiſopitus abit, ſemiſepultus obit.*
*Ille tenebatur vini dulcedine tantùm,*
*Vt teſtamentum conderet ante bibens.*

Diſpoſitio.

*Vineaq; quòd Patribus detur potanda quotannis.*
*Qualibet hi ſeruent dummodò paſta die.*
*Scilicet vt vini menſuram meridiano*
*Hi ſibi per vacuum tempore in ore ferant.*

Codicillus.

*Iò bibi, bibe, amice, bibe: Iò bibi, rebibiq; :*
*Iò bibas, rebibas, terrebibensq; bibas.*

Reſignatio.

*Cernitur in tumulo vel adhuc ſupereſſe foramen:*
*Vſum qui potuit ſuſtulit inde tamen.*
*Ne vlterius critico Mors propinaret ecunti,*
*Et fuſo, riſum funderet ipſe mero.*

Verum

Verum enimverò poſteaquam in iocos incidimus, & quaſi titubantes incedimus, ſi in Arnaudi iocos illos cecidimus, ne mireris, nec mærens lector, Non eſt ꝙ doleas, minus ꝙ deleas, ſi (Bibacis illius, dicacisq; Polenſis paraſiti longiori Epitaphio prætermiſſo.) Guirandi poeticum breuius his ſuffecero. ne lædas, ſed lector legas, tum librum librans parumper reſpira. παρανομασία. i. Annominatio

Biuuli Tumulus.

*Doctibibus iacet hic, is qui, dum vita manebat,*
*Non meruit dici Biuulus, at Bibulus.* *Arnau. & Guir.*
*Namque videns tumidos tot per vineta racemos,*
*Omnia potipotens vina vetuſta bibit.*
*Grandine plus ſolito grandi vindemia (ſiccis,*
*Exhauſtisq; cadis) tota, & vbiq; cadit.*
*Biuulus exclamans, Miſero ſpes ergo bibendi*
*Omnis adempta mihi? ſit mea vita mori.*
*Et verè moriens hæc verba nouiſſima dixit.*
*Malo mori nunc, quàm viuere, nec bibere.*

---

De quodam noſtrate. 1615.

*Muſicus Hoſpitio, & Baccho bene notus in Vrbe,*
*Caupona recinens ebrius ecce perit.*

---

Deniq; Dionyſiaco hoc Encomio Mediolani poſito cōpotationē. Hanc concludamus, abſoluamus, leuemus.

BACCHO DIONYSIO NISEO P. Lepidus Bibulus V. S. L. P. Ea lege, vt BROMIO IACHO Quotannis Aſellus, pro Sileno Patre Hoſtia litetur Liberata Libero Genij ingenij, & Deorum Patri intonſo Tyrſis ornata, hederauè die Feſto Bacchanalium ſpectaculo ædito publico Epulonib. & bibulis Euchij Lyei. Queis potus ab hærede dabitur opipare ad Ebrietatem clamoſis EVAN OHE BACCHE Ita. P. Lepidus Bibulus Hæredem grauat.

---

Addet pro colophone iſtud hyſpan. ex Schrad.

*Aqui iaze Horcſco il ſargento, y lqual biuio jugando,*
*Y murio beuiendo.*



Digitized by Google

# VIRIS INDVSTRIB MERCATORIB INQVAM, AC OPIFICIB. TAR. PRÆDEF.

## BARTH. BVRCH. PHYS. APOSTROPHE.

VOs nunc alloquor, naui homines, ac induſtrij, qui in veſtrorum ſudore vultuũ, iuxta illud primum (poſt Adę lapſum) Dei creatoris omnium inſtitutum, veſcentes pane veſtro, in hac vniuerſali mundi Repub. Quinimò in magna Patris illius Familiæ vinea fuiſtis perpetuò gnauiter operati. An non ad agendum creauit hominem Deus, vt ad volandum volucrē? Vos inquam recępta à Domino talenta veſtra, non, veluti ſeruus nequam, defodiſtis in terram: neq; erugini, ac teredinibus demolienda in ſcrinijs reliquiſtis, furibus interim negotium faceſſentes: aſt, tanquam boni Negociatores, & ſeduli, ea diùtius contrectaſtis, negociati fuiſtis pariter, ac mercati, nullis parcentes laboribus, incommodis, ac vigilijs, currentes impigri vſq; ad extremos indos, vt, nedum nihil de ſumma decederet, ſed magis illa creſceret, & ſuperlucraremini condecenter. Dicebat D. Baſilius ad artium laudem. Nemò paupertatem deploret ſuam, neq; is de ſua vita deſperet, actumq; iã eſſe de ipſa putet, cui nihil eſt de patrimonio relictum: non. n. deſũt artes, & induſtriæ quibus, ſi nos exercere voluerimus, neq; hirundinibus deteriores eſſe, vitam commodè agere valeamus. Neq; vos duntaxat aduoco, boni Viri, quorum Epitaphia à nobis hic recenſentur: verùmetiam illos inglorios, quos fama obſcura recondit: quiq; ſiue ob inopiam, ſiue ob incuriam humiles Munimenta, atq; Inſcriptiones penitus detrectarunt, cum, vix ſudoribus ſuis panem cotidianum adepti, neq; veſtitui, neq; locario bene potuerint ſatisfacere. Gaudete Vos, qui ſanctum Dei conſilium exequentes, ac voluntatem, laborum veſtrorum, ac patientiæ pręmium, cęleſte inquã, fuiſtis aliquando conſecuti; &, ſi quid mea poteſt oratio, Viri optimi, peto ſupplex, pro me veſtris agite orationibus apud Deum, vt huiuſmodi labores mei, additis etiam peractis alijs, & forſitan proximè peragendis, illic eatenus æſtimentur, vt Ego itidem, veluti operator, aliquod præmium quandoq; infra illas amænas Paradiſi manſiones clarè videar conſecutus.

D. Baſ.

Digitized by Google

*Alciati Emblema à propoſito noſtro non alienum,*
*Ars Naturam adiuuat.*
*Vt ſphæra Fortuna, cubo ſic inſidet Hermes:*
*Artibus hic, varijs caſibus illa præeſt.*
*Aduerſus vim Fortunæ eſt ars facta: ſed artis,*
*Cum fortuna mala eſt, ſæpe requirit opem.*
*Diſce bonas artes igitur, ſtudioſa iuuentus,*
*Quæ certa ſecum commoda ſortis habent.*

---

Architectorum, mercatorumq; quorundam, ac opificum Taruiſij Monumenta.

*Ad Diui Petri Templum cathedrale ſub porticu ad leones.*

FRANC. ALIPRANDVS ARCHITECTORVM TAR. PVBLICO STIPENDIO PROTVS MONVM. HOC PARENTIB. SIBI, AC POSTERIS V. P. AN. MDXXXVIII.

*M. ille Vtinenſis, de q. Vaſar. in eius vita.*

---

*In fine Fornicis R Malchioſtri altiùs ad cornices.*

CONDITORIS IVSSV MARTINVS ARCHIT. EXTRVX.

---

*Infra Canonica.*

GEORGIVS DE LVGNANO MVRARIVS SIBI, SVISQ; NEP. HOC MONVM. FIERI IVSSIT. POCOBELLVS, ET FRAT. NEP. P. MDXXVII.

*Non longè ſub dio*

---

Sep. Ser Ioannis Groti, & filiorum eius Alberti & Ambroſij.

---

*Ad picturas illas nobiles in capella B. Mariæ Vir. ſecus ſacrar.*

BROCH MALCH. CANO. TAR. CVRA, ATQ; SVMPTV IO. ANTON. CORTICELLVS P. MDXX.

---

*In fine autem fornicis affabre depicti.*

*GASPAR VENETVS PROPRIO INGENIO EXCOGITATA PINXIT.*

---

Hic, aut alibi non morabor in pictorum, ſiue ſculptorum omniũ ad aras pulcherrimas appoſitis nominibus referendis, quia confuſus eſſet, ac tenuis admodum is noſter labor, eſſent etenim centena forſitan, nec ignobilia, nomina ex aris, Templiſque tantummodo, colligenda, nec propterea eſſet omnibus ſatisfactum, cum videam Titiani illius Cadubrio oriundi iſtic ad Epiſcopale iſtud cæmeterium quædam opera admirabilia, præcipuè Chriſtum illum Dominum reſurgentem, adeo ſpectabilem, ac ex omni parte

ſuſpi-

Digitized by Google

ſuſpiciendum: neq; ibi attamen magni Titiani nomen indictum eſt: vt & legitima excuſatione potuiſſem ego illius memoriam prætерire, veluti & Licinij Pordenonis prætereo, & Laurentij Lotti, & Pauli Caliari Veron. & Paridis Bordoni, noſtratis inquam, de quo Io. Paulus Lomatius Mediolanenſis Pictor in eius magno Tractatu de Pictura, Theorica inquam, & practica, ſeptem libris diuiſo, in Indice Pictorum illuſtrium his verbis, Paris Bordone Triuigiano Pittore Diſcepolo di Titiano, de quo etiam Georgius Vaſarius in Vita Titiani dicens, Ma quegli che più di tutti ha imitato Titiano, è ſtato Paris Bordone, ilquale nato in Treuiſi di Padre Triuiſano, e madre Vinitiana, fu condotto &c. pariter Baſſani, Beccaruſij, Perandæ Iacobi Palmæ iuntabularum præſertim illarum ſex infra nobilem Xiſtum Fori prętorij; perinde, atq; noſtrorũ huius temporis, Gratiani, Lupi, Flumicellorum, Lud. Belgę, Iacobi Lauri, & Bartholomæi Aureoli viuentis, adeo in pictura, at in hominibus ſimili ſub imagine reformandis, in Retractis inquam conficiendis, vel mortuorum, pluſquam periti: quem non multò poſt ſequitur Iacobus Brau noſter: &, vt tandem finiam, aliorum plurium Pictorum admodum excellentium, quorum quidẽ opera magni, verũ fateor, æſtimãtur.

*Lomat.*

*Ge. Vas.*

Haud ſecus de induſtria prætereo recenſere, & proprijs, ſeu ſculptorum laudibus exornare marmora illa varia in aræ titulum excitata, ſiue aliter hic, illic ad ſacras ædes accommodata, Chriſtum Dominum, B. Mariam Virginem, ſanctos, ſanctaſq; referentia, quæ ſunt plurima, quædam autem præcipua referam, ne mancus in hoc videar officio defeciſſe. Extat igitur admirabile alabaſtrite illud ad D Nicolai, quod Chriſtum Redemptorem ante B. Magdalenam ad eius pedes poſt reſurrectionem prolapſam admirabiliter repræſentat, perinde, atq; illud infra D. Margaritæ ſacrarium D. Sebaſtianũ indigitans ad vnguem ſummo artificio elaboratum, vbi & Virgo mater cum filio, & Angeli duo ſpectabiles, ex alabaſtro omnia perpolito; at in capella nobili ſacratiſſimi Chriſti corporis in Templo cathedrali ſigna multa alabaſtritica ſunt ſpectanda, ſed quinque prę cipuè admirabilia, illud Seruatoris noſtri ad medium, illa DD. Petri, & Pauli duorum illa inſuper Angelorum: cum inibi ſint pariter eminentiùs & quatuor Euangeliſtarum, & Angelorum alia marmora, prętet Reclinatoriũ, ſeu tabernaculum dicas, quatuor ſuffultum marmoreis Angelis, valde operoſa. in maiori vero baſilica ſuperiùs ad tot illa marmora ſepulchralia Epiſcopi Ioannis, ſunt admiranda ucia illa ex pario lapide (ſi adhibeo fidem oculis) quorum primum

æter-

æternum Patrem, ac mundi Opificem repræſentat, cui adſtãt geni-bus hinc D. Liberalis, ni fallor, et inde hic deuotus Epiſcopus omni ſæculo memorandus, quippe qui operoſum hoc vniuerſum Templum conſtruxit. Ecquis adhuc non ſuſpiciet infra D. Margaritæ ædes iuxta aram maximam, duodecim illos ſtantes pedibus Apoſtolos ad iuſtam hominis ſtaturam ex ordine poſitos, limbis veſtium auratis, ac palliorum, tum capillis, barbis, libris, ac inſignijs reliquis, vt totum Eccleſiæ diametrum occupent pariter, ac illuſtrent? vbi adhuc ſuperiùs ad Crucifixum hinc inde itidem eſt Beata Virgo Chriſtipara, & D. Ioannes Euãgeliſta, cum inter XII. ſit D. Paulus, ſigna cuncta ex marmore optimè ſculpta, & affabre admodum laborata. Munus Victoris de Nurſia Ciuis Taruiſini. Occurrit memoriæ rurſum ad D. Petri eſſe in extremo Templi delubro altare illud totum marmoreum valde nobile: in quo extat alabaſtrites exculpta effigies Virginis matris cum filio: hinc inde verò altera D. Liberalis protectoris noſtri cum marmorea vrbe ad pedes, altera D. Antonij Anachoritæ. Porrò ad D. Franciſci exiſtit in aræ titulũ ex albo marmore D. Io. Baptiſta eius naturali forma conſpicuus; vbi ex altera maioris delubri parte conſpicitur ex alabaſtrite Viſitatio ſanctæ Heliſabeth, cum parergis pluribus, ſubtiliſſimè elaborata. ad D. Theoniſti aſpectatur Sancti Benedicti marmoreum ſimulachrum perinde, atq; ad ſacrum Templum ſanctorum omnium illud eiuſdem ſancti Abbatis Benedicti vtriusq; Monaſt. inſtitutoris, ſed & ad cathedrale Templum in Porta orientali eſt illud D. Petri, veluti ad ſanctimoniales Dominicanas illud D. Pauli, ad D. Auguſtini illud eiuſmet ſancti Patris, ad D. Io. Baptiſtæ illa duo Sanctorum Florentij, & Vindemialis. Porrò ad perilluſtrem illam Vrbis portam Aquilonarem plumbo vſquequaq; contectam, & vbiq; marmoribus munitam non minus, atq; exornatam, in ſummo culmine ſuſpicitur marmorea effigies D. Pauli cum libro, & gladio, cominus atq; eminus vndecumq; admirabilis. Sed, vt vt fuerint hæc omnia operoſa, non minùs, ac ſpecioſa, ſeu precioſa: his, ac alijs modò lictis, videre eſt, atq; admirari aram illam magnificentiſſimam perilluſtrium Bethignolorum noſtrorum de Brixia ad D. Claræ: vbi ex alebaſtro electiſſimo, nitidiſſimo omnia: ſed cũctis ſignis illud admirabilius Chriſti Redemptoris noſtri, ac Domini Reſurgentis, ſiue de morte potiùs triumphantis: & illa hinc inde Mariæ Virginis, & Ioannis, quẽ diligebat; &, quod vno verbo pariter hic concludam, VACATE, ET VIDETE OMNIA. vt tandem infra veritatem potius, quàm



Digitized by Google

ſupra eam, me hæc omnia retuliſſe euidentiſſimè dignoſcatis. Porrò has duas artes, Sculpturam ſ. & Picturã, doleo hic potuiſſe, cum ſint illæ nobiles, & liberales, adeo, vt ſecus poetas, & Aſtronomos reponere debuiſſem, iuxta illud Horatij, Pictoribus, atq; Poetis. vtcumq; ſit, ita cecidit in ſcribendo calamus meus: neq; cum hucuſq; compoſitione peruenerim, commodus datur illuc regreſſus: quare cum Lacone illo nobili (de quo Athenæus) in inferiori chori loco à Prębitore locato pro illis aliquis potiùs mihi dixerit, Tibi gratulor, ſiquidem voluiſti & hunc locum ex horum præſentia decorare. cæterùm tantorum pictorum, ſculptorumq. nomina vnius ſupremi Epitaphio repoſito, tametſi longè petito, nunc concludamus.

Hor.

Athen.

D. O. M.

Raphaelli Sanctio Ioann. F. Vrbinat. Pictori eminentiſſ. Veterumq; Emulo, cuius ſpiranteis imagineis ſi contemplère, Naturæ, atq; Artis Fedus facilè inſpexeris.

Iulij II. & Leonis X. Pontt. Maxx. Picturæ, & Architect. operibus gloriam auxit A. XXXVII. integer integros. Quo die natus eſt, eo eſſe deſijt. VI. id. April. MDXX.

*Ille hic eſt Raphael, timuit quo ſoſpite vinci*
*Rerum magna parens, & moriente mori.*

---

Eſſent & referenda Muſiua opera aliquot, cum quibus & opifices minimè reticẽdi: ſed hoc vno, quod nunc aſtruam, recenſito: ad mercatorum, ac artificum Epitaphia noſtratium referenda iterum me conuertam. Georgius Vaſarius Aretinus in Pictorum Vitis, &c. cum dixiſſet Titianum Vecellium Muſiuum opus denuò Venetias retuliſſe, addit; Ma niuno ha meglio lauorato di queſt'arte à tempi noſtri, che Valerio, & Vincenzo Zuccheri Triuiſani: di mano de' quali ſi veggono in San Marco diuerſe, e molte ſtorie: e particolarmente quella dell'Apocaliſſi, nellaquale ſono d'intorno al Throno di Dio i quattro Euangeliſti in forma d'animali, i ſette candelabri, et altre molte coſe tanto ben condotte, che guardandole da baſſo paiono fatte di colori con i pennelli à olio &c. e pur ſono di pietre cõmeſſe. Sed iam ad Epitaphia reuertamur.

Ge. Vas.

---

*Ad D. Nicolai T. infra cau ædium.*

SEP. Q. DOMINI NICOLÆ DE LVPIS AROMATARII AD INSIGNE LILII. ET SVOR. HÆREDVM. MDLXXI.

*Infra*

Digitized by Google

*Infra templum è regione oſtij Aquilonaris.*

S. D. HIER. RVBINI AROMATARII, ET HÆR. MDLX.

*Ad aram Sancti Jo. Bapt. ſatis conſpicuam, pellionũm deuotio, ac ſumptus.*

Reſtauratum Aloyſio Peratio, & Io. Baptiſta Zuccaro GG. ac Baptiſta de Paeſio Maſſ. M D C V.

*Ad Diua Mariæ IESV ante aram nobilem venerabilis Crucifixi.*

ANTONIO DE SANCTIS DICTO ZIGNOLO AVO ANGELO PATRI B. MERENTIB. SIBIQ; AC POST. FILII INDVLGENTISS. PP. ANNO D. MDXCVI.

*Ad clauſtri Jan. marmor incude, & malleo ferreis teſſellatum.*

S. MAGISTRI ALBERTI FABRI, ET SVORVM HÆREDVM. MDLV.

Hic itaq;, atq; alibi comperiuntur inſtrumenta varia in tumulis deſignata, etiam abſq; vlla inſcriptione ad artes hominum varias indicandas: vnde Iacobus Pontanus Ieſ. progymnaſmate quodam 65. aiebat. Mihi videntur pro Epitaphijs fuiſſe ſculptura, & picta inſtrumenta quædã ſuper tumulis, quib. defunctorum artes, conditionesvè ſignificarentur. v. g. nauis, ſeu remi indicabãt nautã, rete piſcatorem, malleus fabrũ, mola molitorẽ, ſecuris lignatorẽ, doliũ, ſeu calix potatorẽ, aratrũ agricolã: aquilę, et leones, viros fortes, magnóſq; duces. De ſepulchro Miſeni tibicinis ita eſt in 6. apud Maronem. Jac. Pon

*Et pius Æneas ingenti mole ſepulchrum*
*Impoſuit, ſuaq; arma viro, remumq; tubamq; Monte ſub aerio.*

Ita ad D. Io. Baptiſtæ T. apparet in buſto caniſter bellulus; ad D. Franciſci in duob. ſarcophagis laniorum ſculptæ magnę illæ ſecures dolium ad viariorum ſepulchrum ad D. Marg. Vitriarij ſcyphus, & phiala. &c. quod & in liberalib. diſciplinis obſeruatũ nouimus ex teſtimonio M. Tullij in Tuſculanis, vbi in sũmo ſepulchro Archimedis Aſtrologi, ac Geometræ ſphęram poſitã eſſe aſtruit, & cylindrũ, hoc quidẽ ad Geometricã, illã verò ad ſyderũ ſcientiam indicãdam. Cic.

HIC IACENT OSSA D. PHIL. BELTRAMINI, ET SVOR. HÆR. MDCV. Adhuc in Templo.

*Ad Diui Franciſci in extremo nunc externo ſacello.*

PROVIDO VIRO MARTINO ZAGHIO QVI SANVS VIDIT ANN. XCVIII. ET QVARTAM GENERAT. OB. MDLXXVI. IOANNES F. ET SIBI, ET POST.

*Ad chorum altiùs teſſellis inſititijs, vt chorus hic vniuerſus.*

A SAROTICA SEDILIA IPSI ZENODOTO INVIDIOSA PETRVS ANTONIVS MVTINENSIS COMPEGIT.



Digitized by Google

*A Templi media non longè.*

Sep. Ser Laur. Q. Antonij de Bergomo Lanarij, & ſuor. hær. 1510.

Hi ſunt modò Piccoli, ciues, & not. Tar.

Secus aram D. Sebaſtiani, quæ eſt Laniorum ſcholæ. marmor.

*FRANCISCVS LANIVS SIMEON genitus patre tumbam*
*Hanc ſibi, & vxori fecit APOLLONIÆ.*
*Vt quibus vnà tenuit dulcis concordia vitam*
*Oſſa tegat ſaxum iuncta decenter idem.*
HÆREDIBVSQ; SVIS CVNCTIS CONCESSA PER FRATRES. MDII.

*In maiori baſilica benefact. conditorium.*

IACOBVS GANZOLIVS DE LOVATINA IN HVMILI STATV
PIIS IN DEVM, ET PROXIMVM OPERIBVS INSIGNIS
POST FRAGILEM VITAM ÆTERNA MEMORIA DIGNVS
SE VNA CVM VXORE HOC TVMVLO CONDI IVSSIT.
OBIIT IPSE DIE XVI. IAN. ANNO DOMINI MDCIII.

*Sub diſpluuiato quadrangulari marmor.*

*MAGISTRI FRANCISCI A QVERCV CERDONIS TAR. ET HÆREDVM SVOR. ANNO DOMINI MDXI. I. APRILIS.*

*Penès ingreſſum monaſterij Monum.*

*FRANCISCVS CORTINOVIS COSTES DRAPERIO, ET SVI HAEREDIS. MDLI. XXV. IAN.*

Hic Helenam filiam ſuperſtitem duntaxat reliquit bonorum hæredem, ſubinde Laurentij Cumi legum Doctoris coniugem, mox defuncti, licto Ant. Fil. viuente cum matre.

*Ad D. Margarita infra canedium politum marmor, epitaph. rude.*

Sepultura de Ser Piero Pauan, che ſtaxeua à la Girà
cum sò mogie ſolamente. 1461.

*Horum eſt Hæres prædij ſchola ſancti Nicolai de Tolentino.*

Honeſtemus autem vile hoc Epitaph. illo nobili, conceptus haud diſſimilis, Romæ poſito, nempe.

*Hic iaceo, ſanctum dederat cui Gratia nomen,*
*Oſſibus eſt vxor contumulata meis.*
*Vna duos olim tenuit concorditer vna:*
*Vna quoq; extinctos occulit vrna duos.*

Et

Digitized by Google

Et ſi addiderimus alterum, quod in eadem vrbe legitur
non erit quidem ab re. ſcilicet.

*Conſtituit Marthæ tumulum Martinus, & ipſe*
*Coniugis vt coniux oſſibus oſſa tegat.*

---

*Ad Diua Catherina ad Templi med.*

D. Q. M.

DONATÆ ALBERTÆ VXORI DILEC.
ALEXANDER A BOVE PHARMACOPOLA
VIVENS POSVIT, AC SIBI, ET POSTERIS. MDLXXVI.

---

*Ad D. Mariæ Magd. ante aram propriam, & M. Virg. dicatam, ſepulchrũ.*
Laurentij de Graſſis de Lupatina, & hæred. MDLXXVI. Cal. Apr.

---

Sepulchrum hoc Hieronymi Guielmini pharmacopolæ Tar. *Ibi in proximo.*
ad inſigne aurei cap. & eius hæredum. MDCX.

---

*Ad D. Mariæ Noua Moniales infra muros.*
Sebaſt. Fullon. Ant. Purlil. F. Archit. Taru.

---

*Ad Diui Laurentij ad aram pietatis.*

EX TESTAMENTO SER IOANNIS A MVRALEIS
SCHOLA FABRORVM HAERES F. C. MDLXXX.
DIE XXVIII. MAII.

---

Quam nos ſcholam dicimus (fabrorum puta) antiqui collegiũ dicebant, vt apparet Mutinæ in hoc Elogio. Q. Hortenſio Q. F. col. Fauſtino aduocato Fiſci Præf. Fabr. Patrono Municipi Collegium Fabrum Tiburtium ob merita L. D. S. C. curantibus M. Heluio, & C. Aliſano Tiburtino.

---

*Ibidem in proximo antiquum marmor.*

S. IOANNIS, ET GERARDINI FILIORVM Q. DOMINI
IACOBI DE SCARALDO DE DOM.

---

*Non longe. Sed conueniret magis inter extraneos nihilominus fuit hic piſtor Taruiſij, & incola longi temporis.*

M. IOANNES DE TEXTOREIS DE SANCTO VICTORE DE
VALLEMISOCH, SIBI, ET BENED. VXO. AN. D. MDLXXVII.
H. M. H. N. S.



Digitized by Google

*Ibidem in pila ſub ſtatua D. Sebaſtiani.* *ſubl.*

EX DEVOT. M. IOANN. DE TEXTOREIS. AERE PROPRIO CONSTRVX. ET DOTAV. AN. DO. MDLXXVII.

---

*In Templo D. Martini marm.*

DOMINICVS CÆSAR FVLL. FRANCISCO PATRI SVO CARISS. ET SVIS H. F. C. MDLXXV.

---

*In proximo reponend.*

HIC IACET VICTOR SCALA HOMO INDVSTRIVS, VRBANVS, ATQ; HILARIS. QVI SANVS POST CÆNAM ☞ IN LECTO CVBANS, NON EST AMPLIVS EXPERRECTVS, NEC AGNITVS MORTVVS, NISI PLVRIES LANCINATVS. MDXCV.

---

Hoc idem cõtigit Franciſco Pouiano C. T. nocte XX. MDCXIII. idemmet euenit Io. Anton. phrygi bibliopolæ Tar. frugi homini die 8. Febr. 1615. hora quarta noctis: agnito tamen mori á coniuge expergiſcente.

---

*Ad Diui Viti in muro vetuſtum marmor.*

MCCCXLVIII. DIE XIII. VIII OBIIT SER IOANNES DE FARA BECCARIVS, DE CVIVS BONIS EIVS COMMISSARII FECERVNT FIERI HOC ALTARE AD HONOREM SANCTI ONVPHRII, AD QVOD DATI SVNT DVO MANSI IACENTES IN LIMBRAGA. ET MEDIETAS DOMVS, QVÆ EST IVXTA ECCLE. S. VITI.

---

*Secus aram Crucifixi.*

SEP. SER IOANNIS DE PERINO FVRNARII AD CARCERES, VINIQ; MERCATORIS, ET HÆREDVM. MDLXXIX.

---

*Ad Diui Leonardi in Templi medio marmor nobile.*

D. O. M.

BERNARDINVS DE MORANDIS HVNC LOCVM SIBI, FELICI FRATRI, AC HÆREDIBVS SVIS PARAVIT. VT POST ANIMAS CÆLO RESTIT. CORPORA, QVÆ TERRÆ SVNT, TERRÆ HIC ET IPSA RESTITVANT. MDLXVII. NON. SEXT.

---

*In caſſide ſuper inſigne gentilicio ad agn. ſchada.*

HVMILITAS. DEO PLACET.

Ad

Digitized by Google

Ad Diuæ Margaritæ hortos poſt Templi faciē ingredienti ad læuā, ſub Nuce, vulgò alla Nogara, vbi extat cāpus ſacer, in quo quot quot pauperum morientium in magno illo noſodochio Taruiſino ſepeliūtur cadauera. illorum inquam præcipuè, de quibus Perſius.

*Vos humiles inquit vulgi pars infima noſtri:* *Perſ.*
*Quorum nemo queat patriam monſtrare parentis.*

Ibi iacet STIMAMVNDVS ille, cuius exemplo, ac intuitu De Humana conditione libellum illum edidi Ego, ſub nomine quidem Pij Academici Conſpirantis, curioſis ingenijs, vt video, acceptum valde. Quod autem ille homo præmorienti coniugi poſuit Epitaphium, vide.

D. M. A.
GRATIÆ GAVDIÆ VXORI LONGI TEMPORIS
QVÆ CVM BONA PAVCA, MALA VERO SVSCEP. PLVRIMA,
FELICEM QVANDOQ; SED NVNC INFELICISS. VIRVM, MVTVI
AMORIS MEMOR, AB HOC MVNDI ERGASTVLO AD
ÆTERNA GAVDIA GAVDENS MODO PROPERANTEM EXPECTAT.
HOC VERMIVM, AC PVTRED. DOMICIL. STIMAMVNDVS POS.
MOER. IN QVO SE ITERVM SECVM LIBENTIVS VNITVR (NE TANTA
DEFERVEAT CHARITAS) AVIDE PRÆSTOLATVR.
VADE VIDE VIAT. CAVE
NE HVIVSM. LYRAM PROSCINDAS, ROGO.
H. M. H. N. S.

Illius autem Epitaphium, non multo poſt tempore poſ. tale eſt.

*Hic Stimamundus inest: aſt Gaudia parte ſequeſtri.*
*Quos ſeparat tellus, iungat in arce Deus.*

Nos viles pulli nati infelicibus ouis. *Iuu.*

Cæterùm hanc Inſcriptionum ſeriem cum Valerij Maximi dicterio in quarto quarti libri capite expoſito, obſecro, concludamus, Quid ergo mendicam Fortunam, quaſi præcipuum generis humani malum, diuturnis conuitijs laceramus? quę vt nō abundantibus, ita fidis vberib. Publicolas, Æmilios, Fabricios, Curios, Scipiones, Scauros, hisq; paria robora virtutis aluit. Exurgamus potius animis, pecuniæq; aſpectu debilitatus ſpiritus, priſtini temporis memoria recreemus: namq; per Romuli caſam, perq; veteris Capitolij humilia tecta, & æternos Veſtæ focos, fictilibus etiamnum vaſis contentos, iuro, nullas diuitias, paupertati talium virorum poſſe præferri.

MAGI-

Digitized by Google

# MAGISTRATVVM ILLVSTRISS. IVDICIO INTEREMPTIS,

## BARTH. BVRGN. PHYS. APOSTROPHE.

ET cur Vos non alloquar, cuiuſuis generis, ſortis, ac ſexus homines iuſtitiæ conſeruandæ cauſa ſuſpenſos laqueo, ſiue ſecuri percuſſos, aliovè mortis ordine iugulatos? an non Chriſti Nomini & Vos fuiſtis per ſacri baptiſmatis regenerationem initiati? an non ingemuiſtis fortaſſe bis, atq; iterum, vos ad Dominum conuertentes? an non faſſi interim fuiſtis peccata veſtra contriti ex animo, vt qui ſanis intellectus æquè, ac corporis oculis præſentem mortem, ac internecionem veſtram vidiſtis indubitatam, irreuocabilem, ſed & immediatam? an non dolore cordis intrinſecus tacti ad Redemptorem noſtrum pro nobis paſſum contumelias, vulnera, mortiſq; genus turpiſſimum, acclamaſtis? pœnitentia ducti, vera illa quidem, ac ſingulari, vociferaſtis? vt, veſtrum delictis, ac iniquitatibus dimiſſis, velit anhelantes, atq; anxias prodeuntes, imò expulſas, & concitatas animas in eius gratiam ſuſcipere, ac acceptare? Eia, agite, quemadmodum Vos offendiſſe Deum, pątratis ſceleríb. ſatis pœnitet: quemadmodũ Vos, ex diuina repromiſſione, in gratiam recæptos credo, quinimò ex vobis beatos aliquos, vt qui perſecutiones paſſi eſtis, & mortem propter iuſtitiam: ſiue ſoluiſtis in purgatorio, ſi quæ ſoluendæ erant, meritas pœnas, fuiſtis promiſſum Vobis à Seruatore noſtro Regnum cælorum tandē adepti, ita uos rogo, atq; obſecro, ut quoslibet frugi homines, ac innocuos ab iſtiuſmodi turpi, ac nefario mortis genere, quinimò ab omni uiolenta morte immunes futuros eſſe à IESV Chriſto Domino noſtro miſericordiæ perinde, atq; iuſtitiæ perenni fonte ueſtris precibus impetretis.

*Oratio Sanctæ matris Eccleſiæ, in Cœna Domini.*

Deus, quo & Iudas proditor reatus ſui pœnā, & confeſſionis ſuæ Latro præmium ſumpſit, concede nobis tuæ propitiationis effectū, ut ſicut in paſſione ſua Ieſus Chriſtus Dominus noſter diuerſa utriſq; intulit ſtipendia meritorum, ita nobis, ablato uetuſtatis errore, reſurrectionis ſuæ gratiam largiatur, Qui tecum uiuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.



Digitized by Google

Ad D. Vitiscœmeterium introrſum ex marmore Monumentum.

*Euaginato enſe ſuperexſculpto, quinctiali libra.*

*IVSTITIAE GLADIO INTERFECTIS*
*CONSERV. S. M. PIETAT. F. C.*
*MDLXXVIII.*

---

De quadam Lucretia C. F. MDC.

*Perdere debuerat vitam Lucretia ferro,*
*Vel laqueo: en fecit mœcha necare Virum.*
*Carnificis nodum præuenit, ſiue ſecurim,*
*Faſciola hæc propria carcere colla premens.*
*Propterea ſacro non hoc componitur antro:*
*Aſt banc poſt muros eruta foſſa tulit.*

---

*Libet exemplum iſtiusmodi ponere ex priſcis notis. Rauennæ.*

F. I. DICAT.

CINERES, ET OSSVA Laodiceæ Philocaptæ hic ſita ſunt Perpetuæ memoriæ Facti, & infamiæ cauſa, quæ inſatiabili venere exhauſta ſubter viuo viro mortua eſt. Vix. ann. XXIIII. men. VIII. D. IIII. infeliciſſimi parentes tacito nomine extra ſortem ad Rudera poſuere. O VORAGINEM ESVRIENTEM.

---

*Brixiæ non multùm diſſimi.*

D. M.

QVI ME VOLENT.

VALETE Matronæ, Matresq; Familias. Vixi, & vltra vitam nihil credidi. Me Veneri alumnæ addixi.

*Quos potui pellexi Filtris, & aſtu. Viro humato*
*Non vidua, nec mariti nomen adepta.*
Quæſo non inuidete.
*Portia Familia eſt Veneris domus, illicium Cupidinum.*
Caue Viator.
*Ne me diu Calcatam Calces.*

---

*Auaritiæ cauſa aliud Beneuenti.*

Portia T. Portii Filia hic ſum, quæ duob. Natis a me, Auaritiæ opus, veneno conſumptis, miſeræ mihi mortem conſciui.
*Tu, qui hac tranſis, ſi pius es, Quæſo à me oculos auerte.*



Digitized by Google

1216. de quodam hexaſtichon.

*Inconfeſſus obis furca ſuſpenſus in Vrbe*
*Athaus, Latro, peſſima, dira, ferens:*
*Quem volucrum paſtum recipit tum ruſtica furka,*
*Manſurum, laqueos tempora donec edant.*
*Sume tibi reliquum, ſathanas: ſuffragia certè*
*Non hunc deinde tuis vnguibus vlla trahent.* *niſi &c.*

---

*Ex Laur. ſchradero, ſymbol. in Aragonia*

VIXI, ET VLTRA VITAM NIL CREDIDI, INVITVS MORIOR. QVO VADAM NESCIO. VALETE POSTHVMI. M. POSTHVMIVS EQV.

---

*Syl. var. Lect.* *Luci.* *Suid.*

Et Timon ille Athenienſis humani generis oſor, atque inimicus acerrimus, & quemadmodum dixit ille, ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans. iuſſit cadauer ſuum in penitiſſimis æſtuarijs ſepeliri: ſiq; fieri potuiſſet in profundo maris; ne. ſ. oſſa illius cum alterius hominis oſſibus vllo vnquam tempore iungerentur: ſeu, veluti refert Suidas, cuius mortui quandoq; ſepulchrum inacceſſum, & inuium factum fuit, cum mare, tamqua ipſum quoq; peroſum illius inhumanitatem, inundationem eam terræ partem, vbi ſepultus erat, à reliqua abſtractam ſecluſiſſet. in quo & tale Epitaphium inſcriptũ fuiſſe fertur. μισανθρωπος. Hic iaceo vita miſeraq; inopiq; ſolutus.
Nomen ne quæras: ſed malè tu te peri.

---

Neq; adeo incongruum futurum puto referre nunc aliud extrauagantis hominis Epitaphium in extrema Hyſpania poſitum apud Gades. nempe. D. M. S.

Si lubet legito. Heliodorus inſanus Cartag. nenſis ad extremum orbis ſarcophago teſtamento me hic iuſſi cõdier, vt viderem ſi quiſpiam me vnquam inſanior ad me viſendum ad hæc vſq; loca penetrauerit.

---

De eorum, qui ſibi mortem cõſciuerunt, ſepultura: ſeu potiùs de exhumandorum cadauerum cauſis: ſiue adhuc magis de ijs, qui legitima ſepultura excluduntur: legere eſt Progymnaſma LXIII. tertij volum. partis poſterioris Iacobi Pontani Ieſuitæ, nempe.

Omnes, qui iure Pontificio exhumari iubentur, quos ſepeliri profecto non fuit licitum, videlicet Fæneratores manifeſti, ludis Equeſtribus,

Digitized by Google

ſtribus,ac duellis interempti,raptores,blaſphæmi,ſemel in anno ſacrum confeſſionis myſterium obire negligentes abſq; piaculo ſpretis videlicet apertè ſacramentis emortui,& quibus Templum ingredi nefas eſt, Iudæi,ethnici,hæretica labe infecti,infantes aqua vitali nondum abluti:omnes demum ſacra deteſtatione iugulati,ſeu fidelium communione exterminati.Hi, vt viuẽtes digni non erant,qui ſupra terram ambularent:ſic poſtquam ducere ſpiritum deſierãt,digni non ſunt,qui in cõplexu,& gremio terræ conſecratę putreſcãt. *Iac.Pon.*

Plutarcus lib.contra Colotem grauiſſima oratione eos refellit, qui licitum putant in rebus aduerſis mortem ſibi conſciſcere.negat item Ariſt.Ethicorum 4. magnanimi eſſe in aduerſa fortuna ſemet hac luce ſpoliare.idem lib.5.qui ſe manu ſua interficiat,eum iniuriã facere,ſi non ſibi,certe ciuitati.Cic.1.Tuſcul.Vetat.n.Dominans ille in nobis Deus iniuſſu,hinc nos ſuo demigrare.Non eſt ſanè decipiendũ Dei donum,quod nimirũ vita eſt,quã ille nobis impertiuit. Quòd ſi præterea is numeratur improbiſſimus,qui hominis depoſitũ male tractauit,nõ erit improbus,qui Dei depoſitũ contẽpſerit,& ꝑ extremã nequitiã è corpore ſuo eiecerit? Nec citiùs velle debemus diſcedere,nec diutius manere,q̃ velit is,cui debemus ꝙ nati ſumus, & viuimus: Deo ſeruimus,eius igitur imperia nobis ſũt expectãda. *Plut.* *Ariſt.* *Cic.*

## IAM MORTI IPSI BARTHOLOMÆI BVRCHELATI PHYS. APOSTROPHE.

Liberiori Apoſtrophe Ego ad te,ò Mors,futura aliquando perennis huius animæ ab hoc fragili corpore indubia ſeparatio,libens nunc me conuerto: Ego inquã ad te, qui hucuſq; tuũ veriſſimum ſanè triumphũ in meo hoc aggeſto vtriuſq; ſexus, cuiuſq; ætatis,ac conditionis hoĩum cæmeterio, ex Monumentorũ cauſa,luce clariùs demũſtraui iuuat in præſentia cũ Eccleſiaſtico illo ſapientũ oĩum ſapientiſſ. ſic tecũ loqui.O Mors,q̃ amara eſt memoria tua homini pacẽ habenti in ſubſtantijs ſuis: viro quieto:& cuius viæ directę ſunt in omnib. cũ nihilominus bonũ ſit iudiciũ tuũ homini indigenti,& q minoratur virib. defecto ætateq; : cũ interim meminiſſe quiſq; dẽat,q̃ ante ſe fuerũt,queq; ſuper uentura ſunt ſibi:quodq; hoc iudiciũ à Dño omni carni. En natura- *Salom.*



Digitized by Google

lis calor in me, in mei inq; radicali humido, quouſq; tu illi permiſeris, agit, ac operatur. En Fatū, ac Dei optimi Max. Diſpenſatio me ad vitę meę terminū ſenſim deducit: & quaſi diſcuſſam nauim de mari, de fluctib. inquā huius ſęculi, ſubducit in terrā. tundat modò conditio hæc noſtra Bartholomæi Burchelati vtrē, quoad ſibi permiſſum eſt: agitet hoc corpus meum, tras figat, vrat, ſecet, vt inæternum parcat Deus miſericors animæ meæ; hic mille anni coram Domino, tanquam dies heſterna, quæ præterijt: Socrates, Plato, Ariſtoteles: & qui Socratem inſtruxerunt, & qui à Platone, atq; ab Ariſtotele docti ſunt, quiq; docentur continuè, ac in poſterum illorū dogmata docebuntur, ò Mors, telo tuo inuincibili, implacabili, ineuitabili, irreuocabili transfoſſi, ac tranfixi ſunt, proſternuntur, interimētur; quis nam ambigit? quis tam ſtupidæ, ne dicam ſaxeæ, mentis homo, qui non videat, non conſideret, quòd morimur quotidie, & ſicut fænum areſcimus, & ſicut aqua dilabimur ſuper terram? Vnum ſcio, & verè teſtor, ex agnitis meis conſanguineis, aſcendentibus inquam, deſcendentibus, vxorijs, & ad latera me inhumandos liquiſſe mortuos vtriusq; ſexus, & cuiuslibet propemodum ætatis, à prima eorū ortus in lucem die ad annū nonagesimum, vtiq; nonaginta, quorum funeribus vt plurimum interfui, illórumq; plura admodum ordinaui. Profectò, quemadmodum dicebat Anaxagoras, ſicuti nemo mori ſolet, qui non vixerit, ita hec viuere aliquis quidem poteſt, qui non ſit moriturus.

Pſ. 89. (margin) — Anax. (margin)

*Cum fex, cum limus, cum res viliſſima ſimus,*
*Vnde ſuperbimus, ſi cinis, vmbra, ſimus.*
*Cum ſpeculum hoc cernis, cur non, mortalia ſpernis?*
*Tali Namq. domo clauditur omnis Homo.*

Neq; ob id te, ò Mors, appetam, aut accerſam, aut pertentabo: vt minimè Cleombrotum, Catonem, Lucretium Gallum, Calanum, & tot alios imitari voluerim, qui ſibi ipſis mortem voluntariè conſciuerunt: veluti & diebus noſtris Taruiſij fecerunt nonnulli, quorum tres noui, & ante ſeptennium quidam ruſticus de Morgano: qui omnes grandiores natu adeo, vt ſenior ſexageſimum annū non excederet, iunior trigeſimumquintum vix præteriſſet, voluntariè, nullo ſuggerente, nedum impellente, neq; ex deſperandi cauſa aliqua, te cunctantem mortem conſtricto ad collum laqueo ad ſe ipſos feſtinanter accedere conſtrinxerunt. Quapropter pius Ego Academicus ſpirans pariter, ac Cōſpirans, quin & Anhelans ad bona opera, perinde, atq; illuſtria peragenda.



Digitized by Google

*Farre pio, & plena ſupplex venerabor acerra*
*Illum, qui morte hanc mortem de morte redemit.*
*Efficiens vitam credentibus eſſe perennem,*

Expectans interim alacri animo donec veniat immutatio mea, & quantumcumq; mihi à familiaribus curis, à publicis, ac domeſticis exercitijs, neq; non à cariorum obſequijs permittetur, legam, relegam, ſcribam, orabo, interero diuinis operabor, contemplabor, infirmabor fortè, tum moriar. Mihi autem videtur, quemadmodum & Plinio viſum fuit, acerba ſemper, & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant; nam qui voluptatibus dediti, quaſi in diem viuunt, viuendi cauſas quotidie finiunt. Qui vero poſteros cogitant, & memoriam ſui operibus, extēdunt, his nulla Mors non repentina eſt: vt quæ ſemper inchoatum aliquid abrumpat. ò mors, ò Mors, hæret alta mente repoſtum Vulnus illud filio quidem mortale. mihi autem, vti ſubitū, ac furioſum crediderim, immortale; propterea verè cum B. Auguſtino dicam, inquietum extra modum eſſe cor meum, pariter & futurum, donecper mortē in Deo, ſicut anxiè cupio, requieſcat. Mors autem quid? ait Lipſius. metuenda Viro? optanda potiùs, quia finis huius miſeræ, et principium melioris vitæ. qui & alibi, quid ipſa mors, quam timemus? gaudium, & vera vita, ſanè hoc curo vnum. ac procuro, vt vitam meam corrigam, vt Deo meo placeam, vt ſedem ab his nimbis quietam in ſupera illa arce poſſideam, vnde aſpiciam humana hæc omnia, & contemnam. parce ſodes, cara Mors, ſi Elogium hic illud antiquum ponam, quod Patauij ad D Laurentij fores ſub dio vix legitur ex arca illa nimium impluuiata, ac temporum iniuria obſcura reddita; id quidem primùm de te, tum de hominis conditione, compage, ac ſolutione, elegantiùs, neq; dum poeticè ratiocinatur, ſed & philoſophicè, & Chriſtianè. & propterea neq; tu ab Epitaphijs noſtris indicta abibis, ò Mors, noſtrùm omnium, quinimo cunctarū creatarū rerum, exceptis animis, ſeriùs, aut citiùs interitus, extinctio, ac reſolutio.

*Plin. 5.*

*B. Aug.*

*Lipſ.*

*MORS MORTIS MORTI MORTEM SI MORTE DEDISSET,*
*Hic foret in terris, aut integer aſtra petiſſet;*
*Sed quia diſſolui fuerat ſic iuncta neceſſe,*
*Oſſa tenet ſaxum: melior pars gaudet in eſſe.*

*Id, quod es, ante fui: quid ſim poſt funera quæris?*
*Quod ſum (quicquid id eſt) tu quoq; lector, eris.*



Digitized by Google

*Ignea pars cælo, cæſa pars oſſea rupi:*
*Lectori ceſſit nomen inane Lupi.*

Vtinam, rogo Dominum IESVM animarum omnium ſeruatorem, ne me, ò Mors, inuenias oſcitantem, aut imparatum: vtinam ne ad me venias repentina: vtinam ne importabiles cruciatus, commiſerandæq; paſſiones mihi cubili affixo diutiùs præmandentur: vtinam tamen fons miſerationis, & gratiæ Creator meus benigniſſimus concedat ſuſtinendi, ac tolerādi virtutem, in fide recta, in perfecta charitate, in ſpe firma futuri præmij, licet non meriti, mihi à ſummo opifice creaturæ ſuæ, dixerim alumno ſuo, liberaliſſimè conferendi. Vale, æqua Mors, mors placida, mors ſuauis.

*Nil referas; venias ſera, benigna, leuis.*

Collige me tunc temporis, quando Deus, quod vtinam fiat, illis me aſſociari voluerit, qui in Domino mortui, fuerunt perpetuā lucem, æternam requiem, ſempiternamq; beatitudinem conſecuti.

## IN FRETO VIXIMVS, MORIAMVR IN PORTV.

Generoſæ cuiuſdam mulieris ſceleton, Mortis quidem ſpeciminis, ſeu figuræ proſopopeia.

*Carnibus oſſa ſuis cur ſint nudata requiris,*
*Iuncta tamen iuſto corporis iſta ſitu.*
*Sic mandata dedi viuens ANTONIA quondam:*
*Et moriens eadem iuſſa ſuprema dedi.*
*Vt σκελετὸς fierem, Medici quo diſcere poſſent,*
*Quanta forent, & quot, quælibet apta loco.*
*Quod iuſſi fecit GISBERTVS: gratia magna*
*Huic maneat: ſatis eſt LVX mihi perpetua.*

Quod hic vides, amice, corpus ſine corpore, ne ſtupeas, aut damnes, quiſquis es, Teſtamēto ſic ipſa caui, vt hoc, quod cernis, fierem, Philoſophis, ac Medicis ſacrum; horum ſi es de numero, ſacro legato vtitor: ſin prophanus, indoctus, hinc ocyùs abſcedito.

Plutarchi paſſus in Conuiuio 7. ſapientum. Ægyptij in conuiuia inferre ſolent σκελετὸν, id eſt exſiccata hominis, atq; inter ſe compacta oſſa: hortariq; conuiuas, vt meminerint ſe non ita multò poſt tales fore.

Cæte-

Cæterùm in deteſtationem, niſi in recognitionem, curarum, ac machinationum mortalium hominum duas ponam gentilium au-ctorum ſententias pro multis, quas in re propoſita ponere potuiſ-ſem: & vlteriùs pedem feram.

Ex Plinio.lib.2.natur.hyſtor.cap.70.

Hæ tot portiones Terræ, cuius è relicto ſpacio plus abſtulit cælum: tantumdem reliqui fortaſſe maria immenſa, flumina, paludes, tantæ, lacus, & ſtagna: tum elata in cælum, & ardua aſpectu iuga: ſyluæ præterea, valles præruptæ, & ſolitudines, & mille cauſis deſerta loca: Hæ inquam, iam portiunculas dicam Terræ, vt plures tradiderunt, mundi punctus (neq; .n. aliud eſt Terra in vniuerſo) hæc eſt materia gloriæ noſtræ: hæc ſedes: hic honores gerimus: hic exercemus imperia: hic opes cupimus: hic tumultuatur humanum genus: hic inſtauramus bella, etiam ciuilia, mutuiſq; cædibus laxiorem facimus terram. Et, vt publicos gentium furores tranſeam, hæc, in qua conterminos pellimus, furtoq; vicini ceſpitem noſtro ſolo affodimus, vt qui latiſſimè rura metatus fuerit, vltraq; fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad menſuram auaritiæ ſuæ propagauerit, quam tandem portionem Defunctus eius obtineat? Plini

Ex Plauto.

Prima pars qui ſeſe neſcit, media curis obruitur, vltima moleſta ſenectute premitur. Iuuenta nihil eſt fugacius, quæ vbi auolauit ſemel, redit nunquam. Sed enim finem hunc coronemus perilluſtri epitaphio, litteratorum Illuſtriſſimi Iuſti Lipſij ab Erycio Puteano doctiſſimo eius Aſſecla in ipſius Lipſionemate anniuerſario, vbi ſic ex dicto ſcriptum reliquit. Eryc. P.

Quid, quod ipſe Monumentorum ſcripſit? & in ipſo ſepulchro loqui voluit, vt etiam extinctus doceret? audite. Lipſ.

*Quis hic ſepultus quæris? ipſe ediſſeram,*
*Nuper locutus & Stilo & lingua fui.*
*Nunc altero licebit. Ego ſum Lipſius:*
*Cui litteræ dant nomen, & tuus fauor.*
*Sed nomen. ipſe abiui. abibit hoc quoque:*
*Et nihil his orbis, quod perennet, poſſidet.*
*Vis altiore voce me tecum loqui?*
*Humana cuncta Fumus, Vmbra, Vanitas,*
*Et ſcænæ imago, & verbo vt abſoluam, NIHIL.*
*Extremum hoc te alloquor,*
*Æternum vt gaudeam tu apprecare.*

Digitized by Google

Præ

Præ cunctis autem alijs legatur Iacobi Pontani Ieſuitæ De re Funebri Dialogus, Progymnaſmatum ſuorum 56. cui titulus, Aequo, libentiq; animo è corporis vinculis euolandum, & defunctos vita moderatè lugendos. ſed & ſequentia Prog. vſq; ad 67. cum Annotationibus ſuis, à pag. 840. ad 938. faciem, incluſiuè.

*Iac. Pon.*

Iam uerò Nec ab re iudico recenſere Epitaphia quædam ex Antiquis in hac Vrbe noſtra exiſtentia: alicui etenim, niſi adeſſent, videremur forſitan defeciſſe; cui quidem ſatis reſponſum foret, ſi dixerimus illis nihil eſſe commune cum noſtratibus, Chriſtianorumq; Monumentis. Ne autem & hanc vrbis noſtræ non modicam dignitatem prætermittamus, en hic illa extra aliorum limites ponam; atque eò libentiùs, quòd viderim Ianum Gruterum paſſim per volumen illud ſuum Inſcriptionum totius Romani orbis hæc retuliſſe ex Burchelato, vt ille ſubdit omnibus locis.

# CANDIDA FVLVO NOBILIOR AVRO

## FELIX ANTIQVITAS.

Antiquorum, Romanorum inquam, Elogia aliquot Taruiſij in marmoribus, ac locis uarijs conſtituta: tum & in pagis quibuſdam.

*In Diuæ Mariæ Maioris Vicinia, in domo Federicia.*

IS ID. REG.
L. PVBLICIVS
EVTYCHES
MVN. TAR.
LIB.

---

*In ijſdem ædibus.*

IVLIA. P. L. MELÆNIS
SIBI, ET
IVLIAE. SAMATI FILIAE
DISCINIAE. PRIMAE. MAT.
P. IVLIO. Ɔ. L.
AB ASCANTO
SEQVANAE. MATRI.

Digitized by Google

*Ad Fontem Oliuum. aliâs in Domo Serrauallia.*

C. TERENTIVS Ɔ. L.
CHILO. V. S. F.

In columella pulcherrima, ante centum annos apud Hieronymum Bononium poetam celebrem, & antiquitatum ſtudioſiſſimũ: unde & compegerit Antiquarij libros duos, quos habemus cariſſimos: nunc deniq; poſtquam uagata per plures domos, a Doctoris poſtremò eam poſſidentis hære de uendita lypothomo, ut petra rudis: quod cum reſciſſem, datis marmoribus, & lateribus pluſquam ſatis, illam ab imminentibus ſcalpellis protinus uendicaui: & teneo domi meæ cariſſimam, unà cum uaſe illo marmoreo eiuſdem Bononij Ataui Coniugis meæ, quod tunc temporis Laurum continebat.

Columna. *Aſt longior, & gracilis.*




Digitized by Google

*Vas Rotundum.*

INTONSI SVM CVRA DEI
PENEIA VIRGO
PERPETVÆ PVLCHRO FRONDIS
HONORE VIRENS.
QVISQVIS AMAS PHOEBVM LAVRVM COLE.
QVICQVID AMATÆ
DEDITVR, ACCOEPTVM GRATVS
AMATOR HABET.

*Ad Plateam ſancti Andreæ in pila domus Delphiniæ N. V.*

ACILIAE
C. F.
SECVNDAE
T. HELVIVS T. F.
SALINATOR
CENTVRIO LEG. VII.

*In domo Solica, amplum marmor affabrèq; expolitum.*

M. S.
VLPIAE
M. F.
MACEDONIAE
VLP. MACEDONA
ET MAGN. SEMNVS
FILII.

*Ad Diui Stephani in ædibus Bethign. Nob. quadratum marmor.*

LIBERO PATRI
P. CASSIVS Q.
CLA.
LONGINVS.

*Inibi fruſtum dirutum valde.*

ORAT.
VSQ..A..

*In domo pridem Zuchelia, mox Calcia, quæ defuncta modò ius eſt Sodalitij ſanctiſſ. Euchariſtiæ T. Cathedralis.*



Digitized by Google

L. POMPONIVS EXTRICATVS
IV. F. SIBI, ET SVIS.
ET C. OPPIO VIVIANO
AMICO B. M.
IN FR. P. VI. IN AG. P. VI.

D. M.
L. BAEBIO VINDEMIATORI
BAEBIA SECVR. PATRI B. M.

*Non longe à foro prætorio in Turri maxima marmor decurtatum.*

....HONOREM DECVRIONATVS, QVO EVM DIGNVM IVDICAVERAT POST FINITAE MORTALITATIS EIVS SECESSVM TRANSFERRET IN M. SAVFEIVM, ET PVDENTEM PROXIMVM ADFINEM, VT HABERET ET PRISCVS IN ILLA SEDE PERPETVA RELICTIS TANDEM NIMIAE INFIRMITATIS DOLORIBVS HONORATO SVO ADFINE SPLENDIDVM PVBLICAE PIETATIS ADFECTVM, ET PARENS EIVS, QVI AMISSO VNICO FILIO NIMIO MEORORE GRAVITER ADFLICTVS EST, TAM SAEVI LVCTVS PERCIPERET SVBLIME SOLATIVM INTERVENTV........ BENIGNISSIMI DECRETI
OCTAVIAE T. F. SERENAE OPTIMAE CONIVGI. M. SAVFEIVS
PVDENS, T. SAVFEIVS SEVERVS SAVFEIO, ET MONTANO
FILIO ANNOR. III. MVLVIAE. T. F. SEVERAE SANCTISSIMAE
VXORI VIVI FECERVNT.
H. M. H. N. S.
IN FR. P. XXXIV. RET. P. XXXV.

*In eadem Turri paulò altius ad med. exeſus lapis.*

M. NAVONION.
M. C.... R.....

*In muro horti Rhollandeliorum ſuper Angulo iuxta fluuium.*

G. ANDENIO. C...
...LEGIO SECVND.
..ANDENIA...C.F.

*Fruſtum lapidis ad Forum Præfecti.*

..AMMIA...
...OREIVS....



Digitized by Google

*Ad Rhoam in Bononierium nostris Domicilio.*

EX LIGVSTINO SEX. FF.
LEGION. XV. APOLLI..
..LIGVSTINO SEX. FF.
LIGVSTINAE SEX. FF.

---

M. VILONIO M.
ANTIOCO L.
C.. A... S...
ET SECVNDAE ACO
VXORI.

---

*Inibi Fragmenta.*

...ITVRO
..GVLVS

OMIT
CLAV..
NO. F. C.

---

*Fragmentum dirutum.*

P. PAETINI
HERACLAE
IN F. P. XXX.
RET. P. XXX.

.NNI
..RMEI..
..VDIA F.
...AE. C.

---

*Apud magnif. Hier. Roverium lapis elegans in pago Sancti Zenonis recens erutus.*

L. RAGONIO L. F.
PAP. TVSCEN.
QVINTIANO CL.
OB HONOREM
TOGÆ VIRILIS
VERECVNDINVS SER.
DOMINO OPTIMO.

*Monici pagi ſuburbani compertum marmor.*

FLAVIA PRISCA
L. F.
ANN. XXIIII.

---

Ad Hortaccium vulgò, in domo alias Veretonia, nunc Getea, eſt peruetuſtum, amplumq; ac politum marmor, antium inſtar, ſatis longa oratione Hæbreis litteris inſignitum: quarum intellectu, veluti & hæbreorum commercio, nunquam fui delectatus, pręterea nec apud nos ſunt huiuſmodi impreſſorij characteres, & propterea hic à me non reponitur hoc magnum Elogium: qui has norit, inuiſat, legat, at at tranſtulerunt illud nunc Getei ad proprias ædes.

Adno-

Digitized by Google

Adnotat iamá Gruterus in maximo illo Inſcriptionum totius orbis Romani libro pagina 825. id Epitaphium.

*Taruiſÿ in Canali.*

SECVNDINVS SECVNDI
ET BRVTIA KALANDINA
CONI. SIBI V. F.

*Ex Petro Apiano.*

Vbi animaduerto verbum illud Canali, quod eſt Flumen ex noſtris alterum, vulgò nobis Cagnano dictum infra Vrbem, cum extra, Butinica dicatur vnde eſt illud Dantis nono cap. ſui Paradiſi, ad hanc Taruiſÿ Vrbem circumſcribendam,

*Et doue Sile, & Cagnan s'accompagna*
*Tal ſignoreggia, & và con la teſt'alta,*
*Che già per lui carpir ſi fa la ragna.*

Quod ſanè Epitaphium, temporis, ſeu magis exundationis, Plauis, vt iurè ſuſpicor, iniuria collapſum fuit, atq; obrutum.

*Lapis Gradi poſitus.*

LAVRENTIVS MILES.
DE NVMERO TARVISIANO.

*In pago aliàs caſtro Querquano amplum marmor.*

G. RAPIDIVS C. F. RVFVS IIII. VIR. AP. SIBI, ET SEMPRONIÆ
L.F. TERTI[illegible] VXORI C. RAPIDIO C. F. C. RVFINO FI. C. RAPIDIO
C. F. NEPOTI. RAPIDIÆ C. F. MAXIMÆ NEPTI.
T. F. I.

*Et in pago Alani, non longe à ſuperiori in pila quadam Eccleſiæ fractum marmor huiuſmodi.*

L. RAPIDIVS C. F. IVSTVS HOC SEPVL. IN FR. P[illegible]
RET. PP. XXV. SIBI, ET SVIS. V.

*Vallÿ. Villa Valeriorum præcipuè.*

P. CATIVS P. L. TERTIVS PETALE LIBERTAI

*In Monaſterio Pyri.*



Digitized by Google

L. TITIVS L. LIB. LINVS L. TITIO L. LIB. AVXIMO VI. VIRO PATRONO OPTIMO FECIT.

---

FAELIAE CATVLL. COLLIBERT. ET FAELIAE VITALI AMICAE OPTIM. C. FAELI VS ONESIM. ET FAELIA RESTITVTA V. F. LIB. LIB. Q; POST. EOR.

---

*Moriaci trans Plauium exeſam marm.*

C. HERENNIO RHETORICO...

---

*Olim in pago Braydæ, quod barbarus quidam ibi S. corrupit.*

...... OPITERGINORVM PATRONO.

---

Quid modò in oppidis, Taruiſinis, Opitergij præcipuè, maximè infra Regij Melchioris ædes adhuc legatur antiquitatis, alij viderint; vnum nihilominus quod iſtac pertranſiens legerim, hic ſuccenturiare non detrectabo.

L. SEIVS L. F. FAVSTVS T. SEIVS T. F. FRONTO SIBI, ET PISENTIAI SECVND. MATRI SEIAI L. F. SORORI.

---

Dum Itinerarium illud Nobilium Italiæ Regionum &c. lubens percurrerem, incidi in talem, qualem modò refero Inſcriptionem, Philippę Duciſſę Camerini adſcriptā: a ſuperiùs allatis non alienā.



QVÆ SVNT, PRO IIS, QVÆ NON SVNT: QVÆ SI ESSENT, PRO IIS QVÆ CVM SINT, NON SVNT: QVÆ VIDENTVR ESSE, PRO IIS, QVÆ CLAM SVNT, IN CAVSA SVNT, VT, QVOD ESTIS, SITIS.

IIS, QVAE ES OMNIA, DO TE TIBI.

---

*GRIPHI Commentum ingenioſus comminiſcatur.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

Digitized by Google

# COMMENTARIORVM MEMORABILIVM TARVISII

## LIBER TERTIVS.

In quo Clariſſimor. ac Illuſtriſs. Vrbis Præſidum, aliorumq; ad alia Præfector. Glorioſæ Memoriæ ex marmorib. publicis recenſentur.

BARTHOLOMÆI BVRCH. PHYS. OPVS.

*Ad noſtrũm perennem gratiam, ac ſummum Decus.*

TERRÆ MARISQ;



DOMINÆ VENETIÆ

TARVISII

Apud Angelum Reiectinum. MDCXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

# BARTH. BVRCH. PHYSICVS

## Syncero lectori.

HVcuſq; de mortuis,& cum mortuis huic noſtro ſæculo,protractus fuit hic noſter ſermo, circa ſepulchra etenim, eorumq; Inſcriptiones cum prædefunctis non ſemel colloquentes continuè fuimus diuagati; ſupereſt modò nobis monumēta illa perilluſtria memorari, quæ præcipuè in gratiam,& gloriam Rectorum ſæcularium Vrbis noſtræ, clariſſimorum inquã, Illuſtriſſimorumq; Prætorum, Præfectuumq;, locumvè tenentium pro Sereniſſimo Venetorum Dominio ſucceſſiuis temporibus Taruiſij curam agentium, fuerunt decentibus marmoribus expoſita, ac publicata: quorum quidem Virorum ſublimium bonam, imò maximam, partem fuiſſe adhuc vita functam non eſt dubitandum, adeo, ut eorum Elogia, ſeu Encomia, euaſerint pariter Epitaphia, aut Monimenta. abſoluam itaq; & iſtud opus,& more meo vſq; ad vltimũ conſeruato, nulli præcipuo Domino meo viuenti in terris operam nuncupabo; hi ſiquidem Viri Illuſtriſſ. ſunt æquè mihi Domini naturales, neq; volui, dũ vni inſeruire maluiſſe ſtuderem, deeſſe alteri, aut alijs cunctis; uenerer,& venerabor oẽs, præcipuè tamen Delphyno teneor,& Mauroceno uiuẽtib. Viaro duob. Contarenis, & Zeno præterea uita functis, q ſuperiorib annis Taruiſio præfuerunt, quibuſcũ mihi interceſſit ſeruitus, familiaritas, negociũ medicũ,& continuus affect⁹ obſequij: Quib. ſanè ſingulis & Orationes, & carmina, & libros integros in utraq; lingua ex aĩo deſtinaui, pro maiori parte typorũ medio illa interim publicando; cũ non deſint alij Senatores grauiſſimi, mei Domini ſingulares, Triuiſanus præcipuè Taruiſinorum Patronus, Michaelius Prætor, Piſanus, Zenus non ita pridem a Prætura profectus, quẽ, pridiequã recederet, publica fuſa oratione, pro ciuitate gratias agendo, fui libentiſſimè proſecutus. Laurentius demum Superantius Præſes, cui,& Ioanni Filio, Orationem typis quam feci publicam una cum epigrammatibus noſtratium idiomatum, ex animi promptitudine, ſtudioſius præſentaui. Te autem, lector, admonitum interea eſſe cupio, ſi Rectorum omnium Taruiſij ſeriem, atq; ordinem amas dignoſcere, ac perluſtrare, vt in nobile hoc noſtrum Palatium iuri dicundo dicatum conferas pedem: vbi ex ordine depicta cernes inſignia, & nomina quorũcumq; Ve-

netorum Præſidum, à primo ſcilicet, anni MCCCXXXIX. uſq; ad poſtremum huius anni MDCXVI. in quo Marcus Iuſtinianus Iuſtiniani F. Senator integerrimus præeſt, ac ex eius arbitrio, quippe ſapienter, iuſtèq; omnia moderatur; atq. ita denique laboribus iſtiuſmodi meis finem imponam, ſi quendam ipſiuſmet hyſtorię per Elogia Epilogum, qualem qualem, ſuffecero, nec ſpernendum. Tu autem, ſyncere lector, ijs paucis, quas incuria fecit, aut humana parùm cauit natura, maculis, interim deprecor, nę offendaris.

## De præſenti Prętore, Præfectoq; Taruiſij Illuſtriſſimo Marco Iuſtiniano.

*Iuſtinianus agit Prætorem, Iuſtiniani*
*Prætoris noſtri Germen vbique micans:*
*Profero dum noſtræ memoranda hæc feruidus Vrbis,*
*Iuſtè cuncta ferens, riteq; cuncta notans.*
*Idem Marcus agens præfectum, Marcicolensq;*
*Geſta ego tantorum dum fero magna Patrum,*
*Auſpex ſit Sanctus: Fautor ſit deniq; Marcus,*
*Quem tulit inſignem Iuſtiniana Domus*
*Vt fauet, atq; fouet Præſul Franciſcus Amatus,*
*Quem pariter retulit Iuſtiniana Domus.*




PRÆ-

Digitized by Google

# PRAECLARISS. TARVIS. RECTORIBVS PRAEDEFVNCTIS TVM VIVENTIBVS QVIBVSCVMQ;

## BARTH. BVRCH. PHYS. APOSTROPHE.

O Vos Prȩſides Clariſſ. ò Illuſtriſſ. Vrbis noſtrȩ Prætores, Præfectique præſtantiſſimi, Tutores, propugnatores, iudices, omni ſęculo memorandi, demittite, precor, oculorum ueſtrorùm acies, aures præbete faciles, obſecro, Burchelato ueſtrùm ſubdito, quin deuoto, breuis, quod decet, ero; an ueſtræ antiquæ, vobiſq; prorſus addictæ ciuitatis Taruiſij cauſam negabitis ſuſcipere pariter, ac tueri? id neq; à nobis, quidem fidelibus, creditur, neq; veſtrum moribus, ac in nos præmonſtratis amoribus vnquam licet: ſiquidem vſque adeo illam affectu dilectionis fuiſtis ex animo proſecuti, vt abſq; vlla feneſtella (iuxta illud ſummi Philoſophi deſiderium) cor veſtrum erga illam ardens continuatis temporibus fuerit ab omnibus cognitum, ac probatum: innumera veſtrum opera, & ſtudia, in ſui gratiam, ac fauorem exhibita hanc veritatem luce clariùs manifeſtant: quod præcipuè Tertius hic Liber meus Memorabilium ex allatis marmoreis teſtimonijs reddet cunctis indubitabile. Iam igitur, quæſo vos, Patres ampliſſimi, officium illud adhuc præſtate, quod Præſidentes in terris veſtro Taruiſino populo præſtitiſtis: qui in cęlo eſtis, Deum Opt. Max. exorate vt iuſtis Ciuitatis noſtræ, eiuſq; Prouiſorum petitionibus faueat, ac optatis: famem procul hinc arceat: peſtilentiam ab vrbe, atq; à finibus noſtris auertat: inimicos Catholicæ fidei, ſeu Reipublicæ matris noſtræ confundat, ac diſſipet: pacemq; inter cunctos ciues, & optatam diu concordiam dignetur largiùs impartiri; qui veró degitis hic in terris, ad quorum manus fortè perueniet noſter liber, in Senatu illo Sereniſſimo apud Principem intercedite, vt ſibi fideliſſimam Taruiſij Ciuitatem præ oculis habeat, fulciat, tueatur, exornet; quò veluti Venetiarum inclitę vrbi, Venetæ inquam Reipub. eius dilectæ matri ea eſt cæteris illius alijs Continentis proximior ciuitatib. ab ea pariter illi dilectiùs, ac ſtudioſiùs faueatur, foueat illam pariter



Digitized by Google

ac ſumma cum charitate amplexetur. Siq; pro me ipſo vos quidpiam oratos velim, ſi bene quicquam fortaſſis de vobis merui, hoc vnum proferam, ac exponam: vt quemadmodum omnia mea, ego ipſe, & mei filij veſtri ſumus, non ſecus ac rei veſtræ, natorum, & familiarium curam, ſi quando præcipuè vrgeret neceſſitas, quod arceat Deus, ſingulari pietate penitus habeatis: vnde animi tranquillitatem, & commodum interea pro me ipſo, & filijs ſperem diutiùs conſequi, & ſecuriùs obtinere.

*In cęlis faueat Procerum numeroſa propago,*
*In terris veluti fauit amica manus.*
*Sint rata Taruiſij, rogito bona, & humilia vota;*
*Perſtet chriſticolens, Marcicolenſq; ſimul.*




Digitized by Google

# MARCO IVSTINIANO PRAETORI MILITIAEQ; TARVIS. IMPERATORI ILLVSTRISS.

## BARTH. BVRCH. PHYS. FELICIT. PREC.

TIBI Autem quid dixero, vir præſtantiſſime, ad præſens Rector Taruiſinæ Vrbis? vir inter omnes eminens, emicans, ſingularis, niſi inquàm ꝙ te, veluti numen aliquod, continuè ſuſpicimus, miramur, atq; admiramur? Tu nobis profectò tranquillitatem maximam ad nos veniens attuliſti: Tu pacem inter ciues, ac concordiam protinus confirmaſti: Tu in pauperes miſericors, in mancipatos carceribus, ob ęs alienum pręcipuè, miſericors item pariter, ac adiutor: Tu in plebem dapſilis, in opifices beneficus, in mercatores facilis, benignus in Ciues, ac temperatus: in ſapientes porrò, ac nobiles viros, æquanimis, dulcis, ac lætæ, latæq; frontis: quibus ſanè cunctis perpetuò amabilis, venerabilis extitiſti, prædicabilis, Memorabilis. Verum enimuerò qualem dixero te eluxiſſe in omnibus moderatorem, cenſoremq; ac Reipub. Venetæ voluntatis executorem: præſertim in his belli motibus in Illirio, in Iſtria, in Dalmatia, in Foroiulio: dum noſtrates copias cerneres, decerneres, ſeligeres, coniungeres, ſegregares, & illas ad conflandum in nouę Vrbis Palmę confinibus exercitũ omnibus abſolutum numeris deſtinares? dum milites, & quidem tormentarios Ciuitatis noſtræ eligeres, dirigeres, amandares? dum exteras turmas, terecentenas illas plurimùm, Equites, illos præcipuè frequentes, quos vulgò Coracias dictitamus, quinquagenos, octuagenos, cẽtenos, hac tranſeuntes acciperes, exciperes, locares, deniq; diſcedentes moneres, ac animares? Ecquid Iuſtinianus in iuſtitia adminiſtranda, in ſententijs proferendis, promulgandiſq; vti iuſtus inquã, ac ſapiens, ita inexorabilis, inflexibilis: æmulantibus Medulaco, Caſilinoq; illuſtribus ſuis, ac Excellẽtiſſimis Aſſeſſorib. Quid de Te amplius dicã, Rector, Directorq; præclariſſime, niſi illud, quod vir Illuſtriſs. vnus ordinis Senatorij, & quidem Senior de temet dixerat his diebus: te ſcilicet vnum ex illis eſſe, qui non caſu quidem operantur, aſt ſumma cum prudentia, ac integritate: qui inquam natus ad maiora Regimina, ad ſummos Magiſtratus, ad excelſum



Digitized by Google

Collegium ad Rempub. dtaiq; gubernandum. Iam verò, quod ad rem præſentem attinet, hoc ego loci te Prætorem noſtrum, ac Ducem aduocatæ hac Epiſtola modò veneror, ac intueor: in te oculos perinde, atq; animum nunc conuerto: ſimulq; fateor, vt profiteor, hoc opus meum Memorabilium te diutiùs expectaſſe, vt ipſummet tua præſentia, tuo nomine, tuo inquam Numine decorares: ac propterea, his inſignitum, fultumq; tutius efferretur, necnon glorioſius peragraret. Veniſti tandem, Optime Iuſtiniane, tempore, à me expetito, eo nempe, quo Iuſtinianus vnus, & quidem Illuſtriſſimus æq;, ac Reuerēdiſſimus, in ſpiritualibus, in ritualibus, in Canonicis: Iuſtinianus, & item Illuſtriſſimus alter in Temporalibus, in Forenſibus, & militaribus nos Taruiſinos regerent vnanimes, inſtituerēt, gubernarent. Eia age dum, amate Pater, ac Domine ſingularis, Burchelatum tuum dedititium amplexeris rogo, ac proinde Auctoris Taruiſinorum Memorabilium continuè memor eſto. Vale familiæ, Reip. ac Italiæ ſplendor maxime, atq; poſtremò ipſiuſmet Auctoris Speculum iſtic patulum cum ſeptemplici quaternario aliquando religioſiùs contemplare.

IN VTRVMQ; PARATVS



BVR

# BVRCHELATI SPECVLVM
## TERCENTIS FORSAN MODIS EX VNICA LITTERA VNO INTVITV A SE DIE QVALIBET ASPECTATVM.

| | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| S | V | N | A | I | N | I | T | I | N | I | A | N | V | S |
| V | N | A | I | N | I | T | S | T | I | N | I | A | N | V |
| N | A | I | N | I | T | S | V | S | T | I | N | I | A | N |
| A | I | N | I | T | S | V | I | V | S | T | I | N | I | A |
| I | N | I | T | S | V | I | S | I | V | S | T | I | N | I |
| N | I | T | S | V | I | S | V | S | I | V | S | T | I | N |
| I | T | S | V | I | S | V | C | V | S | I | V | S | T | I |
| T | S | V | I | S | V | C | R | C | V | S | I | V | S | T |
| S | V | I | S | V | C | R | A | R | C | V | S | I | V | S |
| V | I | S | V | C | R | A | M | A | R | C | V | S | I | V |
| S | V | I | S | V | C | R | A | R | C | V | S | I | V | S |
| T | S | V | I | S | V | C | R | C | V | S | I | V | S | T |
| I | T | S | V | I | S | V | C | V | S | I | V | S | T | I |
| N | I | T | S | V | I | S | V | S | I | V | S | T | I | N |
| I | N | I | T | S | V | I | S | I | V | S | T | I | N | I |
| A | I | N | I | T | S | V | I | V | S | T | I | N | I | A |
| N | A | I | N | I | T | S | V | S | T | I | N | I | A | N |
| V | N | A | I | N | I | T | S | T | I | N | I | A | N | V |

| | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| S | V | N | A | I | N | I | T | I | N | I | A | N | V | S |

*Semper erit* SPECVLVM *mihi* MARCVS IVSTINIANVS,
*In quo animum cernam* PRINCIPIS, *atq; Decus.*

Digitized by Google

O TERQ; QVATERQ; BEATE, MARCE IVSTINIANE.

| QVEM. | | QVEM INQVAM. | |
|---|---|---|---|
| CYBELE | Peperit. | IVPPITER | Ditauit. |
| IVNO | Lactauit. | APOLLO | Dotauit. |
| PALLAS | Euexit. | MERCVRIVS | Inſigniuit. |
| THEMIS | Inſtruxit. | VENVS | Decorauit. |
| NEMESIS | Præmonſtrauit. | DIANA | Cuſtodiuit. |
| CHARITES | Comitatę. | MARS | Roborauit. |
| PIERIDES | Amplexatæ. | SATVRNVS | Prouexit. |

| QVEM SANE. | | QVEM DENIQ; | |
|---|---|---|---|
| FIDES | Illuſtrauit. | SAPIENTIA | Magnificauit. |
| SPES | Erexit. | INTELLECT. | Extulit. |
| CHARITAS | Inflammauit. | CONSILIVM | Iuuit. |
| IVSTITIA | Exaltauit. | ROBVR | Stabiliuit. |
| TEMPERANTIA | Seruauit. | SCIENTIA | Inſtruxit. |
| FORTITVDO | Firmauit. | PIETAS | Excitauit. |
| PRVDENTIA | Compleuit. | TIMOR DEI | Edocuit. |

INITIVM SAPIENTIÆ TIMOR DOMINI.

*Viue diu, iubeasq; Regens vbicumq; ſedebis,*
*In Patria, in populis, Terraq;, Mariq; Verendus:*
*In primis TRIADI ſanctæ gratiſſimus VNI.*

Inſcriptionum Monumentorumvę, quæ in Taruiſij fortiſſimis mœnijs comperiuntur, regiſtrum circulariter ſumptum, nulla habita ordinis temporum ratione.

*Exteriùs ad moeniorum propugnaculum ſecus Silim, è regione ſacelli ſanctæ Sophiæ, vbi deſinit foſſa, ac in flumen erumpit:*

PAVLO NANO GEOR. F. PR. PRÆF.
F. C. MDXVIII.

---

*In altero ab hoc propugnaculo ſuperiori.*

PAVLVS NANVS GEO. F. PRÆT. PRÆF.
INCREDIBILI CELERITATE F. C. MDXVIII.

Colu-

Digitized by Google

*Columella ulterius poſita in via militari vbi terminat Strata noua.*

HIC NANAE VIAE TERMINVS.

In Porta Aquilonari, dicta ſancti Thomæ, affabrè extructa, inſtructa pariter, ac magni ſumptus, exterius inciſi in marmoribus ſpectantur deaurati grandiores huiuſmodi characteres.

PAVLVS NANVS GEOR. F. AVG. PRINC. NEP.
PRÆT. PRÆF. F. M DXVIII.
S. C.

---

*Hic ſanè Auguſtinus Princeps, non quidem Nanus fuit, ſed Barbadicus.*

---

*Infra portam autem eſt hoc magnum quadratum marmor.*

NOVAM A BVTINICA AD SILIM VRBIS AMPLIATIONEM FOSSA, MVROQ; CIRCVNDATAM TOT TVRRIBVS, CREBRISQVE PROPVGNACVLIS MVNITAM PORTAM MIRÆ STRVCTVRÆ, PERSPICVIQ; CVLTVS CVM VIA STRATA EXCITATAM: ALTERVM QVOQ; VLTRA BVTINICAM INCREMENTVM EISDEM ERECTVM MVNIMENTIS, EO PAVLI NANI GEORG. F. AVG. PRINCIP. NEP. PR. PRAEF. Q. SOLERTI STVDIO, ET CVRA, VT HORVM OMNIVM INTRA ANNVM PRINCIPIVM FVERIT, AC FINIS.

VADE, VIDE VIATOR.

---

*Vltra hanc Portam in propugnaculo ſecus Butinica flumen.*

PAVLI NANI GEO. F. PR. PRÆF.
ACCVRATISSIMO STVDIO C. MDXVIII.

---

*Infra autem in mœnibus ſupra Butinicæ fluuij ingreſſum per ſeptem arcuata oſtia ad vrbis commoda plurima, eſt tale marmor.*

PRIAMVS LEGIVS ANDR. F. PRÆT. PRÆFECTVSQ; EX S. DECRETO ARCVM ORDINIBVS EXTRA, INTVSQ; DVPLICATIS, PONTEM REFECIT, MVRVM SVPERSTRVXIT, VIAM STRAVIT, TERRAM A PONTE AD SILIM VSQVE AGGESSIT, FOSSAM ADIECTO EXTERIORE MVRO AMPLIAVIT, AD AQVAM REPRIMENDAM, CIRCVMQ; VRBEM LATIVS EFFVNDENDAM, AD HOSTEM ARCENDVM IACTIS EX SOLIDO LAPIDE IN AQVA FVNDAMENTIS OBSTACVLA POSVIT; PORTICVM INSVPER ADIECIT, QVÆ CIVIBVS ÆSTATE LAXAMENTO FORET. ANNO MDXXI.

*Inferius*

Digitized by Google

*Inferius per gradus aliquot in commoda illa exedra ſuper flumine.*

PRIAMVS LEGIVS ANDREÆ F. PR. PRÆF. PRAETER ALIA EGREGIA, QVAE SPECTAS, OPERA, ANTEA RVDIA, ATQ; IMPOLITA A SE VT FIERENT SVMMO STVDIO CVRATA, PORTICVM QVOQVE HANC ADIECIT, IN QVAM AESTATE SECVRI CIVES SESE RECIPERENT. ANNO GRATIAE. MDXXI.

---

Ad huius admirandæ ſtructurę memoriam ſcripſère tunc temporis Poetæ non pauci: vnius tamen Ambroſij Gazæ Medici Tar. duntaxat referam carmen, vt quod breuius, neſcio an elegantius.

*Quòd via Ponte dato facilis prabetur eunti*
*Tutaq; quòd nitido tramite lympha fluit:*
*Quòdq; voluptati eſt, loca quòd pro mœnibus altis*
*Oſtendit mira porticus arte patens:*
*Denique quòd locus eſt tam formidabilis hoſti,*
*Pellere vt infeſtas poſſit ab Vrbe manus;*
*Deſine mirari: tanti muniminis auctor*
*LEGIVS eſt, Veneta ſplendor, bonosq; Toga.*
*Scilicet in populos leges qui condere nouit,*
*Ille habet in fontes ius Buthinica ſuos.*

---

Atqui breuius illud Vincentij Vonicæ Phyſ. Tar. quod reperi, elegans valde, ſcilicet.

*Frigora dum captans ſpectabit amœna vireta*
*Porticus, & Ponti marmore ſtabit obex:*
*Dum Buthinica Silis placidis miſcebitur vndis,*
*LEGE Domo PRIAMVS laude perennis erit.*

---

*Extra in mœnibus vlteriùs in propugnaculo.*

PAVLVS NANI GEORG. F. PR. PRAEF.
MIRO STVDIO F. C. MDXVII.

---

*In alio prop. vlterius. in fine regionis huius Aquilonaris.*

PAVLVS NANVS GEOR. F. PR. PRAEF.
FINE TERMINANDVM C. MDXVIII.

---

*Hinc ad portam Occidentalem, dictam Sanctorum Quadraginta in mœnijs vltra medium ſunt quadam littera illegibiles: alia verò huiuſmodi.*

IA.

Digitized by Google

IACOBVS DELPHINVS ALOYSII F. PR. PRAEF. Q.
ET IOAN. PETR. BEMBVS PRO. FABR. A FVNDAMENTIS
INSTAVRARVNT. MDXXXIII.

---

*Duo marmora à lateribus huius Portæ: exterius nempe à dextris hæc leguntur.*

BARTHOLOMAEO LIVIANO VENETI EXERCITVS
IMPERATORE DESIGNANTE, IDEMQ;
COMPROBANTE SENATV.

---

*A ſiniſtris verò.*

NICOLAVS VENDRAMENVS PAVLI F. ANDREAE
PRINCIPIS NEP. PRAET. PRAEF. NOVAM VRBEM
FOSSA, MVROQ; CIRCVMDEDIT, REGIONES, AC
VICOS DILIGENTISS. DISTINXIT. PORTAM SVI
NOMINIS CVM OMNI CVLTV F. C. MDXVII.

---

Vlterius ad propugnaculum inſignia abſq; litteris, quemadmodum in cunctis foſſarum aggeribus, atq; alibi, Clariſſimorum Venetorum conſpiciuntur; ſed ego litteras dumtaxat ſumo.

*Erat ſubſequens propugnaculum inſignibus dumtaxat ornatum ruinam minitans quare illud demoliuntur præfecti, æquantq; mænia: atq; inibi introrſum ſtatuunt tale marmor.*

MARCO IVSTINIANO PRÆT. PRÆF. Q.
PROPVGNACVLO DIRVTO, MÆNIA CONNECTVNTVR.
IO. BAPT INVICTO ARMORVM GVB. PRÆS.
ILLVD ARTIS VITIO POST CENTVM ANNOS SVBVERTITVR,
ISTE NATVRÆ STVDIO VNVM SVPRA CENTESIMVM AN. AGENS
INVITO TEMPORE INVICTVS ASSIDVE OPERI ASSISTIT.
MDCXV.

---

*Ego verò indulgens Genio ſic præſcripſeram.*

MARCO IVSTINIANO PRÆT. PRÆF. Q. ILLVSTRISS.
INIVRIA AQVAR. AC TEMP. PROPVGNACVLVM LABANS
DESTRVITVR, CONTINVATIS PROINDE MOENIB. AC IN MELIVS
RESTITVTIS. IO. BAPTISTA INVITIS CIV. VEN. MILIT. TAR.
GVBERNATORE CONTINVE IMPERANTE.
DVM CORPORIS, ATQ; ANIMI VIRIB. POLLENS ÆTATIS ANNVM
CENTES. EXCESSISSET. RARA AVIS.
ANNO SAL. MDCXV.



Digitized by Google

BERNARDINI VICTVRIO PRÆ. PRÆF.Q. TAR. STVDIO
M. ANTONIO EMILIANO PVBL. ÆDIF. P. MDLVI.

*Extra armament. in mænijs ſupra Silim.*

IOANNES RHENERIVS TAR. PRÆT. PRÆF.Q. MIRO
STVDIO, AC INCREDIBILI CELERITATE
FVNDARI, PERFICIQ. CVRAVIT.
BERNARDO MINIO PROVISORE SVMMA
DILIGENTIA PROCVRANTE
ANNO DOM. MDXLVII. DIE PRIMO NOVEMBRIS.

*Ab his non longè.*

IO. DOM. CICONIA PROVISORE ANN. SAL. MDXL.
HIERON. ZANE BERN. F. PRÆT. PRÆF.Q. TAR.
INTEGERR. A FVNDAM. F. C.

*Vlterius verſus angulum.*

HIERONYMO ZANE PRÆT PRÆF.Q. CL.
FVNDARI, ATQ. COMPLERI PROCVRANTE
ANN. MDXXXIX.
D. C. D. C.
P. P.

*Vltra adhuc verſus Altiniam Portam.*

*ANG. CORRAR. PRAET. PRAEF. Q. CL.*
*FVNDARI, ATQ; COMPLERI PROCVRANTE*
*ANN. MDXXXVIII. DOMINICO PRIOLO PROVIS.*

*Supra Portam Altinatem exterius ad Pontem L.*

*SEBASTIANVS MAVRO DAMIANI F.*
*PRAET. OPT. ATQ. PROVIDENTISS.*
*ANNO MDXIV.*

*Infra autem ad parietem eſt tale marmor.*

*IACOBVS TRIVISANO SYLVESTRI F. TARVISII PRAET.*
*PRAEFECTVSQ. ARCEM A SEBASTIANO MAVRO PRAECESS.*
*FVNDATAM. HIERONYMO PISAVRO PROVISORE SIMVL*
*ERECTAM, EXTERO QVIDEM MVRO HAVD PERFECTO*
*OPERIBVS DILIGENTISS. ADDITIS AD FINEM FELICISS.*
*PRODVCENDVM C. ANNO MDXV.*

*Exterius in mœnibus à ſiniſtris huius Vrbis Portæ.*

FRAN-

Digitized by Google

FRANCISCVS MAVROCOENVS V. C. NICOLAI FILIVS PRÆTOR, PRÆFECTVSQ; TARVISIO CVM PRÆESSET MVRVM A SILI VSQ; AD PORTAM ALTINIAM FELICITER AD HANC MOLEM DVXIT. MDXXIX.

---

*In muri huius medio procedendo ad aggerem ſecus Silim.*

VRBIS AB INGRESSV AD AQVARVM EXITVM VALIDISSIMA, QVÆ VIDES, MVNIMINA, STEPHANVS MAGNO PRÆTOR, PRÆF.Q; F. C.

---

*Vlteriùs à marmoreo aggere non longe.*

FRANCISCVS MAVROCOENVS PRÆT. PRÆF. Q; ACCVRATISSIMO STVDIO F. C. MDXXIX.

---

*In mænibus ſecus aggerem ad propugn.*

IACOBVS TRIVISANO SYLVESTRI F. PR. PRÆF. Q; ARCEM SOLERTI FVNDATAM INGENIO EXTRVXIT INEXPVGNABILEM. MDXV.

---

*Introrſum verò ad mœnia cum inſignibus gentil.*

ANGELVS CORRARIO PRÆT. PRÆF. Q; TARVISII, ET DOMINICVS PRIOLVS FABR. PROVISOR DEO OPT. MAX. BENE FAVENTE COEPTA HAEC PROPVGNACVLA PERFICI C. AN. M. D. XXXVIII.

---

*Ad Vallum, vbi exit ab Vrbe Silis, hinc, & inde marm.*

FRANCISCVS MOCENICVS PETRI F. PRAET. PRAEF. F. C.

---

*Extra vallum, vbi clauditur, à ſiniſtris in muris altiùs.*

*Voce licet nullus moneat te ſiſtere lintrem*
*Inuitat tantæ nobile molis opus.*
*Quòd ſi fortè iuuat, Auctorem noſſe parumper,*
*Suſpice, ita læua parte notata lege.*

*FRANCISCVS MOCENICO PETRI F. PRAET. PRAEF. MVRVM A PROPVGNACVLO SVPERIORE AD ALTERVM INFERIVS SVPRA SILIM, ET INDE ALTERVM CONTINENTER AD VRB. PORTAM EO TVRPE PVTANS SVVM FACERE ALIENVM. ANNO D. MDXIX.*



Digitized by Google

*Vlterius in muro ſurſum, ſupra fornicem exeuntis alterius aquæ modicæ ad curſus medium.*

FRANCISCVS MOCENICVS PETRI F. PRAET. PRAEF. INCREDIBILI CELERITATE F. C. MDXIX.

---

*Porrò ſecus marmoreum aggerem contra ſacellum D. Sophiæ, vbi hæc deſcribere cæpimus, eſt tale marmor.*

FRANCISCO MOCENICO PETRI F. PRAET. GERENTE INCHOATVM PER PRAECESSOREM PERFECTVM EST. M D XIX.

---

Et Hæc omnia ſunt marmorea per litteras Monumenta in tribus Teruiſij Portis publicis, & in eius mænibus vniuerſis vbi præſertim marmorei, alatiq; magni Leones conſpiciuntur.

Quæ reperiuntur ad pontes aliquot in vrbe marmora Prætorum, Præfectorumq; memoriam continentia nunc reponam

*Ad intium Pontis Sancti Leonardi verſus templum marmor antiquum valde.*

✠ IN CHRISTI NOMINE. ANNO D. MCCLXVI. INDICT. VIIII. HIC PONS DE NOVO FACTVS FVIT SVB SECVNDA POT. DOMINI MATTHAEI DE CORIGIA POT. TARVISII. INCEPTVS XV. INTRANTE MAIO, ET COMPLETVS MENSE..... *reliquum ſepultum eſt.*

---

*In Columna media Pontis hunc ſubſequentis, ſuper Cagnano magno, quod dicimus, ad D. Mariæ in Bethleem.*

AN. MDXII. PLABES FLVVIVS CVM INSVETO, ATQ; QVODAM MODO PRODIGIOSO EXVNDARET INCREMENTO BVTINICAM AMNEM INFLVXIT, VRBEM INVASIT, PONTEM SVBVERTIT. HIERONYMVS PISAVRVS PRÆTOR, NE MAXIMIS INTENTVS, HÆC ETIAM MINORA NEGLIGERE VIDERETVR, RESTITVENDVM CVRAVIT.

---

*Quæ de Ponte Butinicæ in ingreſſu fluuij infra mœnia inciſa ſunt, vide ſuperius, vbi* PRIAMVS LEGIVS, *&c. ne bis ita proximè ponantur incaſſum.*

---

*Ad Silim poſt D. Martini Pontem, & ædificia, & rotas in magna Pila hic paruus lapis.*

DOMINIC. DE MVSTO PRÆT. PRÆFQ. ANNO SAL. MDXXXI. KL. IAN.

*Vlte-*

Digitized by Google

*Ulteriùs, in Pila ſecus magni arcus Pontem ſuper Sili ad D. Margaritæ.*

IACOBVS DELPHINVS PRÆT. PRÆF.Q. CL. F. C. AN. GRATIÆ MDXXXIII. *Cornner. 1609. 13. Mar.*

---

*Ad exedram pulcherrimam ſuper fluuiolo ſecus ſanctorum XL. Martyrum Cænobium, ſuper quatuor columnis verſus viam, circulatim diſpertitum Elogium.*

MARCO ANTONIO BARCADICO PRÆ. PRÆF.Q. HÆC ET ALIA F. F. MDXXXIIII. IO. PETRO BEMBO SVPER FABR. PROVIS.

---

*In Columna Pontis Cagnani parui ad Roleam.*

HVNC D. CHRISTOPHORI PONTEM, PAVLI GEOR. PRÆT. PRÆF.Q. TAR. IN HANC PVLCHRIOREM, AMPLIOREMQ. FORMAM PRO VRBIS DECORE, ET TRANSEVNTIVM COMMODO REFORMARI IVSSIT. ANNO D. MDLXI.

---

*Ad ſeptem dilapſos Pontes ſuper fluuijs, ſic in pilis inciſum eſt.*

FRANCISCVS THEVPOLO ALOY. PROCVR. F. PRÆT. PRAEF.Q. COLLAPSVM PONTEM RESTAVRANDVM. M. MDCVII.

---

*Ad nouum ſumptus inſignis Pontem ſuper Silim in marmorea pila ſub pyramide exciſum Elogium.*

MEMORIAM AVGVSTISSIMAM VENERANTOR MARCI ANT. ZENO AMPLISS. VENETÆ REIP. SENATORIS. QVI IN PROVINCIA TARVISII ADMINISTRANDA MAIORVM AEQVATA GLORIA, VNDIQVE PARTIS DE PRAETVRA, PRAEFECTVRAQ. TRIVMPHIS, PONTEM FVNDITVS DILAPSVM, AD CIVIVM INCOMMODA AVERTENDA, VRBIS ORNAMENTA AMPLIFICANDA, EX SEN. RESCRIP. INSIGNI HAC FORMA RESTIT. CVR. ANNO MDCXIII.

*Ad*

Digitized by Google

*Ad Portæ Altinatis Pontem ſublitium, hinc, inde in Pilis.*

LAVRENTIVS SVPERANTIO IOANNIS EQ. ET D. M. PROCVR. F. PRÆT. PRÆF. Q. MVNIFICENTISS. VRBI FELICITATE PARTA SIBIQ. GLORIA ADEPTA TIBI VIATOR; TRANSITVM INSTRVXIT. MDCXIV.

---

Quæ reperiuntur Rectorum Taruiſij Monumenta in tribus Campanis magnæ Turris Prætoriæ.

*In minori nola, ſcilicet tertia.*

ALBANO BADOARIO PRAET. PRAEF. Q. MCCCCV.

*In maiori, quin maxima.*

FRANCISCO GARZONIO PRAET. PRAEF. Q. MC CCCXLI.

*In media.*

PETRO NANI PRAET. PRAEF. Q. MDVII.

---

Turris hæc prætoria tangitur de cęlo ad faſtigium die 3. Nou. noctu. MDCIX.

Comburitur vſq; ad campanas: quarũ maior minorq; damno afficiuntur irreparabili, non propterea illæſa media. reficitur ſubinde campanilis cacumen, & nola maior, cui præter ſacras imag. ſic inſcriptum, fuſumq; fuit per Tonos Mag. Ven. hic Taruiſij infra Cęnobium D. Catherinæ.

TVRRIM, AC CAMPANAM IGNEO FVLGVRE LABEFACTATAM, M. ANTONII MICHAELIS CELERIVS DILIGENTIA RESTITVIT. MDCX.

Dictatum meum, quippe vt prolixius, omiſſum fuit. Hic illud non omittam tamen. TVRIS huius pinnaculo ictu fulminis noctu conſumpto cum contignatione vniuerſa, Campanis interim labefactatis. Marcus Ant. Michael Præt. Præf. q; celerrimè cuncta in integrum reſtituit. Anno MDCX.

---

Referam modò, quę nũc extant inſignia Monumenta in muris Prętorij, iuriſq. dicundi Palatij, tum carcerum, Præſentatorumq; domicilij faciebus, habita ratione temporum à Prætorũ ſucceſſione.

In templo Prætorio, ſuperius inquam erecto, Natiuitati Beatæ Mariæ Virgini nuncupato marmor.

D. O. M.

*SACELLVM HOC B. VIRGINI DICATVM AN. MCCLXXXII. VI. ID. SEPT. QVA DIE PRIMVM IN EO SACRVM FACTVM EST. GVLIELMO DE PICHALEIS PARMENSI MILITE PRAET.*



Digitized by Google

BARTHOL. LIPOMANVS EQVES PR. AC PRAEF. OPT.
TEMPORVM INIVRIA DEFORMATVM RESTITVIT,
ET ORNAVIT, ANNO SAL. MDLXXV. CAL. IAN.

*In Palatio communis, vbi inſignia gentil. Faletra Familiæ.*

IN MARINI FALETRI PRIMI PRO VENET. REP.
RECTORIS MEMORIAM. MCCCXXXIX.

*Ad ſummum fornicis Prætorij ſub ſacello verſus forum piſcarium, & macellum, marmor diſpluuiatum vix legibile, ſcilicet.*

PAVLI QVIRINI ANNO MCCCCVIII.
TVM FRANCISCI PISANI MCCCCIX.
Rectorum Taruiſij Monumen.
MICHAELE STENO INCL. VENETOR. DVCE.

*DVX VENETVM CLARVS, PACISQ; AC IVRIS AMATOR*
*STELIGER iſte fuit MICHAEL; qui tempore daro*
*Munere diuino, patrieq; fauente LEONE*
*Ingratos CVRRVS Patauam dimittere ſedem:*
*Et dedit inflatos, permiſit perdere Regnum,*
*Ne ſcelus oſtenſum clarè ſummitteret Vrbem*
*Pacis amatricem, necnon dulcedine comptam.*
*Hoc opus exigitur quadris de marmore rectis*
*Clariùs Vrbanis PISANA prole docente*
*FRANCISCI Cęlum, ſpeculumq́: ſequentibus ipſum.*
*Arma docent tempus ſi ſpectas Lilia, Scutum,*
*Quod ſequitur PAVLI claræ ſtirpiſq́; QVIRINÆ,*
*Arcu hoc ſub placido Phœbi durante calore.*

Nullam præterea Rectorum memoriam comperi explicitam per annorum curſum. LXV.

*Ad D. Mariæ Virg. Templum maius ſupra maius oſtium.*

*ÆDES VIRGINIS SACRÆ PRIVS HVMILES, VETVSTASQ. AD HAS MOLES INGENIO, ET CVRA IACOBI MAVROCOENO TARVISII PRÆTORIS, PRÆFECTIQ; IVSTISS. REDACTÆ SVNT. ANNO SAL. MCCCCLXXXIV.*



Digitized by Google

*Ad D. Franciſci T. in Baſilica Decumana.*

LAVRENTIO LAVREDANO S. C.
DVM TARVISINAM PRÆTVRAM GERERET
DEFVNCTO. PETRVS LAVREDANVS F. CANON.
TAR. PARENTI DVLCISS. MOERENS, ET SIBI MON. P.
OBIIT MCCCCLXXV. PRIDIE CAL. MAR.

Prætori huic inſcripſit ſuam Phenicem Augurellus, & eſt 2. Epigramma in eius (amborum libro typis expoſito.1505.

*Infra Prætorium altiùs non longè à fune torment.*

DOMINICO MARINO PRAET. PRAEF. Q. OPTIMO
ANNO SAL. MCCCCLXXXV. MENSE APR.

*Super oſtio magnæ Cancellariæ Communis Tar.*

BERNARDO THEVP. PRAET. RARISS.
LOCVS HIC AVCTVS, ET ORNATVS ANNO
SAL. MCCCCLXXXIX. III. KAL. MAIAS.
ANNALIVM VETVSTATIS PVBLICAE CVSTODIA.

*Supra oſtium Cancellariæ Prætoriæ inferius, id eſt marmor.*

DIVI MARCI TABVLARIVM.
Ad columnarum Epiſtylia.
IVSTE. PIE.

*In ſuperliminari directo marmore.*

ANTONIO BERNARDO EQVITE,
IVRIS CIVILIS, PONTIFICIIQ. DOCTORE OPT.
ANNVENTE DEO PRÆSIDE
AN. SAL. MCCCCLXXXX.
DEO MAXIMO HONOR, ET GLORIA.

*Itidem ſupra Ianuam Prouiſoriæ noſtræ id eſt inciſum.*

ANTONIO BERNARDO PRAETORE INTEGERRIMO,
SPLENDIDO EQVITI
HVMANI DIVINIQ. IVRIS EXIMIO DOCTORE.

*Sub Horologio inferiori, inferiùs ad hexedrij columnas.*

IESVS MARIAE FILIVS. MCCCCLXXXXI.
PRAETORE PRIAMO THRONO;

Digitized by Google

In Turri Carcerum ſuper ampliori illa Feneſtra bis clatrata.

AVGVSTINO FOSCARENO PRAET. CLARISS.
ANN. GRATIAE MCCCCX[illegible]III. POSTR. KL. QVINT.

PAVPERIBVS miſeris, alienoq; ære grauatis
Horridus abſtruſo limine carcer erat.
Ne granis in pęnam detur locus, optime Prætor,
Efficis, admiſſa luce Feneſtra patet.

---

Super oſtio Eccleſiæ Prætoriæ marm.

HIERONYMO AVRIO PRAETORE.
MCCCCXCVI.

---

In Templo Cathedrali ad Monumentum nobile.

NICOLAO FRANCO PONTIFICI TARVISINO
APOSTOLICIS LEGATIONIBVS HONESTISSIME FVNCTO.
HIERONYMVS CONTARENVS PRAETOR
ÆRE PROPRIO EREXIT. MDI.

---

Quaſi apud magnum illum Leonem deauratum ſupra forum Prætorium in Communis Palatio ſub imagine B. Mariæ Virg. adeſt quadratum marmor cum hoc tetraſticho. Anni S. MDI.

Irriguas partitus aquas ſitientibus agris
Ornato Prætor cernis vt ecce Foro.
Prauorum domitor SALOMON inſignia liquit
Hæc MICHAEL merito dignus honore coli.

---

In facie Prætorij. & eſt Ann. MDIII.

M. ANTONIO LAVREDANO V. C.
PRAETORI, PRÆFECTOQ. IVSTISS.
QVOD TESTATISSIMAE IN EVM CLIENTELLAE
MONVMENTVM FORET.
CIVES TARVISINI.

---

In muro Prætorij inferiùs infra Portas Cancellariæ Prætoriæ, & Prouiſoriæ marmor maximum: cuius vulgaris ſcripturæ tenorem ſic ad verbum vertimus.

NOBILIBVS, ET SAPIENTIBVS VIRIS HIER. MARINO PRAETORI, ET PRAEFECTO TARVISII. AC PETRO DVODO PROVISORI NOSTRO GENERALI, ET SVCCESSORIBVS.



Digitized by Google

*LEONARDVS LAVREDANVS DEI GRATIA DVX VENETIARVM, &c. NOB. ET Sapientibus Viris HIERONYMO MARINO de ſuo mandato Poteſtati, & Capitaneo Taruiſij, & PETRO DVODO ibidem Prouiſori noſtro Generali, & ſucceſſorib. ſuis fidelibus dilectis Salutem, & dilectionis affectum.*

CVM NOBIS PERSPECTA fuerit quoquo tempore ob multa, ac varia experimenta, maxima, & inconcuſſa, fides, & deuotio illius fideliſſimi & nobis cariſſimi Populi erga Dominium noſtrum comprobata, & ſigillata ad præſens propter OPTIMAS DEMONSTRATIONES per ipſum factas, videtur nobis condecens eſſe in quacunq; eius deſiderio, honeſtaq. requiſitione illis ſatisfacere. Ex quibus cum multi hodie mane comparuerint corã DOMINIO noſtro poſtulantes, quòd IVDÆI non ſolum non poſſint fœnerari in Ciuitate illa noſtra, ſed nec etiã ipſis in eadem commorari permiſſum ſit; contenti fuimus illis obſecundare, atq; ita cum noſtro CONSILIO DECEMVIRVM decreuimus, Quòd de cætero aliquis IVDÆVS non poſſit amplius fęnerari, nec etiam habitare in noſtra illa Vrbe. Volentes cum dicto CONSILIO DECEM mandare vobis, vt ita in futurum obſeruare debeatis, & prorſus exequi faciatis. Qua de re noſtro nomine omnes ipſos fideliſſimos noſtros certiores reddetis: ut cognoſcant quantum à nobis diligantur, quantumq; illis morem gerere cupiamus in rebus omnibus, quæ ad ipſorum beneficium, & commodũ verti poſſint. Dimittentes inde IVDÆOS adeo, vt in ipſa Vrbe, & diſtrictu tantùm non debeant vlteriùs commorari. Et pręſentibus regiſtratis in illa Cancellaria præſentantibus reſtituatis. Datum in noſtro Ducali Palatio Die 22. Iunij Indict. 12. MDVII.

---

*Ad Diuæ Margaritæ infra cęnobium ſuper oſtio nobili.*

*AVGVSTAM ÆDEM COLVNTO*
*VBI INITVM EST CONSILIVM; QVO PATAVIO*
*RECOEPTA, HOSTIBVSQ. PVLSIS,*
*LIBERTATIS SPECIMEN ITALO CAELO REFVLSIT.*
*ANDRÆA GRITI TVNC LEGATO,*
*PRINCIPE DEINDE SERENISS. AVCTORE.*
*MDXII.*

---

*Ibi Superius ſchæda nobilis.*

*SANCTÆ RO. ECC. VENETIQ; IMPERII MAGISTRATIBVS IVCVNDVM PATET HOSPITIVM.*

Digitized by Google

*Adbuc ad Prætorium in dictæ faciei parte alia.*

HIERONYMVS PISAVRVS INCLYTVS PRÆTOR
SVMMIS, ET IMIS LANCE IVS PARI DIXIT.
FOSSAM AMPLIAVIT, FVLSIT AGGEREM MVRO.
ANNONA POPVLO VILIS VT FORET FECIT.
HVNC TARVISINA CIVITAS COLAT PAR EST,
ÆTERNA SVNT VT MERITA, NOMINE ÆTERNO.
MDXIII.

---

SEBASTIANO MAVRO DAMIANI F. PRÆTORI OPT.
QVOD SE DIFFICILLIMIS BELLI TEMPORIBVS DILIGENTISS.
TVTATVS ADMIRANDÆ MVNIMENTORVM STRVCTVRÆ STVDIOSISS. VACAVERIT. ANNONAM PROVIDENTISS. PROCVRAVERIT.
INTER HÆC IVRIDICVNDO ACCVRATISS. SEMPER INTENTVS
OMNES DEMVM ÆQVE ORDINES PARI CHARITATE COMPLEXVS.
TARVISINA CIVITAS COMMVNI CONSENSV IN MEMORIAM
NON IMMEMOR TALIVM MERITORVM SEMPITERNAM.
ANNO MDXIII.

---

IACOBVS TRIVISANO SYLVESTRI F. PRÆT. PRÆF. Q. C.
NON MINORE PIETATE, QVAM IVSTITIA POPVLVM REXIT.
VRBIS MVNIMENTA MIRIFICE AVXIT.
OB INGENTIA DEMVM MERITA TARVISINÆ CIVITATI
MEMORIAM SVI NOMINIS RELIQVIT AETERNAM.
ANNO MDXVI.

Extra Portam Vrbis Sanctorum XL. vbi ſeſe via ſcindit in ambas, apparet Stemma Franciſci Mocœnici Prætoris anni MDXVIII. vbi illud ſcitu dignum, quod ipſe viam huius portæ extra mœnia lapidibus ſtrauit, hocq; Epiſtilium erexit, depictis intus ſanctis aliquot cum B. Virgine: vbi in culmine ferreę auratę Manus cum brachijs, hinc Patauij, illinc Feltriæ viam indigitantes. MDXVIII.

---

*Ad ſuperiorum ſcalarum fores in porticu.*

MARCVS ZANTANI. MDXXIIII. *rem.*

---

*Ad prætorij mediam porticum ſuperiorem.*

STEPHANI MAGNI VR. PRÆT. PRÆF. Q. CONSPICE
INSIGNIA PERITVRA.
FAMAM VIRTVTES FECERE PERPETVAM.
ANNO SALVTIS NOSTRÆ MDXXVII.

Prætori huic præſtantiſsimo ſcripſit Elegos Thomas Pratenſis C.T. quos inueni repoſitos in fronte libri illius, operis trium dierum, Donati ab Horiolo C.T. Poetæ, & ſcriptoris Itali non ſpernendi: cui titulus, La Magna. Aduētus, ſcilicet Clariſsimi Stephani



Digitized by Google

Magni, tum & Clariſsimæ Biancæ eius coniugis, ad Taruiſinam exercendam Præturam; liber hic inquam miro artificio, variaque eruditione præditus, cum carminibus noſtratibus uarij generis. in quo præcipue, occaſione tripudiorum, ludorumq; publicorum, illuſtres illius temporis ciues, & matres pulcherrimę noſtræ Vrbis, earumq; uaria geſtamina, ac ornamenta ſubtilitas recenſentur.

---

*Pro foribus Cameræ Phyſcalis ad limen ſuperum.*

THOMA MICHAELE PR. PRAEF.Q. F. CV.
ANN. GRATIAE MDXXX.

---

*In Camera audientiæ ſuper. ad vaporarium marmor.*

DOMINICO DE MVSTO PRAET. PRAEF.Q.
TARVISII. MDXXXI.

---

*In duobus cubiculis ad caminos marmor.*

IACOBO DELPHINO TARVISII PRAETORE,
PRAEFECTOQ. MDXXXIII.

---

*Ad tertias ſcalas in primo porticu ad aram erat id.*

AVGVSTINVS MAVRVS PRAET. PRAEF.Q.
MDXXXV.

*A dextris.*

INTEGER VITAE, SCELERISQVE PVRVS.

*A ſiniſtris.*

IVSTVS, ET PIVS.

---

*Ad primam ſcalarum Prætorij requiem ad icona pulcherrimum B. Virginis inquam, Sanctorumq; Proſdocimi, & Hieronymi.*

ANNO SALVTIS MCCCCLXXXXVI.
HIERONYMO AVRIO CONDITVM. FRANCISCO
BRAGADENO, PRAETORIBVS PRAEFECTISQ.
INSTAVRATVM MDXXXVI.

---

*In muris Domus iudicio ſiſtentium, Praſentatorum vulgò.*

PRIMVS PETRI LANDO ANNVSQVE MENSIS PRINCIPATVS
FELICISQ. MENSIS VLTIMVS ANGELI CORRARIO REGIMINIS
FABRICARVM, ATQ. CONDIGNAE PROVISORIAE DOMINICI
TRIVLI MENSIS PENVLTIMVS. HAEC FACTA FVERE.

In

Digitized by Google

*In facie verò Prætorij ſub inſignib.*

ANGELVS CORRAR. PRAET. PRAEF.Q.
ANNO DOM. MDXXXVIII.

---

*Ad Prætorij medium vbi inſ.*

HIERONYMO ZANE PRÆT. PRAEF.Q. TAR.
ANNO DOM. MDXXXIX.

---

*Ad Præſentatorum ædes ſuper fornice, ad inſign. gentil.*

CLARISS. D. D. HIERONYMO ZANE PET. F.
TARVISII PR. PRAEF.Q.

*Si mihi vera loqui fas eſt, te Præſide maior.*
*Ante fuit nunquam, fortè nec alter erit.*
*Magnanimus, iuſtus, clemens, ſapiensq; fuiſti:*
*Nobilibus gratus, pauperibusq; Deus.*

---

*In altera Prætorij facie ſuper admirabili Horologio, ad feneſtras.*

FRANC. IVSTINIANO PRAETORE OPTIMO.
MDXLII.

*In alterius faciei quadam parte.*

IOANNES RHENERIVS TAR. PRÆT. PRAEF.Q.
ANNO SALVTIS MDXLVII. MENSE MAIO.

---

*Supra Fores Domus, quam diximus Præſentatorum.*

M. ANT. MAVROCOENVS DOC. P. PR.Q. TAR.
FRANCIS. PATRIS OLIM P. PR.Q. CLARISS.
SELECTA VESTIGIA SECVTVS
ÆDES COMMENTARIENSIS VETVSTATE COLLAPSAS
RESTAVRAVIT.
MARINO PISANO, ET ANTONIO FERRO QQ.

---

MELCH. NAT. ET PR. PRÆF. ANN. MDLII. *In Præt. pect.*

---

*In Cancellaria Noua infra ad medium.*

PERENNI IO. MARIÆ GEORGIO P. PR.Q. MEMORIÆ
IO. FRANCISCVS GANDINVS AB EO
ARCHIGRAMMATHEI MVNERE DONATVS.
GRATITVDINIS ERGO DICAVIT. MDLII.

---

*In fronte magni Armamentarij infra Caſtellum.*

PRINCIPATVS MAR. ANTONII TRIVISANO
IO. MARIA GEORGIO PRÆ. PRÆF.Q. OPT.
MDLIII.



Digitized by Google

*In aperto ad muros Prætorij.*

FRANCISCO PISANI
PRÆT. PRÆF.Q. TARVISII MERITISS.
M D L I I I I.

---

*Sub inſignibus penès illa Com. Collaltium abſq; El.*

LAVRENTIO PRIOLO PRINCIPI SER.
ANDRAEAS PRIOL. PRÆT. PRÆF. TAR.
M D L V I.

---

*In ijſdem muris non longè.*

IO. FRANCISCO DONATO PR. PRAEF. TAR.
ANNO M D L V I I I.

---

*Secus Prætorij Curiam ſupra marmoream fęminam è tumidioribus mammis aquas effundentem.*

ALOYSIVS DE PONTE PRAETOR, AC PRAEFECTVS SAPIENTISS. ANNO MDLIX. OB STERILITATEM, ET SICCITATEM MEMORABILI. ANNONAE, ET AQVARVM VBERTATEM POPVLO TARVISINO INDIGENTI MIRE SVBMINISTRAVIT.
HOC OPVS OB MORTEM PONTII PRAESIDIS NONDVM FINITVM LVDOVICVS MARIPETRO SVCCESSOR PERFICI CVRAVIT. MDLX.

---

*Ad Prętorij porrò medium auratum marmor.*

ALOYSIO PONTE MEDIO CVRSV PRAETVRAE
OPTIME ADMINISTRATAE VITA FVNCTO,
LACRYMIS, AC ORATIONE PVBLICA DECORATO.
OB EIVS MERITA
TARVISINA CIVITAS MONVMENTVM HOC F. C.
STERILI ANNO MDLIX.

Vnum referam de viſu pariter, ac de auditu, nēpe Pontium hunc Pręſidem vita functum Anno 1559. die 29. Decēbris, delatū fuiſſe in templum Diuæ Margaritæ à Nobilibus, & Equitibus Taruiſinis magna pullatorum multitudine Ciuium inſequente: vbi in Templi medio, cadauere honorificentiſſimè collocato, de ſuggeſtu duę funebres Latinæ Orationes recitatæ fuère: altera nomine Ciuitatis per D. Petrum Paganū virum de Græcis æq;, ac de Latinis litteris optimè meritum: altera Collegij Tabellionum nomine per

D.

D. Hieronymum Scalam Preceptorem meum in Græcis nihil minus, atq; in Latinis litteris eruditum.

---

*Incumbens Scalis Palatij Communis marmor.*

HIERONYMO MINIO PRÆT. PRÆF.Q.
ANNI INFELICITATE FELICITER SVPERATA,
CAELO VNDE ADVENERAT, IMMATVRE REDDITO
MEMORIÆ PERENNIS ERGO
TARVISINA CIVITAS MDLX.

---

*Ad Maleficiorum vetus Tribunal.*

PAVLO GEORGIO PRÆT. PRÆF.Q.
MATTHÆO FORCATVRA VICARIO, IO. FRAN. TRINCAVELLIO IVD.
BENEDICTO BALDEGARA CANCELL. MDLXI.

---

*In ſuperliminari Tabellionum Præſidum Collegioli.*

HIC PAVLI GEORGII PRÆT. PRAEF.Q. TAR. INTEGERR.
BENIGNITATE TABELLIONVM COLLEGII PATRES
PVBLICA NEGOCIA DECERNENDA, IVRAQ;, ET
MONVMENTA SERVANDA CVRARVNT.
ANNO SAL. MDLXI.

---

*In facie fori ſub inſignib.*

ANDRÆAS CORNELIVS PRAET. PRAEF.Q.
ANNO MDLXII.

---

*Super Scalis Palatij Comm. ſub inſ.*

PETRO PIZZAMANO PRAETORE PRAEFECTOQ.
MDLXIII.

---

*In Palatio contentioſo ſuperius, vbi iuris Vicesgerentis Tribunal.*

*IOANNES CORNELIVS PRAET. PRAEF.Q. HOC FORVM TEMPORIS IAM VETVSTATE CORRVPTVM RESTAVRANDVM CVRAVIT.*
*ANNO SAL. MDLXVI.*
*FRANCISCO PRIOLO QVAESTORE. IACOBO PIZZAMANO QVAEST. ET GEORG. MOLINO FAB. PROVISORE.*

---

*In Prætorij pariete medio auratum marmor.*

*LEONARDO MAVROCOENO PRAET. PRAEF.Q.*
*INITIO FERE MAGISTRATVS E CVSTODIA CORPORIS AD*
*CAELESTES SEDES EVOCATO, MEMOR ILLIVS IN HVIVSCE*
*ANNI STERILITATE FOECVNDANDA EXCVBANTIS VIGILANTIAE*
*TARVISINA CIVITAS, HONESTO FVNERE,*
*PVBLICAQVE ORATIONE DEPLORATO P.*
*ANNO MDLXIX. IIII. NON. DECEMB.*



Digitized by Google

*Marmor in Templo D. Marci poſitum ad armament.*

HANC AEDEM OLIM D. MARCO SACRAM, POSTEA
PROPHANIS VSIBVS DETVRPATAM, LABENTEMQ.
QVOTIDIE MAGIS, ALOYSIVS MICHAEL PRAET. PRAEF.Q.
DIVINO CVLTV ORNATIOREM RESTITVIT.
ANNO MDLXXIII.

---

*Infra Palatium ſupra Maleſic. Tribunal auratum marmor.*

*BARTHOOMAEO LIP. THOMAE F. SENAT. PRAESDI RELIGIONE,
IVSTITIA, INCOMPARABILIQ. HVMANITATE CLARISS.
AB HENRICO III. GALL. ET IIII. POLON. REGE. XVII. CAL. SEXT.
MDLXXIIII. HAC TRANSEVNTE OB EIVS AMPLISS. MERITA
EQVESTRI ORDINE, ET REGIO INSIGNI DECORATO,
DEQ. VNIVERSA CIVITATE OPT. MERITO.
HOC ILLIVS MIRABILI CVRA IVRIS PALATIO INTVS,
ET FORIS RESTAVRATO
ET ORNATO, GRATI CIVES H. M. P. C.
AN SAL. MDLXXV.*

---

*Extra eoſdem muros verſus mil. Plateæ Cuſtod. ſub inſign.*

BARTH. LIP. EQV. PRAET. PRAEF. OPT.
MDLXXV.

---

*Eſt & ſuperius quædam eiuſmet Equ. mem. ad Ann. MCCLXXVII.*

---

*Verſus forum in muris altiùs.*

BARTHOLOMAEO CAPELLO PRAET.
MDLXXVI.

---

*In ciſterna prætoria exeſum marmor, confectumq;*

ANDRAEAS CORNELIVS PRAETOR
PRAEFECTVSQ. MDLXXVIII.

---

*Ad angulum Palatij acutum altiùs.*

PASCHALI CICONIAE OPT. ET CLEMENTISS.
VENET. DVCI QVOD ILLIVS PRVDENTISS. ADMI-
NISTRATIONE, DVM PRAETOR ESSET PLVRIMA
HVIC VRBI BONA CESSERVNT.
TARVISINI DEDICATISSIMI. MDLXXXV.

Ad

Digitized by Google

*Ad muros Comitiorum Ciuit. ex induſtria elaboratos.*

CAROLO MARINO MARCI F. ANNONÆ CARITATE PRVDENTISS. SVPERATA, PRÆSIDI BENEMERENTI TARVISINA CIVITAS POSVIT. MDLXXXVII.

---

MVNIFICENTIÆ DARDI BEMBO P. PRÆFQ. PERSPICACISS. M. ANT. GETVS CANCELL. NVNQVAM IMMEMOR EREX. MDXC. *In Cancell. noua.*

---

*Super Palatij Communis magno oſtio ad ſcalas marm. à ſiniſtr.*

SANCTO VENERIO PRÆS. CIVIT. PARENTE. COMMODITATI, ET ORNAMENTO. MDXCI.

---

*In Eiuſdem muro Palatij verſus forum, cum magnis parergis.*

SANCTO VENERIO PRÆS. VIGILANTISS. QVI FAME VNIVERSAM EVROPAM DEV ASTANTE, NATVRÆ VIM, ANNONA VNDIQVE COLLECTA, ET POPVLO VBERRIME EROGATA SVPERAVIT. AC IN PROVINCIA SVMMO SPLENDORE ADMINISTRANDA OMNIA IVSTITIÆ, PIETATIS, AC TEMPERANTIÆ MVNERA FELICISSIME ADIMPLEVIT. CIVITAS GRATA EREXIT. MDXCI.

---

*Non procul diſtans.*

LEONARDO MOCENICO C. V. PRÆSIDI OPTIMO, CIVITATIS PARENTI. MDXCII.

---

*Super magnis foribus Palatij turis ad Fori Scalas.*

*FRANCISCO LAVREDANO PRAET. PRAEF. Q. T. INTEGERR. SVMMA PIETATE, ATQ. ACRI IVDICIO INSIGNI. TVM BROCHEAE IN VIRGINES NVB. EROGATIONIS IVSTO VINDICI. GRATA CIVITAS B. M. P. ANN. DOM. MDXCIV.*

---

*Introrſum ad Prætorium.*

*FRANCISCO LAVREDANO PRAESIDI, ALOYSII SENATORIS ILLVST. FILIO, PETRI Q. SER. VENET. DVCIS NEPOTI PIAE VOLVNTATIS M. ANT. BROCCHAE SERVATORI, AC DE VNIVERSA CIVITATE OPT. MERITO. POPVLVS TARVIS. POS. MDXCIIII.*

Vuu In

Digitized by Google

*In Muro Palatij verſus Plateam ſupra magni illius aurati Leonis diſpluuium. ſub inſign.*

STEPH. VIARO ILLVSTRISS. ET GRAVISS. VIRO IN PRÆTVRA SVA DE CIVITATE OPT. MERITO CIVES TAR. TANTÆ VIRTVTIS NON IMMEMORES ANNO SAL. MDXCV.

---

*Infra Prætorium ad alia eius inſignia.*

STEPHANO VIARIO RECTORI OMN. VIRT. CVMVLATISS. NVMINIQ. PROPITIO TER. POP. DEVINCTISS. H. E. ET GA. ARG. MDXCV.

---

*Hinc iuſtitia. cui hę litteræ. IVSTVS, ET VBER hinc vbertas. his litteris. SEMPITERNA VENERAB. MEMORIA. ſupra ad nidum hyrundinum cum matre &c. HAVD SECVS.*

---

DE huius Præſtantiſs. Rectoris, ac Domini mei pręcipui laudibus plura equidem ſcripſi in vtraq; lingua: orationem etiam: quam primogenitus meus, Io. Baptiſta ille, illi publicè recitauit. ſcripſi pariter librũ, ſoluto, vinctoq; pede, cui titulus L'ORSA VIARA, in quo traduntur præclaræ actiones, dotes præcipuè, ac merita innumera Illuſtriſs. perinde, ac pulcherrimę huius Dominę D. VRSÆ MAVROCOENÆ Vxoris digniſſimæ tanto viro. HÆC inter amicos leguntur: neq; enim video me eſſe tanti, vt omnia mea valeam typis committere Monumenta.

---

*Extra Palatium ad Forum altiùs.*

DANIELI DELPHYNO PRÆT. PRÆF.Q. INTEGER. OB IVSTITIAM, PACEM, ET VBERTATEM GRATA CIVIT. PO. AN. DO. MDXCVII. PRI. KAL. MAII.

---

*Hic ad dexteram eſt vir armatus, in cuius parma deſcriptum eſt.*

QVI ME CAPTIVVM PVTABAT, PRINCIPEM VIDIT, ET VICTOREM.

*Ad ſiniſtram verò vir trifacius, vt ſic dicam, Teruiſij typus, peltam tenens, in qua ſcriptum eſt.*

QVEM DEFENSOREM COLVI, NVNC PRINCIPEM SVM VENERATVS.

Hoc

Digitized by Google

Hoc vt intelligatur, ſciendum, quòd Ioannes Delphynus Vir fortiſſimus anno MCCCLV. Taruiſij diſtinebatur, vnus ex Triumuiris à Veneto Senatu miſſus in vrgentibus ijs calamitatibus Vrbis noſtræ. Siquidem Ludouicus Rex Vngariæ tunc temporis magno Pannonum, Germanorum, Tranſyluanium, & Tartarorum exercitu Taruiſium obſidebat. Qua temporis intercapedine moritur Venetiarum Dux Gradenicus: cui ſtatim à Senatu ſufficitur Ioannes Delphynus: quem ſummopere odio habebat Vngarus ille Rex. Hic clam cum paucis Taruiſio egreſſus per inimicas acies tranſiẽs Venetias petijt, ac obtinuit ſibi concreditum Principatum. proptere a primo ſcuto ſupremus hic Dux loquitur dicens, QVI ME CAPTIVVM PVTABAT, PRINCIPEM VIDIT, ET VICTOREM. in altero loquitur Taruiſinus Populus dicens. QVEM DEFENSOREM COLVI, NVNC PRINCIPEM SVM VENERATVS.

---

*Porrò infra Prætorium ad picturas nob. legitur tale.*

DANIELI DELPHINO RECTORI ILLVSTRISS.
DE VNIVERSA CIVIT. OPT. MER. POP. TAR. P.
M D X C V I I.

---

*Extra in muro Prætorij in indice marm.*

IVSTINIANO CONTARENO PRÆCLARISS. PRÆSIDI
OB CONSTANTEM IN OMNES IVSTIT. ATQ.
SINGVL. HVMANIT. TVM ERGA PAVPERES
LIBERALIT. QVORXM CALAMITATIB.
ÆRE SVO OPEM TVLIT.
HÆC, ETSI MAIORA DEBERENTVR, MONVNENTA
CIVITAS GRATA EREXIT.
M D I I C.

---

*Introrſum, vbi iuſtitia, ſapientia, liberalitas, Amor, &c.*

IVSTINIANO CONTARENO INTEGERR. TAR. MODERATORI,
QVI PAVPERTATEM, FAME VRBEM INVADENTE PIA
PROPRII ÆRIS EROGATIONE LIBERALITER HORREIS
PVBLICIS ELARGITA SVBLEVAVIT.
TANTI BENEFICII ÆTERNVM MEMOR GRATVS
VNANIMITER POP. TAR. EREXIT,
M D X C V I I I.

---

*Pro Viro hoc Præſtantiſs illam habui latinam Orationem, quam typis expreſſi, illiq; gratiſſimum donum dedi.*



Digitized by Google

Extat ad forum Prætorium Xiſtus ille antiquus, ſiue heredrã dicas, admodum ſpecioſus, affabre factus, clathratus, laquearibus ſuffectus, ſcamnis longioribus aptatus, hyſtorijs & ſymbolis pluribus in muris iam depictus. Anno autem M D C. ad efferendum decus ampliſſimum Illuſtriſs. Franciſci Maurocœni Rectoris noſtri hic fuit propemodum in omnibus renouatus clathris inquam ferreis ex induſtria ſpecioſis, marmoreis columellis, arcubus vitreis, feneſtris introrſum ligneis, ſcamnis itidem vndiq; elaboratis: aſt, quod magnũ eſt, quatuor Symbolis in tela depictis per Excellentiſs. Pictorem Venetum Iacobum Palmam, vti pulcherrimis, ac admirandis, ita ingentis ſumptus, & dignis, quæ omni conatu à temporum, hominumq; iniuria cuſtodiantur illæſa: & propterea illico cæruleis ſuperextenſis telis, & quoto veſpere feneſtris clauſis à puluere, & à nebulis, aliisq; id genus inuaſionib. ſeruantur immunia. in horum primo ſumma inuentione, diſpoſitione, atq; artificio depictę, ſeu intellectæ ſunt leges, præcipue Iuſtinianæ. ad cuius picturæ baſim extant hæc culta carmina regiſtrata.

*Vnica ſum proles, Diuo generata parente,*
*Matre ſed humana, puræ rationis, & vſus*
*Virgineo ſuſcepta ſinu; quæ faſq;, nefaſque*
*Diſtinguens, & honeſta iubens, inhibensq; ſceleſta*
*Formo morigera perfectum plebe Senatum.*

---

In ſecundo celebratur antiquo more ſacrificium mactata victima, vt exinde religio intelligatur. his verſibus ſubterſcriptis.

*Sum Dea nata ſolo, fidei, pietatis, & æqui*
*In terris firmata baſis, quæ numina cœli*
*Dura poli flecto precibus; commota cruenta*
*Placo mola; cœtusq; ſacri, cultusq; magiſtra*
*Diuinum fragili veneror ſub imagine Flamen.*

---

In tertio Symbolo iuſtitia appropriatis figuris, & inſignibus eſt elegantiùs figurata: quæ quidem inibi hæc ſimiliter carmina receptauit.

*Me natura parens, cœli penetralibus hauſtam*
*In terræ profudit agros; quæ vindicis inſtar*
*Supremi calcar iuſtis, & ſontibus obiex*
*Efficio, ne ius, ſummo ſub iure fatiſcat:*
*Aut ſecunda graues alat indulgentia culpas.*

In

In poſtrema parietis facie eſt belli Symbolum valde illuſtre, his pariter quinque verſibus inſignitum.

*Ferrea; fata, fremens facie, feritate, furore*
*Exul ab æthereis, Stygijs egreſſa, recepta*
*His tandem Bellonæ locis, vel templa, lareſq;*
*Abſq; ſago, placata colo, vel turbine quaſſis*
*Hoſtili refero, ſatiata cruore quietem.*

---

*Porrò ſub laqueari ad iuſtitiæ inſtrumenta, & trophæa deſcriptum eſt.*

IVSTITIÆ VIRTVS.

*Ad belli autem machinat arma, & paludamenta.*

ARMORVM CLARA TROPHÆA.

*Secus Religionem; vbi depicta omnia, quæ ad rem diuinam exercendam ſpectant, hoc dicterium.*

RELIGIONIS OPES.

*Inter verò legum ornamenta, & parerga eſt ſcheda huiuſmodi.*

LEGIS HONORQ. TVVS.

---

*Sunt inibi pariter depicta quatuor animalia Hieroglipbica.*

*ſecus leges eſt ſtolatus canis hac littera.*

SIC SOCIETATIS CVSTOS.

*Penès Religionem eſt depictus Elephas lunam ſuſpiciens.*

BELLVIS ETIAM RELIGIO.

*Secus iuſtitiam Leo. cui eſt adſcriptum.*

CVNCTIS DOMINATVR.

*Prope autem arma. bellicus eſt Equus, vbi deſcriptum eſt.*

IN ARMIS SECVRITAS.

---

Porrò ad lacunaris medium conſpicitur depicta Fama lauro coronata. in cuius dextra eſt ſertum laureum, in ſiniſtra autem Tuba; cum inferiùs ſit à dextris ſedens formoſa mulier ornamentis ſuperbiſſimis, & Cornu Principis circũſepta, qua intelligitur Veneta Reſpublica, ſiue Vrbs Venetiarum; à ſiniſtris formoſus ſenex cum omnium artium liberalium nobilibus inſtrumentis, honoris typus. Quo circa ſuperius ad Famæ caput extat Diſtichon tale.

*Cerne triumphales, Heros FRANCISCE, Coronas:*
*Binaq; diuino præmia digna viro.*

Hinc inde poſt eam tranſuerſum poſitum eſt hoc chyrographum.

Hanc

Digitized by Google

*Hanc tibi fert virtus iſtam tibi deferet ætas.*
*Hæc Prætoris habet Numen: at iſta Ducis.*

Atq; hæc omnia in gratiam Illuſtriſs. Franciſci Maurocœni Prętoris, Duciſq; noſtri meritiſſimi, ad cuius laudes decantandas ego præcipuè poeticum librum expoſui, cui titulus, SILIS. Quocirca ad nobiliſſimi huius Xiſti medium in facie ferrei oſtij, infra iſthæc quatuor magna ſymbola tale illi ſub illius aureis inſignib. neq; non Leone aur. inſculptum eſt ex indice auratum Elogium.

FRANCISCO MAVROCOENO PETRI F. VIRO CL.
IN OMNIB. SINGVLARI,
PRÆTORI PRÆF.Q. INTEGERR.
DE MAGISTRATV LONGE OPT. MERITO,
CIVITATIS PROVISORES
PRO VNIVERSO POP. TAR.
RECTORI, PATRIQ. INDVLGENTISS. PP.
ANNO IVBILOEI MDC.

---

Alia Elogia, quæ varia excogitaui in gratiam tanti Viri, conſpiciātur in SILI meo. Præterea in Prætorij muro altiùs erant inſignia, & memoriæ Marci Ant. Maurocœni iamdudum Rectoris noſtri, veluti & Franciſci eius Patris depicta tantùm inter prætextati Viri ex trina facie ſpectabilis manus; Quæ cum temporis iniuria fuiſſent erasa adeo, vt ægrè dignoſcerentur. Hic Vir Illuſtriſſimus gratum habuit vt Ciuitas Proaui, & Patruelis memoriam, occaſione ſui Regiminis, renouaret. Quod hoc amplo marmore cum inſignibus & reliquo ornatu, illico expreſſum fuit.

GENERIS NON MINVS PERSPICVITATE INTEGERRIMIS, ET VITÆ INTEGRITATE PERSPICVIS, QVAM IN CONSILIIS CAPIVNDIS, ET REBVS GERVNDIS SOLERTISSIMIS VIRIS
FRANCISCO MAVROCOENO, ET
MARCO ANTONIO EIVS F.
HVIC XLIX. ILLI XXIIX. SVPRA M. ET D. ANNO PRÆT. PRÆF.Q. VNIVERSA CIVITAS TARVISINA SINGVLARI QVADAM FRANCISCI MAVROCOENI, SVPERIORIS FRANCISCI PRONEPOTIS, ET HOC MDC. PRÆ. PRÆF.Q. IN REIP. ADMINISTRATIONE, PRVDENTIA, IVSTITIA, ET ÆQVITATE LACESSITA: OBLITTERATA IAM FERE ILLOR. MONVMENTA PERPETVÆ ERGA HANC MAVROCOENOR. FAMILIAM GRATITVDINIS ERGO, AB OMNI TEMPORIS INIVRIA VINDICAVIT.

Nec

Digitized by Google

*Nec mihi præterire libeat, liceatvè iſtius Præclariſſimi Præſidis ac Philoſophi me unicè diligentis memoriam, quam excitaui in porticu ad ſcalas mearum ædium in ſuburbano Pago Charitatis.*

HIS ÆDIBVS RECOEPTVS, REIECTVSQ; FVIT A ME BARTH. BVRCHELATO EAR. DOM. FRANCISCVS MAVROCOENVS ILLVSTRISS. TARVISII PRÆTOR, AC CAPITANEVS: PHILOSOPHIÆ LEGVMQ. DOCTOR INSVPER CELEBERR. VNA CVM CLARISS. PISANO, ET SALOMONE QVÆSTORIB. NECNON ALOYSIO ZACCARIA NOB. CYPRIO VRBIS, FORIQ. MIL. GVBERNATORE INSIGNI ANNO DOM. MDIC. TERTIO Kal. IVNII.
DVM IN HAC CHARITATIS PLANITIE SEPTINGENT. ARMATOR. MILITVM RECENSVM FACERET EXQVISITVM.

PRINCIPIBVS PLACVISSE VIRIS NON INFIMAM ESSE LAVDEM REPVTANS; HOC VOLVI, IN FILIOR. GRATIAM, SIVE VT OESTRVM MAGIS, HIS NOSTRIS ÆD. MONVM. PERENNE.

---

*In facie illa nobili Palatij Rationum, vbi extant tot aliorum Præſidum ex ordine Monumenta.*

IVLIO CONTARENO PRÆT. PRÆE.Q. TARVISII INTEGERR. IVSTITIA, ET CHARITATE CLARISSIMO GRATA CIVITAS MON. DIC. ANNO SAL. MDCII.

---

Illuſtriſſimo huic perinde, atque ſolertiſſimo Viro lingua Itala Orationem compegeram, dum vti Doctor Prouiſor Ciuitatis exiſterem, illam de more coram in eius diſceſſu recitaturus; cæterum quia ſemeſtre meum præterijt, antequam recederet Prætor à ſucceſſore tardatus diu: ſicuti alterius Doctoris propriam illi recitare fuit onus, aut munus: ita quod de tanto viro dixeram calamo, voce autem defeceram, mihi libuit typorum medio alacrius publicare.

---

*Venit Succeſſor Gaurus, vulgò Guoro. Vir digniſſimus, ſaniſſimus, ac rubicundus & pelle & pilo. qui nihilominus in Præturæ medio diabete correptus morti manus dedit. eius Elogium.*

*IVSTO GAVRO V. C. PRAETORI PRAEF.Q.*
*IN OMNIB. SPECTATISSIMO*
*MEDIO SVI REGIM. TEMPORE VITA FVNCTO.*
*QVEM TARVISINA CIV. ILLI GRATISSIMA*
*EXEQVIIS PVBL. NECNON LATINA ORAT.*
*COLLACRVMANS DECORAVIT.*
*VI. NON. OCTOB. ANN. MDCII.*
*EIQ. ID AMORIS AC GRATITVD. MON. MOERENS,*
*LVGENSQ. EREXIT.*

*Iſtud*

Digitized by Google

*Iſtud ego, cum non viderem illi in muris publicum Elogium deſtinatum: id autem poſt biennium magnificè in marmore cum inſignib. gentil. ſupra ſcalas Palatij publ. altiùs collocatum ſ.*

IVSTO GAVRO alteri SCAVRO Reip. Ven & iuſtitiæ in primis cultori, in fata, proh dolor, turbato ordine concedenti. Taruiſium non temporis more, ſed æternitatis diplomate. Optimè quidem merenti Poſ. MDCII. Cal. Octob.

---

*Ad magnum Montis Bellunæ Nubilarium hinc inde marmor.*

IOANNE BAPT. ZENO PRÆT. PRÆF.Q. TARVISII NITRARIVM HOC SARTVM, AC TECTVM NECNON MILITIB. RECENSENDIS COMMODIVS RESTITVTVM. ANNO SAL. MDCIII.

---

*Tres erant ſcalarum ordines Lignearum in ſummo Prætorio: quas omnes marmoreas fecit Zenus hic Illuſtriſs Quare ad ſupremum arcum hæ aurata litteræ in marmore, & quidem magnę, conſpiciuntur.*

LIGNEAS INVENTAS SCALAS MARMOREAS FECIT IO. BAPT. ZENO PR. PRÆF.Q. TAR. MDCIV.

---

*In arcu verò ad medias hæ maiores.*

IO. BAPTISTA ZENO PRÆSIDE.

---

*Porrò ad inferiores ſcalas, vbi eſt imago B. Mariæ Virg. ſatis antiqua, renouatis parergis ſic inſcriptum fuit.*

QVAM FRANCISCVS A LEGE AB HINC ANNOS CLVIII. BEATÆ M. V. IMAGINEM EXCITARAT, PRÆ VETVSTATE IAM CVM RELIQVO ORNATV LABANTEM, IO. BAPTISTA ZENO ITIDEM PRÆT. PRÆF.Q. TAR. IN SCALAR. REFECTIONE E MARM. ANNO SAL. MDCIV. RESTAVR. CVR.

---

*In muro Prætorij inter podia altiora, in diſceſſu, amplum marm.*

MEMORIÆ IVCVNDISS. IO. BAPTISTÆ ZENO PETRI F. SENAT. OPT. QVO PRÆTORE CLARVM SVMMÆ PROBITATIS SPECIMEN OMNIB. ILLVXIT. TAR. CIVES MAXIMIS TANTI V. MERITIS DEVINCTISS. VNANIMES P. MDCIIII. CAL. IVLII.

---

*Ad farinarum penu, ſeu promptuarium, vulgò fondaco, marmor nob.*

ANTONIO MOCOENICO LEON. EQV. F. ANT. PROCVR. NEP. PRÆT. PRÆF.Q. VIGILANTISSIMO, AC PIISSIMO OB HVNC REI FRVMENTARIÆ LOCVM OCTINGENTIS AVREIS PERPETVO LOCVPLETATVM.


Digitized by Google

# CONSERVATORES
## TALIS, AC TANTI SEMPITERNI BENEFICII IMMEMORABILI EXEMPLO IN AETERNVM MEMORES VNANIMITER PP. ANNO CHRISTI MDCVI.

---

*In muro prætorij altiùs ſuper ſcalis Pal. marm. in diſceſſu.*

D. O. M.

ANTONIO MOCENICO LEONARDI EQ. F. OB AMPLISSIMVM PRÆTVRÆ, ET PRÆFECTVRÆ MVNVS PARI IVSTITIÆ, ET CLEMENTIÆ CANDORE PERFVNCTVM. ANNONAM COPIOSE EXHIBITAM. CIVITATEM TRANQVILLA PACE FIRMATAM. SINGVLAREM EDITAM LIBERALITATEM. FONTESQ; PERENNES RESTITVTOS. VNIVERSA CIVITAS GRATI ANIMI P.
ANNO DOMINI MDCVI.

---

*Nunquam adducar, vt prætermittam Anagramma Iacobi Nouelli ſuper omnes præcipui, quod ſanè, meo iudicio, in re propoſita eſt penitus ſingulare.*

ANTONIVS MOCENICVS
Anagramma
NOVISTI : CONCINE MVSA.
Expoſitio.

*Teruiſij Fontis triplicis madefacta liquore*
*(NOVISTI Auctorem) CONCINE MVSA pium.*
*Eſt Nouus iſte Moſes Triplici decoratus amore*

M — MAGNIFICARE
D — DECET
C — CONTVLIT
V — VNVS AQVAS
MDCV.

Neq; obijcias, ꝙ ſupra ſit ann. MDCVI. hic autem MDCV. ſiquidem in hoc deducta eſt aqua: in illo ille à nobis profectus fuit.

---

*In ſummo palatij ſecus ſcutum Collaltinum. in diſceſſu.*

GENIO
FRANC. THEVPOLI ALOY. PROC. F. PACATAM VRBEM MAGNIS IN MOTIBVS REDDENTE, INFESTAM A GRASSATOR. REGIONEM



Digitized by Google

PVRGANTE, RVENTIB. REPARATIS PONTIB.
SVMMA PROBITATE, VIGILAN. ET INGENIO
PRÆTVRA, ET PRAEF. GESTIS
TAR. CIV. DONVM DEDIT.
A. MDCVII. KAL. SEPT.

---

*Secus farinæ promptuarium ſuper ſcalis conſ. vbi figuræ plures, & marmora ſummi pretij, hæ ſunt litteræ in amplo Indice deauratæ.*

ALOYSIO MAVRO Præt. Præſ. q; opt. Qui Auguſta Virtute, proprio Ære adiecto: atq; ex alienis ditionibus huc deducta non modica Tritici copia: Annonæ Gliſcentis anguſtias repreſſit: Horreumq. publicum valdè ditatum reliquit: inſigne ſanè ſucceſſoribus exemplum.

CONSERVATORES
VT IN MARMORE, QVEM AMOR IN CORDE SCVLPSIT, CONSERVETVR, P. C. MDCVIII.

---

*Supra Arcum medium Xiſti magni è regione cuſtodiæ militum ſub ſigno gentilicio, præ marmoribus atq; auro conſpicuo valde.*

ALOYSIO MAVRO PRÆT. PRÆF. Q; VRBI
SVPREMO FELICITATIS CVMVLO. QVI VIRTVTE
RECTVS CIVES OPTIME REXIT.
VIVENS VT SEMPER VIVAT.
EXIMIÆ GLORIAE
EXIGVVM MONVMENTVM.
TARVISINA CIVITAS P.
ANNO SALVTIS MDCIX.

---

In Rectoris huius Illuſtriſſimi gloriam librum dedimus in Diſceſſu, carminibus vtraq; lingua, tum Elogijs multis, atque ſolutis Orationibus multorum, conſtructum, &, vt videre potes, inprimis noſtrum.

---

*In facie prætorij altiùs ſupra ſcalarum ſummum Fori iudicialis.*

ME-

Digitized by Google

MEMORIAE AETERNAE MARCI ANTONII
MICHELIO PRAET. TARVISII, PRAEF. Q;
QVI INGENVOS ACADEMIAE LVDOS INSTITVEN-
DO, PRO SACRI MONTIS ÆRE PVGNANDO,
AGRVM TARVISINVM A PRAEDONIBVS
LIBERANDO, AETERNA SEIPSVM GLORIA
AETERNA VRBEM LAVDE DONAVIT, ORNAVIT;
C. T. OB COLLATA IN EAM BENEFICIA P.
ANNO DOM. MDCX.

---

*Ad farinæ porticum in indice litteræ deaur. ubi virtutes, &c.*

MARCO ANT. MICHAELI PRAEFECTO AEQ; AC
PRAETORI OPT. TRITICI, FARINARVMQ;
PROMPTVARII PROVISORI, TVM PROTECTORI
PERVIGILI ADEO, VT PII LOCI AES SIT AVCTVM,
ET ILLARVM PRECIVM FVERIT IMMINVTVM.
POP. TAR. PATRI B. M. P.
ANNO SAL. MDCX.

---

*Diſcedente Prætore in Prætorij fronte media poſitum eſt ad eius inſigne Gentilicium ſplendentiſs hoc inſigne Elogium.*

VINCENTIO PISANI PRÆT. PRAEF. Q; VIRTVTE
SEIPSVM, CAETEROSQ; VINCENTI, DE ANIMIS
VICTIS TRIVMPHATORI PACIFICO,
CIVITAS TARVISINA
AMORE DEVICTA VERÆ GLORIÆ
MONVMENTVM P.
ANNO SALVTIS MDCXII.

---

*Siquidem expoſitum nimis ſtabat officium maleficiorum, illud in clauſtralem locum infra Prætorium penès tormenta redactum eſt, ſuper cuius oſtio ad ſtemma legitur tale marmor.*

M. ANTONIVS ZENO PRÆT. PRÆF. Q;
VIGILANTISS. FLAGITIIS POENAM,
INNOCENTIAE PRAESIDIVM HIC
PARARI IVSSIT. MDCXIII.



Digitized by Google

Ego verò, nullam propterea prætendens ſcriptoris illius, quiqui fuerit, offenſam, abundans in ſenſu meo, ab abſtracto ad concretum deriuans, rem ſic latiùs expreſſiſſem.

FLAGITIOSIS POENAM, INNOCENTIBVS PRAESIDIVM, FALSO ACCVSATIS ABSOLVTIONEM, HIC PRAESTANDVM CAVIT.

---

Hinc, IOANNES DE ALLEGRIS VICARIVS.
Inde, THOMA CASILINO MALEFICIORVM IVDICE RHODIGINO.

---

*In eiuſdem Prætoris diſceſſu marmor in muro Palatij rationum ſub inſigni gentilicio.*

MARCO ANTONIO ZENO.
PRÆTORI, PRÆF. Q. PERVIGILI:
QVI IVSTITIA, ET PIETATE CLARISSIMVS,
CHARITATE, AC PROVIDENTIA NEMINI CEDENS,
SVMMIS GRATVS, ET IMIS,
MEMORIAM SVI RELIQVIT ÆTERNAM.
TARVISINA CIV. MON. POS.
MDCXIII.

Si côueniſſet hic ſubſcribere Apologiam, quam feci ad illos, qui me ſuggillarunt propterea, quòd dixerim, Summis gratus, & Imis, de hominibus loquens: cum aſſerant hi de inanimis id, ſeu de locis locatisve rebus, duntaxat dici: cerneret lector, quanto ij errant cœlo, rationibus, auctoritatibus, quinetiam iſtiuſmodi marmoribus perſuaſus. accedat, qui cupit, oſtendam, legam: nedum etenim, credo, acquieſcet hæſitans, ſed & contra inuectores ipſos protinus inuehetur.

---

*Ad fundacum farinarum aliud.*

MARCO ANT. ZENO PRÆTORI PRÆF. Q.
MVNIFICENTISS. QVI VIRTVTE, ÆREQ;
PROPRIO REI FRVMENTARIÆ CVMVLVM
AVXIT. VRBEMQ; VBERRIMAM REDDENS
FAME ELIMINATÂ BENEFICENTIA ANIMOS
DEVINXIT. SIC FORTVNATE SEVIT,
VT VERAM GLORIAM METAT.
C. P.Q; T. P. MDCXIII.

LAV-

LAVRENTIO SVPERANTIO PRÆT. PRÆF. Q;
MAIORVM IMAGINIBVS CLARO VRBIS IMPERIO,
GLORIOSE PERACTO, PACE, FELICITATE
RESTITVTA, IVSTITIA, LENITATE
ANIMIS CONCILIATIS, OMNIBVS VERE HEROICIS
EDITIS MONVMENTIS, PROPRIAE
VIRTVTIS SPLENDORE CLARISSIMO,
C. T.
GRATI ANIMI TESSERAM
P.
ANNO SALVTIS. MDCXV.

---

*Iſtud altiùs ſub Principis Ciconeæ, olim Taruiſij Rectoris, inſignibus.*

*Ex Communitatis Taruiſinæ decreto.*

Iſtud verò ad porticum Farinarium, ex Conſeruatorum, atq; adeo omnium artium, animi exuberantia.

---

LAVRENTIO SVPERANTIO IO. EQV. ET D. M.
PROC. F. PRÆT. PRÆF. Q. ORNATISS.
QVI VIRTVTIS INFLVENTIA ANNONÆ
PENVRIAM IN AFFLVENTIAM VERTENDO
ELATVM FORIS PRETIVM MVNIFICE IN
VRBE IMMINVTVM SERVAVIT
SIC INOPI OPIBVS OPEM TVLIT
ET PARTAE GLORIAE MONVMENTVM
POPVLVS TARVISINVS OMNIVM CONSENSV
IN COMITIIS STATVIT.
ET ÆRE SVO GRATVS EREXIT.
ANNO SALVT. MDCXV.

---

Cumq; receſſiſſet à Magiſtratu vir Illuſtriſsimus, ſeq; in Sanctæ Margaritæ Heremitarum Patrum Cœnobium cum ſuis omnibus recępiſſet: ad Portam Decumanam, curruum ſcilicet, infra bracteatos arcus hederaceos vbi inſignia Superantia, ſic inſcriptum.



Digitized by Google

SPLENDIDI SILIS MARGINES, QVOS CERNIS,
LATERITIOS POSVIT: LONGAM, LATAMQ. VIAM
IVXTA STRAVIT SILICE
LAVRENTIVS SVPERANTIVS RECTOR
TARVISIO ADDICTISSIMVS.

---

*Et Supra Portam proprij Hoſpitij ſic.*

LABEFACTIS LARVIS, SVPERATIS SPHYNGIBVS,
LAVRENTIVS SVPERANTIO
LAVRO, LAVREOLA LVCIDISSIMVS,
SVPREMA SCANDIT SYDERA.

---

Poſtremò, vt & hoc ediſſeram in eiuſmet Præclariſs. Rectoris diſceſſu typorum, præliq; medio publicam feci Orationem lingua Itala à me confectam, cum ſubſequentibus latinis verſibus, ac vulgaribus, prorſus ad Hominem, Clariſſimo Ioanni eius inſcriptam filio: Quam quidem ex auro decenter ornatam Illuſtriſſimo Præſidi, & centenas ſubinde infra familiares ſuos, & Cancellarium, eius neceſſarijs ſimul, ac conſanguineis diſpertiendas donaui. amet me vtinam Senator modò Rogatorum grauiſſimus, tueaturque.

---

Extant in ædib. Illuſtrium, ac Excellentiſs. Aſſeſſorum, quinetiam Cancellarij, memoriæ multæ præclariſſimorũ Præſidũ. Vrbis, admodum dignæ, quæ huc comportentur: eas nihilominus breuitati conſulens in præſentia prætermitto: impreſſoris certè auiditate maioris, & noui lucri, & ob id opus noſtrum reijcientis, & in diuturniora tempora protrahentis, adeo, vt annus integer præterierit à primo impreſſo folio ad iſtud præſens.



Digitized by Google

Sin autem quis cupiet tractu oculi Rectorum omniū Ciuitatis noſtræ Catalogum, intueri de primo illo.ſ. anni 1173. uſq; modo: ego æqui boniq; conſulens, huic faciam ſatis.

**PRÆTORVM TARVISII** Catalogus ab Anno 1173. ad hunc 1616. Cum priùs Tar. ex Conſulum auctoritate, ac arbitrio regeretur.

| | |
|---|---|
| *Eccelinus de Onaria* | 1173 |
| *Iacobinus de Carraria* | 1174 |
| *Vbertus Vicedominus* | 1176 |
| *Guecelletus de Prata* | 1180 |
| *Matthæus Quirini* | 1186 |
| *Rambaldus Comes* | 1188 |
| *Eccelinus Monacus* | 1190 |
| *Gulielmus Puſterla* | 1193 |
| *Gigius Burrus* | 1194 |
| *Conſtantius Capo di lago* | 1195 |
| *Gulielmus Puſterla* | 1199 |
| *Daneſius* | 1202 |
| *Nicolaus de Foro* | 1203 |
| *Laurentius Cornu* | 1205 |
| *Almericus Odonus* | 1206 |
| *Malpilius de Malpilijs* | 1207 |
| *Vbertus Vicecomes* | 1208 |
| *Nicolaus de Foro* | 1210 |
| *Lanterius Adelaſius* | 1211 |
| *Rogerius Piermarinus* | 1212 |
| *Loderengus Martinengus* | 1212 |
| *Odoricus Beſſenus* | 1215 |
| *Malpilius de Malpilijs* | 1216 |
| *Rodulphus Comes* | 1216 |
| *Gulielmus Puſterla* | 1218 |
| *Vicecomes de Vicecomitib.* | 1219 |
| *Malpilius de Malpilijs* | 1220 |
| *Iacobus Theupulus* | 1221 |
| *Marinus Dandulus* | 1222 |
| *Iacobus de Rubeis* | 1223 |
| *Odoricus Beſſenus* | 1224 |
| *Iacobus Lupus* | 1226 |
| *Caccianemicus Caccianemici* | 1227 |
| *Iacobus Theupolus* | 1229 |
| *Marinus Storladus* | 1229 |
| *Gualangus à Turri* | 1230 |
| *Marinus Maurocænus* | 1230 |
| *Caccianemicus Caccianemici* | 1231 |
| *Philippus Cornarius* | 1232 |
| *Petrus Alidoſius* | 1233 |
| *Iacobus Mora* | 1234 |
| *Rainerus Zenus* | 1235 |
| *Petrus Theupolus* | 1236 |
| *Iacobus Mora* | 1237 |
| *Vſque ad annum* | 1239 |

Ab hoc ad inſequens tempus Albericus de Romano, occulta vt plurimum Tyrannide, Taruiſij domi natur.

| | |
|---|---|
| *Gulielmus Rangonus* | 1259 |
| *Marcus Badoarius* | 1259 |
| *Philippus Boccaſſinus* | 1260 |
| *Ioannes Delphinus* | 1261 |
| *Ditalinus Villalta* | 1262 |
| *Guglielmus Rangonus* | 1263 |
| *Ioannes Theupolus* | 1264 |
| *Matthæus de Corrigio* | 1265 |
| *Idem Matthæus* | 1266 |
| *Philippus Belegno* | 1267 |
| *Iacobus Delphinus* | 1268 |
| *Bonifacius Pola* | 1268 |
| *Rholandinus Canoſſa* | 1270 |
| *Bonifacius Canoſſa* | 1271 |
| *Teſta Soardus* | 1272 |

Ioannes

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Ioannes Cornarius | 1273 |
| Caſtellanus Lambertatius | 1274 |
| Philippus Perſembrunus | 1274 |
| Iacobus de Perugia | 1276 |
| Vgucciolus de Lugnrgnano | 1279 |
| Albertus Maurocœnus | 1281 |
| Gulielmus Picaleus | 1282 |
| Thomas Quirini | 1282 |
| Ducas de Gambaceris | 1282 |
| Ditalinus Villalta | 1285 |
| Tiſus Campiſamperius | 1286 |
| Guidus à Turri | 1287 |
| Thebaldus Bruſati per quadriennium | 1288 |
| Thomas Quirini | 1293 |
| Guidus Niger | 1294 |
| Thebaldus Bruſati | 1295 |
| Articus de Caſtello | 1296 |
| Iordanus de Viguncia | 1298 |
| Ribaldonus Torniellus | 1299 |
| Thebaldus Bruſati | 1300 |
| Sigisfredus de Arzegnano | 1302 |
| Nicolaus de Lozzo | 1303 |
| Petrus Bruſati | 1304 |
| Giliolus Picaleus | 1305 |
| Tolbertus Vberti | 1306 |
| Franciſcus Caluoli | 1308 |
| Rambaldus Collaltus Comes | 1309 |
| Galeacius Vicecomes | 1310 |
| Albertinus de Caſtronouo | 1311 |
| Bartholomæus Guidercianus | 1312 |
| Bernardus à Cornia | 1313 |
| Albericus de Canoſſa | 1314 |
| Franciſcus Caluoli | 1314 |
| Mannus della Branca | 1315 |
| Franciſcus Mezouillanus | 1316 |
| Petrus della Branca | 1316 |
| Andræas à Rocha | 1317 |
| Vbertus Cancellieri | 1317 |
| Rholandinus de Foliano | 1318 |
| Niger de Guelſonibus | 1318 |
| Hermanus de Guelſonibus | 1319 |
| Thebaldus de Caſtronouo | 1319 |
| Dugius Buzzacarinus | 1320 |
| Mannus de Beccatellis | 1320 |
| Phœbus à Turri | 1321 |
| Iacobus de Rubeis | 1321 |
| Thebaldus de Caſtronouo | 1322 |
| Corradinus Bocca | 1324 |
| Gerardus à Sabione | 1324 |
| Iulianus Maluezzi. | 1325 |
| Azzo Confalonieri | 1326 |
| Guido Orgoglioſo | 1326 |
| Corradinus Bocca | 1327 |
| Petrus del Verme | 1329 |
| Thadeus de Vbertis | 1335 |
| Petrus del Verme | 1336 |
| Rambaldonus Torniellus | 1336 |
| Bonetus Malauicina | 1337 |
| Marinus Falerius Primus Pro Veneta Repub. | 1339 |
| Petrus de Canali | 1340 |
| Ioannes Gradenicus | 1341 |
| Nicolaus Priolus | 1342 |
| Petrus de Canali | 1343 |
| Philippus Aurio | 1344 |
| Andræas Cornelius | 1345 |
| Marinus Falerius | 1346 |
| Simeon Dandulus | 1347 |
| Ioannes Maurocœnus | 1348 |
| Marcus Ruzini | 1349 |
| Ioannes Dandulus | 1350 |
| Simeon Dandulus | 1351 |
| Marcus Iuſtinianus | 1352 |
| Ioannes Foſcari | 1353 |
| Laurentius Celſi | 1354 |
| Petrus Triuiſanus | 1355 |
| Fantinus Maurocenus | 1356 |

Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| Fantinus Maurocęnus | 1359 | Petrus Piſani | 1400 |
| Ioannes Iuſtinianus | 1360 | Ludouicus Maurocœnus | 1401 |
| Ioannes Dandulus | 1361 | Petrus Emo, ſiue Aimo | 1402 |
| Andręas Zane | 1362 | Paulus Iulianus | 1403 |
| Petrus Maurocęnus | 1363 | Petrus Arimundus | 1404 |
| Petrus Iuſtinianus | 1364 | Albanus Badoarius | 1405 |
| Marcus Priolus | 1365 | Ioannes Contarenus | 1406 |
| Fantinus Maurocęnus | 1366 | Michael Maripetrus | 1407 |
| Leonardus Dandulus | 1367 | Paulus Quirini | 1408 |
| Dardus Polani | 1368 | Franc. Piſani | 1409 |
| Ioannes Dandulus | 1369 | Alexander Bonus | 1410 |
| Dardus Polani | 1370 | Leonardus Sanutus | 1411 |
| Ioannes Gradenicus | 1371 | Petrus Lauredanus | 1412 |
| Paulus Lauredanus | 1372 | Marinus Lauredanus | 1413 |
| Pantaleon Barbus | 1373 | Andręas Contarenus | 1414 |
| Iacobus Priolus | 1374 | Iacobus Ciuranus | 1415 |
| Petrus Emo | 1375 | Nicolaus Maurocęnus | 1416 |
| Franciſcus Bembus | 1376 | Petrus Zaccarias | 1417 |
| Ioannes Dandulus | 1377 | Guidus de Canali | 1418 |
| Marcus Zenus | 1378 | Marinus Lauredanus | 1419 |
| In poteſtatem Leopoldi Ducis Auſtriæ. | | Ioannes Nauagerius | 1420 |
| | | Laurentius Donatus | 1421 |
| Bertoldus de Spilimbergo | 1381 | Franciſcus Barbarus | 2422 |
| Andręas de Polcenico | 1382 | Natalis Donatus | 1423 |
| Iacobus Spinola Ian. | 1383 | Leonardus Carauellus | 1425 |
| Franciſcus Doctus Pat. | 1384 | Lazarus Mocenicus | 1426 |
| In Dominium Venetum. | | Nicolaus Baſilius | 1427 |
| Gulielmus Quirini | 1388 | Ioannes Marcellus | 1428 |
| Marcus Zenus | 1389 | Bertuccius Falerius | 1429 |
| Ludouicus Maurocęnus | 1390 | Hieronymus Contarenus | 1430 |
| Fantinus Georgius | 1391 | Petrus Contarenus | 1431 |
| Ludouicus Maurocœnus | 1392 | Antonius Venerius | 2432 |
| Donatus Maurus | 1393 | Andręas Bernardus | 1433 |
| Ludouicus Maurocęnus | 1394 | Chriſtophorus Donatus | 1434 |
| Ioannes Emilianus | 1395 | Marinus Mocenicus | 1435 |
| Egidius Maurocęnus | 1396 | Laurentius Foſcarenus | 1436 |
| Ioannes Georgius | 1397 | Marinus Superantius | 1437 |
| Michael Contarenus | 1398 | Petrus Piſani | 1438 |
| Remigius Superantius | 1399 | Franciſcus Zane | 1440 |

Fran-

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| *Franciſcus Garzonius* | 1441 |
| *Victor Barbarus* | 1442 |
| *Melchior Grimanus* | 1443 |
| *Franciſcus Minotus* | 1444 |
| *Ioannes Maripetrus* | 1445 |
| *Franciſcus Legius* | 1446 |
| *Benedictus Victurius* | 1447 |
| *Carolus Marinus* | 1448 |
| *Bartholomæus Superantius* | 1449 |
| *Aurius Paſqualicus* | 1450 |
| *Nicolaus Marcellus* | 1452 |
| *Andræas Marsellus* | 1433 |
| *Ludouicus Bembus* | 1455 |
| *Ludouicus Baſſus* | 1456 |
| *Marinus Valerius* | 1457 |
| *Franciſcus Triuiſanus* | 1459 |
| *Franciſcus Contarenus* | 1460 |
| *Marcus Contorenus* | 1462 |
| *Laurentius Minotus* | 1463 |
| *Paulus Maurocænus* | 1465 |
| *Dominicus Maurus* | 1466 |
| *Ioannes Mocænicus* | 1467 |
| *Marcus Zenus* | 1469 |
| *Petrus Memus* | 1470 |
| *Euſtachius Balbi* | 1472 |
| *Iacobus Maurocenus* | 1473 |
| *Laurentius Lauredanus* | 1475 |
| *Fantinus Georgius* | 1476 |
| *Benedictus Triuiſanus* | 1477 |
| *Nicolaus Triuiſanus* | 1479 |
| *Aloyſius Vendramenus* | 1480 |
| *Iacobus Quirini* | 1481 |
| *Ludouicus Bragadenus* | 1482 |
| *Dominicus Marinus* | 1484 |
| *Peracius Maripetrus* | 1485 |
| *Antonius Valerius* | 1487 |
| *Bernardus Theupolus* | 1488 |
| *Antonius Bernardus* | 1489 |
| *Priamus Thronus* | 1491 |
| *Auguſtinus Foſcarenus* | 1492 |
| *Petrus Bonus* | 1493 |
| *Thomas Mocenicus* | 1494 |
| *Hieronymus Aurius* | 1496 |
| *Petrus Maripetrus* | 1497 |
| *Andræas Dandulus* | 1498 |
| *Hieronymus Contarenus* | 1500 |
| *Michael Salomon* | 1501 |
| *M. Antonius Lauredanus* | 1502 |
| *Ioannes Zantani* | 1503 |
| *Petrus Quirini* | 1505 |
| *Petrus Nani* | 1506 |
| *Nicolaus Cornelius* | 1507 |
| *Hieronymus Marinus* | 1509 |
| *Andræas Donatus* | 1511 |
| *Hieronymus Piſaurus* | 1512 |
| *Sebaſtianus Maurus* | 1513 |
| *Iacobus Triuiſanus* | 1514 |
| *Nicolaus Vendramenus* | 1516 |
| *Paulus Nani* | 1517 |
| *Franciſcus Mocenicus* | 1518 |
| *Priamus Legius* | 1520 |
| *Antonius Piſaurus* | 1521 |
| *Marinus Molinus* | 1522 |
| *Marcus Zantani* | 1524 |
| *Aloyſius Bragadenus* | 1525 |
| *Stephanus Magnus* | 1527 |
| *Franciſcus Maurocenus* | 1528 |
| *Thomas Michael* | 1529 |
| *Dominicus de Muſto* | 1530 |
| *Iacobus Delphynus* | 1532 |
| *M. Antonius Barbaricus* | 1533 |
| *Auguſtinus Maurus* | 1535 |
| *Franciſcus Bragadenus* | 1536 |
| *Angelus Corarius* | 1537 |
| *Hieronymus Zane* | 1539 |
| *Ioannes Lipomanus* | 1540 |
| *Franciſcus Iuſtinianus* | 1541 |
| *Andræas Renerius* | 1542 |

Hieronymus Maurocænus 1544
Marcus Barbaricus 1545
Ioannes Renerius 1547
Io. Franciſcus Salomon. 1548
M. Antonius Maurocænus 1549
Melchior Natalis 1551
Io. Maria Georgius 1552
Franciſcus Piſani 1553
Bernardinus Victurius 1555
Andreas Priolus 1556
Io. Franciſcus Donatus 1557
Aloyſius Pontius 1559 †
Hieronymus Minius 1560 †
Paulus Georgius 1560
Andreas Cornelius 1561
Petrus Pizzamanus 1563
Paſcalis Cyconia 1564
Ioannes Cornelius 1565
Franciſcus Cornelius 1567
Franciſcus Diedus 1569
Leonardus Maurocænus 1569 †
Ioannes Griti 1569
Iuſtinianus Iuſtinianus 1571
Aloyſius Michael 1563
Bartholomæus Lipomanus 1574
Bartholomæus Capellus 1575
Ioannes Michael 1577
Andreas Cornelius 1578
Petrus Griti 1579
Antonius Maurus 1581
Paulus Lauredanus 1582
Federicus Rainerius 1583
Octauianus Donatus 1585
Carolus Marinus 1586
Dominicus Leon 1587
Dardi Bembus 1589
Sanctus Venerius 1590
Leonardus Mocænicus 1592
Franciſcus Lauredanus 1594
Stephanus Viarus 1595
Daniel Delphynus 1597
Iuſtinianus Contarenus 1598
Franciſcus Maurocænus 1599
Iulius Contarenus 1601
Iuſtus Gaurus 1602 †
Io. Baptiſta Zenus 1603
Antonius Mocænicus 1604
Franciſcus Theupolus 1606
Aloyſius Maurus 1608
M. Antonius Michael 1609
Vincentius Piſani 1610
M. Antonius Zenus 1612
Laurentius Superantius 1614
Marcus Iuſtinianus 1615 & 16.

## Dominatores Vrbis Taruiſanæ.

Oſyris auctor. quod aiunt
In libertate
Athila Hunnorum Rex
Cæſarei Imperium
Odoacer Rex Italiæ
Reges Gothi
Imperator, Narſete Regente.
Dux Italiæ
Reges Longobardi
Marchiones Longobardi
Carolus Magnus Rex Galliæ
Berengarius Eſtenſis
Pipinus Rex Italiæ
Bernardus Rex Italiæ
Lotharius Rex Italiæ
Imperium
Vngari
Berengarius
Vgo Dux Arli Rex Italiæ
Lotharius, & Berengarius
Berengarius ſolus
Imperium

In

Digitized by Google

*In libertate*
*In protectione Cæſaris*
*In libertate*
*In protectione Cæſaris*
*In libertate*
*Imperium*
*Albericus de Romano*
*In libertate*
*Albericus de Romano*
*In libertate*
*In protectione Eccleſiæ*
*Gherardus de Camino*
*Ricciardus de Camino*
*Guecellus de Camino*
*In libertate*
*In protectione Cæſaris*
*Comes Goritiæ*
*Canis Scaliger*
*Albertus, & Maſtinus fratres Scaligeri*
*Veneti*
*Leopoldus Dux Auſtriæ*
*Franciſcus de Carraria.*
*Veneti demum Domini:*
*Et Veneti Venetorum, & qui naſcentur ab illis.*




*Eſt animus latos per campos tendere greſſus,*
*Altaq; moliri: Fors tamen obſtat ei.*
*Auferat, vt ventus, plumas, odioſa: volucrem*
*Non animum certè tollet iniqua meum.*

# COMMENTARIORVM
# MEMORABILIVM
# TARVISII
## LIBER QVARTVS,

*EX HYSTORIAE TARVISINAE PENV,*

AB V. C. AD HÆC ETIAM VSQ; TEMPORA

*Additis per ſyntaxes, & Tab. omnibus propemodum per Vrbem Memorabilibus.*

Anſerum, ac Taurorum ludis poſtremò epicè recenſitis.

BARTHOLOMÆI BVRCHELATI PHYS. OPVS.

IN TARVISII GLORIAM.




TARVISII.

Apud Angelum Reiectinum. MDCXVI.

Digitized by Google



προαίρεσις.




*Tum caream auxilio aduerſis dum mergor ab vndis,*
*Quæq; ſint, Nitar Viribus vſq; meis.*

# CVNCTIS CIVIBVS TARVIS- VITA FRVENTIBVS,

## BARTH. BVRCH. PHYSICI
### Conciuis eadem veſcentis aura Dulcis Apoſtrophe.

EN, Generoſi Ciues, Viri fortiſſimi, ſapientes, ac glorioſi, cætera hucusq; Taruiſij noſtri Monumenta ex inſtituto ordine regiſtraui: quæ ſanè ferè omnia ſunt ſpecifica, ac ſingularia familiarum, Virorumq; aliquo graui, illuſtriuè, atq; admirabili facinore vt plurimum inſignium, ac promerentiũ, vt Encomio, Elogio, aut ſaltem Epitaphio celebrentur. Hactenus veſtrùm, noſtrùmq; Auctoribus, fratribus, filijsve, quiqui fuerint, matribus, ac ſororibus, ſui ſeparatim, ac per ordines, per claſſesq; collocutus: ſemel omnibus ſimul: nunquam autem vobiſcum in terris vitam agentibus in hoc extento opere hucusq; ſermonem habui: non etenim occaſio vllo vnquam tempore poſtularat. Verũ enim verò nũc tempus venit, vt, dum res geſtas, Memorabiles illas, quæ hyſtoriam Taruiſinam perinde, atq; Vrbem, & Ciues cunctos glorioſiùs illuſtrarunt, per quoſdam Epilogos, ſiue magis per aliquot Elogia, ſeu proloquia, ab Vrbis origine ad hæc vſq; tempora me propoſui relaturum, vt inquam ad Vos omnes, Ciues Taruiſini, Patres præcipuè, Prouiſores, ac Antiani Ciuilitatis noſtræ dignitatũ apicib. decorati, nunc deniq; alacriùs me conuertam: Ego inquã, qui xxx. & tribus ab hinc annis Præceſſores veſtros fui allocutus, dum illis librum meum Epitaphiorum ſeptem ſectionibus diſtributum inſcripſeram, & donaram; &, ſi benignas, quod ſpero, mihi aures præbueritis, iam vobis dicam. Maiores noſtri quoquo tempore in quocumq. ſæculo ſeſe prudentes, ſapientes, vt legitis, vt cernitis, pręmonſtrarunt: alij fortes, ac ſtrenui, cordatiq. milites, perilluſtres Equites, Duces, ac militiæ Principes extiterunt, præclara facinora, tum corporis viribus, tum militaribus ſtudijs interim præferentes: alij in Religione, in deuotione ac pietate, feruentes ęquè, ac perſeuerantes ſe continuè exhibuerunt: veluti in aris, in Templis exædificandis: in conſtruendis Hoſpitalibus, ijs ditandisq. continuè effuderunt opes: agrosq., ac prædia, ampliſſima legarunt, conſignarunt, dederunt: fuerunt alij in politicis plusquam verſati: in lega-



Digitized by Google

tionibus obeundis, in præſtandis conſilijs ſumma ſapientia prædi-ti: in rebus publicis gubernãdis perſpicaces,ac diligentes:in defen-dendis verò ad vitæ diſcrimen, ad effundendum ſanguinem anima-ti, prompti, liberi,ac pertinaces: alij porrò in moribus fuère nimis obſeruantes,ſeduli,ac circumſpecti:alij in œconomicis, ac ín re fa-miliari cuſtodienda,augendaq; ſatis ſuperq; prouidi, ſoliciti,atque oculati; prætereo quantum valuerint plurimi in mœcanicis æq. ac in liberalibus artibus addiſcendis, abſoluendis, communicandis: quantas (vt paucis rem perſtringam) apud annalium ſcriptores, ac hyſtoriarum,memorias,qualia Elogia,atque Encomia plurimi me-ruerunt,quantas opes pro patria tuenda,pro focis,ac laribus defen dendis, pro vrgentibus infortunijs ſuperandis indies profuderunt: quàm liberales,illuſtresq. animos cum Principibus, Ducibus, Du-ciſſis, Regibus, Reginisq. hac tranſeuntibus ſemper prę ſe tulerunt. quibus donarijs illos,illaſvè fuerint proſecuti:Quibus adminiculis, quibus oblationibus,ac ſubſidijs Principem noſtrum Sereniſſimũ in bello ſæpius adiuuauerint,veluti & vos viuentes non ſemel id præ-ſtitiſtis, hæc etenim ferme omnia in præſentibus Elogijs, quaſi in tot clariſſimis ſpeculis apertiſſimè dignoſcentur. Quocirca, grati Ciues, huiuſmodi æternas memorias alacri ſtudio ſæpe ſæpius men te,ac animo reuoluentes,eia, quilibet pro ſtatu ſuo, pro captu ſuo, pro animi,ac corporis viribus,quas Deus,& natura,neq. non exer-citium,ac ſtudium vobis largiter tribuère,gnauiter contendatis,ſa-tagatis,vt non degeneres tantorum hominum,imò ab illis legitimè deſcendentes vos pręmonſtretis,adeo,vt in pluribus etiam veſtrùm inuictis animis, generoſis facinoribus,inclytis geſtis illos ſuperetis, ac præcellatis.

*Virg.* *Sunt nobis fortia bello*
*Pectora:ſunt animi,& rebus ſpectata iuuentus.*

Ego ſanè,dilecti ciues,vt verbis vtar Horatianis ad Iulium Florum

*Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit, hæc quoq. curo,*
*Hor.* *Quis ſibi res geſtas noſtratum ſcribere ſumit;*
*Bella quis, & paces longum diffundit in æuum.*

Sit calcar,ac ſtimulus illud,quod ſcripſit de nobis Andræas Bac-cius Elpidianus medicus, ac ciuis Romanus lib. ſexto magni illius de Naturali vinorum hyſtoria Romæ editi, occaſione ſumpta à li-brcillo meo,quẽ ante annũ tertium ſupra vigeſimũ titulo Charita-tis pagi mei ſuburbani,ſiue Conuiuij Dialogici ſeptem phyſicorũ, *Conn.* expoſui. Sed Baccium audite loquẽtem in veſtri gloriam,ac ſolatiũ.

Amæ-

AMænitatẽ Taruiſini agri ſimul, atq. Ciuitatis eius cultum id ſatis arguit, ꝙ vniuerſa hæc regio citra iuga Rhætia ad ſupremũ vſq. ſinus Adriatici marginem, quando adhuc non erant, vel in cunabulis eſſent inclytæ Venetię, poſt barbararũ gentium irruptiones, ab ipſa tunc primarię Vrbis dignitate Marchia Triuiſana fuerit cognominata: Vel non aliæ mihi quęrendę erunt atteſtationes, niſi ex eleganti Conuiuio, quod nouiſſimè Bartholomæus Burchelatus hinc oriundus nobilis medicus, cum multa eruditione conſcripſit, resq. patrias obiter commemorans, aperuiſſe videtur, & ſibi, & alijs viam ad hyſtoriam. Nempe quæ hodie in illo ſplendore, ac vicinitate ſuæ metropolis Venetiarum, ac ex frequenti per eam commeatu gentium ab vltramontanis, & ex oriente nationibus in Italiam illuſtrata, nobilibus ornata ciuibus, ſtudioſis in omni genere doctrinarũ Viris, & ipſo cultu, tam ciuitatis, quàm agrorum, ac vinearum fęcũditate ſplendeat. cum ijs, quæ ſequuntur ad tantum aliud. Vigilate, laborate, optimi ciues, bonorumq. operum Zelatores, perſiſtite fortes in fide, in dilectione, in operum exhibitione ſublimium, in religione, & pietate: in ſcientiæ, ac ſapientiæ ſtudio, in cunctis bonis. perſiſtetis vtiq; non vereor, non ſuſpicor, non reluctor: ſiquidẽ fortes creantur fortibus, & bonis: nec aquilæ iam generant columbas: me iuuat hæc nihilominus recordari, vt me quoque veſtrùm naturam, moresq; omnino ſeruantem, ac redolentem, publiciùs non minùs, atq; animoſiùs præmonſtrarem: tametſi modicum operis pro ingenti animi deſyderio erga patriam, quod implãtatum à teneris, quinimò innatum gero, me hactenus exhibuiſſe in præſentia compræhendam. exhibiturum profiteor tamen ſtudium, ſi quod eſt, ſi quid valet, ſedulitatem curam, vires omnes, fortunas omnes, filios, memet ipſum: dixerim ferme animam, vt patriæ, vt ciuitati noſtræ Taruiſio decus pariam, fauorem merear, ac gratiam: vt illius robur, ac gloriam tuear penitus, ac defendam: & deniq; vt vltra maria, vltra montes, vltra varia clymata extendam longiùs celebre nomen ſuum. nec doleat quiſpiam me latino idiomate noſtratia hæc Monumenta explicaſſe, memor fieri poſſe, vt noſtri etiam ſermonis ignaros noſtra iſtæc varia hyſtoria delectaret: quam quidem an mutata veſte deformauerim, an fortaſſis ornauerim, vtriusq; idiomatis practicus iudicabit. iam vero veſtrùm, boni ciues, obſecro, ſit amare, fouere, fauere, amplecti animo: ad hæc filios meos, quiqui fuerint, diligere, dirigere, erigere, ac efformare: defuncti quippe ſunt grandiores, ſiniſtro, an dextero fato, me latet maximè: puellos

*And. Bacc.*

modo

Digitized by Google

modo nutrio ſexagenarius ad ſeptuageſimum annum feſtinans: ecquid ſcio, quando volet Deus me hinc emigrare? nunquid ſim triũ illorum aliquem vel adoleſcentem viſurus? meum autem interim erit, dum viuam, vos obſeruare, dilectione proſequi, præcinere, ac, vt iamdudum facimus, celebrare. illos verò manu ducere, inſtituere, corripere, corrigere, ac conformare in ciues, niſi perfectos, non indignos ſaltem, aut inutiles, aut inglorios (dum propoſito Deus annuat) euaſuros. Valete.

*Quæ ſequentur hic Monumenta, ſunt veluti quidam breues Epilogi præcipuorum pro nobis Memorabilium Hyſtoriæ Taruiſinæ.*

In ædibus publicis ad capiunda Ciuitatis Conſilia deſtinatis, ſecus Forum prætorium, intus, & extra, ad ſtylobates perinde, atque ad intercolumnia picturarum circumſpiciuntur inſcripta aliquot Taruiſij Monumenta ad numerum XVIII. iuxta ſeries temporum, laconicè ſanè nimis, & iam cadentia, deſiderantur autem plurima: illa ponam, & clariora: atq. illis addam præcipua, vel fuſiùs dicta, quę ab illis ad hæc vſq; tempora contigerunt, ad illuſtriorem Vrbis noſtrę, Ciuiumq; memoriam: additis poſtremò appictis illis corolarijs introrſum in Geruſia, ſeu Senaculo, ſymbolis. ſ. hieroglyphicis, ac parergis. Vacate, & videte: videte, & guſtate omnia, præſertim Vos Ciues mei.

Sed antequam ad Hyſtoriam noſtratem ſingillatim deſcendam, operis pretium me facturum confido, ſi iſtuc de re noſtra Epilogum transferam, qui impreſſus legitur ſub initio Itinerarij nobiliorum Italiæ Regionum, Vrbium, oppidorumq;, Auctoribus Franciſco Schotto Antuerp. & Hier. Capugnano Bonon. veritate non minùs, atq. dicendi ſuauitate conſpicuum. nempe.

*Fr. ſchot. Hier. cap.*

TAruiſium Vrbs mirę antiquitatis Baſſano 25. mill. orientē verſus abeſt; Oſiride tertio Argiuorũ Rege, qui in Italia decē regnauit annos, & à Dionyſio adoptatus, & hæres Ægypti relictus fuit, conditore gloriatur. Cumq; poſt eius mortem bos quidam Ægyptijs apparuiſſet, Oſirimq; eſſe putarent, adorarentq; vt Deum, & Apim, quod eorum lingua bouem ſignificat, vocarent, id nominis Vrbi datum eſt: Quapropter multis in Vrbis locis in vetuſtiſſimis

mis picturis Bos cum Lemmate inſpicitur, MEMOR. quo Tauriſani monentur, vt memores ſint antiquitatis ſuæ. Alia alij de Taruiſij origine narrant. quidam à ſocijs Antenoris, quidam à Troianis è Paphlagonia profectis conditum; Et, vt ſe res habeat, multis certè ſæculis ante Virginis partum, Cum Patauio, & Altino mutua imperij æmulatione certauit. Et quamuis velut inſula multis aquis circundata ab hoſtilibus irruptionibus tutum foret, tamen, vt hoſtes etiam procul appropinquantes videri, & obuiam iri faciliùs poſſet Turres multæ erectæ, de quibus pugnantes hoſtes reijciebant, & quò in trepidis rebus, tanquam in arces, confugiebant: iccirco diu Vrbs Turrium appellata, nigrasq; Turres tribus cum pinnis in albo ſcuto pro inſignibus habuit. Hac in vrbe, vt omnium nobiliſſima, Longobardi ſedem Marchionatus, quod eorum lingua perpetuum magiſtratum ſignificat, poſuerunt. Hinc tota regio Marchia appellata: in qua olim ſex, nunc quatuor inſignes vrbes. Municipia nobilia multa, & Caſtella non exigua. Ab oriente ad occidentem ad XL. mill. paſſ. extenditur, a meridie ad ſeptentrionem ad L. Hunnorum deinde, Longobardorum, Vngarorum, Scaligerorum, & Carrarienſium paruit Imperio: & anno à Chriſto nato 1388. Venetis ſe dedidit, quibus poſtea ſemper adeo fidelem operam præſtitit, vt anno 1508. Cameracenſi fædere percuſſo, nihil in Continenti Venetis reliqui factum ſit, præter Taruiſium, & Patauium. D. Proſdocimo à Principe Apoſt. miſſo authore, & ſuaſore, ſeſe religioni Chriſtianæ addixit. Petro Romæ cruci affixo Tauriſani eius nomini primarium Templum dicarunt, & relictis Turris nigræ inſignibus, crucem albam in ſcuto purpureo cum duab. ſtellis ſumpſerunt. Et anno 1318. Tauriſij Gymnaſium publicum fuit, quod floruit imperantibus Venetis, quando Patauij inſtitutum fuit. Silis fluuius Tauriſium interfluit. Multi iugis aquæ præterea intus, & extra Fontes. Ab oriente Anaxum flumen latiſſimum habet. Tota regio omnibus rebus ſupra quam cuiq; credibile eſt, abundans, gammaris vero, & vitulis adeo lautis, vt nihil ſupra. Ædificia ampla, & magnifica, tantaq; virorum nobilitas, vt olim ex ea 58. Reguli numerarentur. Ager pulcherrimus, & feraciſſimus, planicie collibus admixta. Aeſtuaria Venetiarum verſus ad octauum milliarium Altinum ab Antenore cõditum, & ab Attila euerſum: inter Tauriſium, & Patauium Nouale eſt oppidum opulentum. In collibus ad ſeptentrionem eſt Aſulum Romanorum Colonia, & Cyprinorum Reginæ olim deliciæ, quæ quarto ab eo lapide, &c.



Digitized by Google

*Ex lib. I. Hyſtor. Taruiſ.*

*Ad Hyſtoriæ, imò vrbis depictum exordium.*

Elog. I.

# TARVISANOS PERSÆ GENTEM AB API CONDITAM ASSERVNT. ANNO ANTE SALVT. NOST. MDCCLV.

Sed reponamus, amabo, M. Catonis verba illa omnia in Fragmẽtis ſuis de originibus regiſtrata, &, ſi quid in eis forſitan eſt erroris, aut obſcuritatis, illud tollere procuremus.

*M. Cato.* Venetia eſt omnis ora circum ſinum maris poſt Hyſtriam vſque Padi oſtia. Quibuſdam placet à Tylauento illos exordiri. Nam Taurisanos Perſæ gentem ab Api duce conditam aſſerunt. Venetis cunctis prima origo phaetontæa eſt, quæ græcis occaſionem mentiẽdi de phaetonte, & Eridano præbuit. Poſteriùs mixta his nobilis ſtirps Troiana, à quibus Patauium ſuo conditore Inclytum. Vbi noto.

Venetia. i. Marchia Taruiſina, tractus ille ſcilicet vniuerſus ab Agelulpho, Marchione Longobardo Taruiſij inhabitante ſic propterea denominatus. Item animaduerto illud Perſæ. quod verbum diuidendũ, & dicendũ, per ſe. ac ſi dixerit Cato, Venetis cunctis prima origo eſt phaetõtæa: Tauriſanis verò per ſe hic illic in hoc tractu degentibus caput, ac Dux fuit Apis. Non quidem quòd Cato à Perſis acceperit Tauriſanos ab Api fuiſſe cõditos: quid etenim rei propterea Catoni Romano cum Perſis? nec mihi vtiq. ſatisfaciam, ſi dixero Perſas tunc locutos de Tauriſanis ſuis: Tauris enim eſt Perſarum Vrbs maxima: quod ex Minadoi phyſ. hiſtoria patet latiùs: quandoquidem non erat cur à Venetia noſtra ſtatim tranſiret ad Perſas Cato oratione continuata. *Io. Thom. Min.*

Aſſerunt, ſcilicet aiunt, vulgò aiunt, dicitur, fama eſt.

*Io. Ann.* Apis, qui & Oſiris, Taurus lingua noſtra, vnde Tauriſani, Phaetontis frater, qui peragrans Tyrannos occidit, & in Italia cõſtruxit oppida plurima. & plures deduxit Colonias. Ioan. Annius in cõmẽ.

*Geor. Pil.* Iſtud ſanè obſeruauit Georgius Pilumnus in primo libro ſuæ Bellunẽſis hyſtoriæ ſub initio. Quod quidem multum antea animaduertit Hieronymus Bononius. T. In eius Antiquario Taruiſano, vbi ſic ſcriptum reliquit. Quicquid ab alijs hactenus deliratũ fuerit conſtantiſſimè refutantes, nos affirmabimus eoſdem primos hæc loca, & Caſtella poſuiſſe Troianis Henetos ſocios, qui Patauium, Altinum, Opitergium, cæteraq; in hoc tractu vicina oppida condiderunt: Caſtellatim verò vetuſtiſſimos Taruiſanos habitaſſe, & Taruiſana *Hieron. Bonon.*



Digitized by Google

ſanam quam ipſi incolerent, regionem appellatam. Sed hæc omnia latiùs in noſtrorum libro 4. Epitaphiorum ante tricennium publicato. Ad aliorum autem mentẽ de vetuſtiſſima Vrbe noſtra ſic ego. *Epit.*

TERVISIVM. A TRINAE FACIEI DEA PRVDENTIA DEDVCTVM NOMEN, A TROIANIS OCCOEPTVM, AC TVRRIB. MVNITVM. TRINO QVIPPE DEO IN VNITATE PROPITIO, AB EIVS INITIO, AD HÆC VSQ; TEMPORA NVNQVAM DIRVTVM: IMO SERVATVM FVIT SEMPER, ATQ; AMPLIATVM.

*Vrbs colitur Teucro quondam fundata vetuſto.* *Sil. It.*

Quemadmodum dixit Sylius, 15. & Hor. 4. quarta Ode *Hor.*

*Gens, quæ cremato fortis ab Ilio Iactata Tuſcis æquoribus ſacra,*
*Natosq;, maturosq; patres Pertulit Auſonias ad Vrbes.*

II.

EVGANEIS AB ANTENORE PVLSIS TROIANI, HENETIQVE HANC REGIONEM INHABITARVNT, COLVERVNT, SERVARVNT. ANNO ANTE SAL. MCLXXVII.

*In deductione Coloniæ, &c.*

III.

P. SCIPIO NASICA. G. FLAMINIVS. L. MANLIVS ACIDINVS AQVILEIAM LATINAM COLONIAM. III. VIRI EX S. P. Q. R. CONSVLTO DEDVXERVNT. ANNO ANTE SAL. CLXXIX.

*T. Liuij Patauini verba id atteſtantia lib. 10. quartæ Dec.*

Aquileia Colonia latina in agro Gallorum eſt deducta: tria millia peditum: quibus data quinquagena Iugera: Centurionibus centena: centena quadragena Equites accæperunt: Tres viri deduxerunt, P. Cornelius Scipio Naſica. G. Flaminius. L. Manlius Accidinus.

IV.

SANCTVS PROSDOCIMVS EPISCOPVS B. PETRI AP. DISCIPVLVS Anno Salutis noſtrę circiter L. Taruiſium ingreſſus ab Euphroſino Mil. ſuſceptus filiam eius cæcam, ſigno Crucis edito, illuminauit, eamq; cum parentibus, & alijs plurimis baptiza-



Digitized by Google

uit in Sili fluuio Ciuitatis; Tum Theodoram magni comitis vxorē graui infirmitate detentam per multos annos, manu apprehenſam protinus ſanam fecit: quare & Comes ſecum, atq; vniuerſa familia ad 112. Chriſtum Dominum confitentes ab illo tunc baptizantur, vnde & vniuerſum populum Taruiſinum ex aquæ Silis Baptiſmate, ad CHRISTI fidem ſibi deinde perpetuo conſeruatam, conuertit. Hic poſtea dum ibi in conſtruendo maiori Templo, illud BEATÆ MARIÆ Virgini nuncupaturus, diſtineretur, nullo, prę ter ſpiritum ſanctum, referente, B. Petri Primi Romani Pontificis mortem ſtatim reſciuit, atq; id illi primus, nondum alibi aliud, conſecrauit: quod & cathedrale Ciuitatis Templum permanſit ſemper; & exinde Sancti Apoſtoli Taruiſina ciuitas protectionem ſuſcepit: vnde & pompæ generales quotannis, & oblationes variæ inſtitutæ; pecunia quippe in abſoluendo tanto occæpto ædificio deſtinata. quo ſanè temporis interſtitio Diui Hermacoras ſecūdus Patriarça Aquileiæ Sancti Marci Euangeliſtę ſucceſſor, & Fortunatus eius Archidiac. inibi ſacro martyrio plexi ſunt: qui poſtmodum ab Eccleſia Taruiſina, vti membro Patriarcalis illius fuère continuè pariter venerati.

ANNO SALVT. LXIX.

V.

MAXIMINO IMPER. Maximo exercitu Aquileiam oppugnaturo, Taruiſini ſuam in Aquileienſes deuotionem ſecuti, in eorum auxilium ſtatim venère: commeatum omnem, atq; alia ex vſu belli infra Vrbem, agro interim vacuo reddito, ne vnde milites diutiùs aleret inimicus haberet, laborioſiùs comportarunt: Quapropter obſidens fortiter reiectus, fameq; interea maxima laborante, labēteq; exercitu, Imperator ipſe vnà cum filio à militib. de medio tollitur: Aquileiaq; confeſtim ab acerrima obſidione liberatur.

ANNO DOM. CCXXIX.

VI.

SANCTVS LIBERALIS ALTINAS Arrianorū Maſtix clarus miraculis viuens, ſicut Defunctus, Taruiſinis quoquo tempore præſtò fuit? Quare à Catholicis Altinatibus Taruiſina Ciuitas eius corpore donatur: in Cathedrali Templo decenter ponitur, in Protectorem aſſumitur, atq; illi ad Forum Prętorium marmorea erigitur ſtatua ſubtus his litteris decorata.

PA-



S. LIBERALE

## PATRIÆ PROTECTORI.
## ANNO SALVT. CCCXC.

Auctor Theatri vitæ humanæ lib. 1. fol. 140. ex Maruli lib. 5. c. 10. ſic ſcriptum reliquit. *Th. vitæ Hum. M. Mar.*

*Liberalem, qui Altini genitus Taruiſij ſepultus eſt, oraſſe perhibent huius vitæ finem: & ipſum exauditum, Angelo nunciante didiciſſe. poſt hæc vicinas inuiſiſſe Eccleſias, & in ea, quæ Sancti Laurentij eſt, Deo animam reddidiße. Quid miſera mortalitas, longioris ætatis annos expetis? Tædet ſanctos diu viuere, dum ad vitam, quæ in Deo eſt, proficiſci feſtinant.*

## VII.

DIVI, THEONISTVS EPISCOPVS, Thabra, & Thabrata Diac. Altini contra Arrianos catholicam fidem acerrimè prædicantes, ab horum manu correpti, et ad pontis marmorei medium Supra Silis ramum deducti crudeliter obtruncantur. Religioſi Taruiſini aliquot nocte intempeſta horum miraculoſa corpora auferentes, in D. Ioannis Bapt. Templum locarunt.

Anno Domini, circiter, CCCC.

## VIII.

SANCTORVM Ex Aphrica Epiſcoporum FLORENTII, & VINDEMIALIS ex ſexcentis & ſeptuaginta, qui in Cartaginenſi Concilio contra Arrianos interfuère, ſanctè viuentium, ac morientium corpora à Titiano Epiſcopo Taruiſino Taruiſium afferũtur: & in Templo D. Ioannis Bapt. clara miraculis ſimul in arca marmorea ſanctiùs collocantur.

Anno Salut. plus, minus, CCCC.



Digitized by Google

VIIII.

ALARICO Gotthorum Duce, tum Ataulfo Italiam miſerè deuaſtantibus Patauini ſeſe ad proximas maris inſulas recæperunt: vrbem ſtatuerunt in Riuo alto, Venetias nominarunt: poſt trienniū ad XXIIII. ligneas domos accenſus ignis, ex Voto lateritia vna ſeruata, D. Iacobo in Templum dicatur, & XXV. die Martij, Pontifice Zoſimo: Honorio, & Theodoſio Impp. id à Seueriano Pataúij, Ilario Altini, Iucundo Taruiſij, & Epodio Opitergij, Epiſcopis conſecratur.

Anno Dom. CDXXI.

X.

ATHILA HVNNORVM REX ferociſſimus ad totius orbis Monarchiam aſpirans, Quingentis mill. militum victa Germania, quaſſata Gallia, IX. Regibus ſtipatus Italiam inuadit, Aquileiam, Concordiam, Altinum, Vrbes potentiſſimas diruit. Opitergium, Acedum, Feltrum, Vincentiam vaſtauit, ſubegitq;: Taruiſio exterminium per Fecialem minatus, ab Heluiando Epiſcopo Tar. placatur, inuitatur ad Vrbis Dominium capeſcendum, ingreditur, hoſpitatur; & licto præſide, Rauennam, illam expugnaturus, contendit.

Anno Sal. CDLIII.

*Callimacus ille poeta, & orator Regis Poloniæ, in eius Athila ſic breuibus.*

*Callim. iun. vide Pier. H. 125. E. quid de Aquil.*

Dum oppugnaretur Aquileia, Taruiſium, ac Verona, Imperium Hunni ſuſcepère, illud auctore Heluiando Antiſtite, hæc Diaterico. & paulò poſt ſic de Rauenna. circumuaſtata exinde Æmilia, pluribusq. ſolo æquatis Vrbibus, cum Rauennam obſideret, Ioannes Epiſcopus cum vniuerſo populo cādidatus, ac ſupplex ſuſcepto imperio, vt ciuitati, ædificijsq. parceretur, obtinuit.

XI.

TOTHILAS BALDVITA ILDOVADI Regis Gotthorum ex Fratre Manduco Nepos Taruiſii natus, neq. non Dominus ibi fortiſſimus ſimul, ac prudentiſſ. Patruo uita functo, in hac eius Vrbe, ac patria Quintus Gotthorum Rex coronatur.

Anno Salut. DXLI.

TOTHI-

TOTHILÆ. Geſta plurima, quamplurimis ab eo ſuperatis exercitibus, captisq; vrbibus, Roma etiã, deſtructa, incẽſaq;, legas in fonte, & apud Olaum Magnũ in Gotthorum Hyſtoria, vbi hęc pręcipuè.

XII.

REX HIC clariſſimus æq. ac potentiſſimus poſt plurima admirãda fortitudinis opera (anno quippe Regni eius XI.) defunctus, erit omni ſæculo memorabilis: ſiue is Gotthus fuerit, veluti & erat origine, ſiue etiam Venetus: cum ortus fuerit Taruiſij, paternæ eius Vrbis, ac hæreditariæ. Quæ quidem inter alias illuſtres Venetiæ Vrbes famam retinet perinde, ac gloriam immortalem.

Anno Chriſt. Sal. DLIII.

XIII.

GOTTHIS ad extremum à Narſete Eunuco militiæ Duce præſtantiſſimo ſuperatis, ille ab Imper. Iuſtiniano ex merito liberatæ Italiæ Dux conſtituitur: hic, Iuſtiniano vita functo, a Iuſtino Imp. eius Nepote, vxoreq; Sophia; fędè quippe, deponitur, ac, ſuffecto Lõgino, ex Italia reuocatur; quare ira percitus Narſes, Alboinum magnum Longobardorum Regem ex Pannonia ad capiundum prędiuitis Italiæ Dominium amplum inuitat. Hic maximo inſtructo exercitu in Italiam deſcendit, Forum Iulium occupat, ſtatimq. Taruiſium verſus contendit, miſſo Feciali prius, qui deditionem illico faciundam doceret, ſin ſecus, vltimum ſui exterminium Ciuitas implacabiliter expectaret: quapropter commoratis diebus aliquot in ancipiti Taruiſinis: denique certam ij rerum ſuarum deſolationem intelligentes, Felicem Epiſcopum, ac ciuem ſuum ad faciẽdam Vrbis deditionem vſq. ad Anaxum flumen irato venienti Regi miſerunt obuiam: qui nõ adeo facile ad Regem admiſſus, demum illum nobili expoſita oratione placauit, Taruiſium ſeruauit: atq; Epiſcopatus ſui bona omnia ſibi confirmata regio diplomate obtinuit.

Anno Salut. DLXIX.

XIIII.

ALBOINVS demum occupato Mediolano in Gallia ciſalpina, Rex Italiæ acclamatur à Longobardis ſuis, qui Lombardiã hanc Galliæ Regionem à ſe ipſis denominarunt; qui ſanè vltra annos ducentos fuère huic tractui dominati. Inſubria dicitur hæc regio, & inſubres populi. Porrò ſuperatis bellorum ęrumnis Longobardi Ducatus quatuor, & duos Marchionatus in Regionibus Italiæ ſibi



Digitized by Google

ſubiectis conſtituère: nempe, Ducatum Beneuenti, qui Campanis, Aprutinatibus, Samnitibus, ac Lucanis dominaretur: Spoletij, qui Vmbrię, atq. Etrurię imperaret; Taurini qui Italię tranſpadanę ſub Alpium radicibus præeſſet: quartum Fori Iulij, qui Carnis, Noricis, & Iapidibus iuberet; Marchionatus verò, alterum in Picęno, vulgó Marca Anconitana: alterum in Venetia, vulgò dicitur Marca Triuigiana, Taruiſio Marchioni in Reſidentiam conſtituto; ita Alboino Regi placuit Taruiſium illuſtrare. Decima ſanè Regio ex vndecim Italię, ex Auguſti diuiſione, eſt Venetia: eius fines, ab ortu ſolis vltimus Adriatici maris ſinus: à meridie Padus flumen: ab occaſu Atheſis, a ſeptentrione Tiliauentum perinde, atq; Alpes.

Anno Dom. DLXXXIIX.

---

XV.

ALBOINO ex ROSIMVNDÆ coniugis inſidijs extincto Taruiſini, Vincentini, alijq; his finitimi Barbarorum inuiſum iugum excutientes, Eſtenſium Principum auxilio, aſſumptis armis, ſeſe ad optatam libertatem audaciùs recæperunt.

Anno Salut. DXCII.

---

XVI.

CALISTVS TARVISINVS, & Taruiſij præsbiter Archid. SERENIO Aquileiæ Patriarca defuncto, Luitprandi Longobardorum Regis ſtudio Patriarca Aquileienſis, ſanè XXXIV. creatur. Hic Patriarcalis ſedis locum potiorem in vrbe, quàm in Caſtro ratus, Ciuitatem Fori Iulij, pręter pręceſſorum inſtitutum, elegit: qua de cauſa a Pemone Duce in Foro Iulio carceribus mancipatur Caliſtus: quod ægrè ferens Luitprandus Pemonem à Ducatu expulit, Caliſtumq; priſtina libertate donauit: qui poſtmodum longo æuo Patriarcatu in pace potitus fuit.

Anno Dom. DCCXXVII.

---

XVII.

LVITPRANDVS REX Longob. qui Opitergij reſidebat: Caliſtus Patriarca Aquileienſis, & Triuiſius Taruiſij Epiſcopus ſimul, Ioannis Comitis, & Valentini Epiſcopi Cenetenſis lites, ac controuerſias de illorum in Oppidis non paucis infra Plauim poſitis, & liquentiam feudis, ac iuriſdictionibus, admodum diuturnas dexterrimè diremerunt, ac terminàrunt.

Anno Sal. DCCXXXIX.

XVIII.

Digitized by Google

XVIII.

REX CAROLVS MAGNVS, ITALIA de Longobardorum manibus vindicata, in Galliam ſe conuertens, Deſyderium illorum Regem captiuum ducens, dum Vrbibus à ſe acquiſitis ſui Vicarios titulo Comitũ conſtitueret, Taruiſio Henricum Principem Eſtenſem pręposuit. *Anno Dom. DCCLXXIV.* *Ex lib. 3.*

*Inibi in fonte hyſt. Henrici violentam mortem, & cauſam legas.*

XIX.

AD SARRACENORVM, Barbarorumvè militiam profligãdam ROTHLANDVS CAROLI MAGNI Reg. G. Nepos duor. mill. mil. manu ſecus Taruiſium profectus, cum xxx. mill. illorum acriter pugnauit: nocte pręuentus ad Sancti Angeli propugnaculum ſuburbanum perrexit: ibi per triduum refecturus ſuos: Quando inimicis vndiq; circumuentus, ANGELI monitu, proſilijt vallo, iniquos fudit, fugauit, trucidauit, cæpit: demum ANGELO gratias egit, & MIHAELI ſancto Templũ ſacrari iuſſit. Quod, in facti memoriam, à LEONE PONT. MAXIMO priuilegio, ac indulgentia perpetua eſt inſignitum.

Anno Dom. DCCLXXV.

XX.

LEO III. PONTIFEX MAX. A Romanis illum peroſis expulſus, de Gallijs, Quo vſq; confugerat, Romam reuertens Taruiſio iter habuit: vbi à FORTVNATO Epiſcopus hoſpitatus, & à Taruiſinis honorificatus ampliſſimè, ſecum moratur per nonnullos dies.

Anno Dom. DCCIC.

IDEM ſummus PONT. A CAROLO MAGNO, ab ipſomet priùs Romæ Imperatore declarato, creatoq;, de Gall. Romam concedens TARVISIO gratiſſimus iterum pertranſiuit.

Anno Salutis DCCCIX.

XXI.

FIDE CHRISTIANA in MYSIA, Bulgaria vulgò, nunc nũc recępta: dum conſultationes haberentur frequentes, nunquid Græci, an latini ſacerdotes ad gentes illas in fide Catholica inſtruendas mittendi forent: per Concilium Conſtantinopolitanum decretum, quòd mitterentur Latini; Quapropter IOANNES VIII. ſummus Pont. tres doctiſſimos æquè, ac prudentiſſimos Viros elegit, Syluestrum. ſ. Subdiaconum, Leonardum Anconitanum, & Dominicum Taruiſinum: quos ad rudem illam, ac barbaram nationem in fide

initian-

Digitized by Google

initiādam, docendamq;: quod quidem optimè poſtea preſtiterunt: lætus deſtinat.

Anno Domini DCCCLXXIIX.

XXII.

OTTO III. IMPER. ſicuti & Otto II. priùs, Eccleſiæ Cathedrali Taruiſinæ B. PETRO Apoſtolo conſecratæ Aſylum oppidum amęnitate conſpicuum, cum honor. Templo ſuo ad radices montis poſitum, dono dedit. ROCCIO tunc Epiſcopo Taruiſino. Quę Donatio poſtmodum à Federico Imper. confirmatur anno Domini MCLIV. BLANCONE Epiſcopo cathedram obtinente.

Anno Sal. CMXCIV.

XXIII.

HENRICVS II. IMP. in Italiam reuerſus, ibiq; pluri b. optime geſtis, Roma tandem in Germaniam concedens Taruiſium petit, Domo Actionia hoſpitatur: Ciuitatis Regimini, vt qui Dominus normam, ac leges dedit: Cōſules inſtituit, ex arbitratu ſuo militiam ordinauit: de annuo ſibi redditu cauit: & in diſceſſu plures eius Heroas (Barones dicas) pluribus Taruiſini agri oppidis dono traditis, honorificentius inſigniuit.

Anno Dom. MXIV.

XXIV.

SANCTORVM Epiſcoporum Theoniſti, Florentij, & Vindemialis, Tum Diaconorum Thabræ, & Thabratæ Chriſti martyrum venerandæ exuuiæ de Eccleſia D. Io. Baptiſtæ ad D. Petri Templū cathedrale pompa celebri religioſiùs transferuntur: vbi in altarium duorum titulis decentius reclinantur.

Rotari tunc ſedente Epiſcopo Taruiſino.

Anno Salutis noſtræ. MXX.

XXV.

HENRICO IV. IMP. ad BERTÆ Reginæ nutum Clero Taruiſino conceſſiones omnes, ac priuilegia, quæ Imperatores alij, & Reges, conceſſerant, ac probarant Eccleſiæ Taruiſinę confirmat volens, lubensq;, Eccelino Epiſcopo tunc temporis exiſtente.

Anno Dom. MLXXIII.

XXVI.

Digitized by Google

*XXVI.*

HENRICO IV. Taruiſij commorante, Conrado ibi Epiſcopo ſplendidè ſecum agente, iuxta D. Fuſcæ Delubrum figitur Vallum ad haſtiludia exercenda, ad ludos gladiatorios, aliaq; ſpectacula in Cæſaris oblectamentum præſtanda. Quo loci, ſiquidem ex militib. ſingulari certamine dimicantibus oppetiebant non pauci, erigitur ſacellum B.M. Virginis ad noxiar. animar. refugium. vbi cæperunt miracula, eaq; memoranda, & continuata in hodiernam diem; Quare confluentibus donarijs grande Templum, grande inſuper Monacor. Nonantul. cænobium fabricatur.

Anno Salutis N. MXCVI.

---

Deteſtatur quàm maximè eiuſmodi Ludos Gladiatorios Fr. Petrarca lib. 5. Epiſt. 73.

---

*XXVII.*

HENRICVS V. IMP. ROMÆ a Summo Pontif. coronatus, per Inſubriam ad penates ſuos reuertens Taruiſium inuiſit: vbi Imperatoriè accæptus plures ciues Equeſtri dignitate decorauit.

Anno Domini MC*XIV.*

IDEM IMP. ROMA Germaniam repetens Taruiſij in Epiſcopali palatio, Almerico Antiſtite morem gerente, lætus reſedit: & ius adminiſtrans Valdobladinenſium oppidanor. iuriſdictiones ſimul, ac confinia terminauit, diſcedens Aſylum, & Silis piſcationum iura Taruiſino Epiſcopatui Decreto Imperatorio ſtabiliuit.

Anno Dom. MC*XVI.*

---

*XXVIII.*

Conradus II. Imper. Qui ante biennium Eccellino Balbo ROMANVM caſtrum donarat, ſummo cum honore Taruiſij exceptus fuit. Hic potiorum Venetiæ Ciuitatum lites, ac bella, Quatuor Epiſcopis, Veronenſi ſcilicet, Patauino, Vincētino, Taruiſinoq; , & Patriarca Aquileienſi iudicibus conſtitutis, prorſus diremit.

Anno Chriſt. MCXLI.

---

*XXIX.*

Coneglanenſibus Taruiſio ſubiectis Hermanus Comes Cenetenſis, honore illis propoſito, atq; vtili, defectionem à Taruiſinis ſuaſit. hoc ab ijs perpetrato, Taruiſini ex Bonifacij Epiſcopi ſui conſi-



Digitized by Google

lio Ducibus Rondino de Tanaro, & Federico præſb. Pancratiate Viris ſtrenuis, muto ſilentio Plauim transgreſſi, ex improuiſo Coneglani portam capiunt: ingreſſi magno impetu, ferro, atq; igne locum, & gētes nihil tale expectantes, aut cogitantes quidem, peſſimè afficiunt: atq; inde illico præda onuſti hilares domum reuerſi ſunt.

Anno Dom. MCLIII.

XXX.

FEDERICVS PRIMVS IMP. ÆNOBARBVS (à rufa barba ſic dictus) Eccleſiæ cathedrali Taruiſinæ dono dedit vectigal Caſtri Montis bellunæ in amœno colle ad 12. mille paſſus ſupra Vrbē conſtituti: Vldarico Epiſcopo ſedente. IDEM IMP. MANFREDO, & SCHINELLÆ COMITIBVS eorum antiquis iuribus, ac priuilegijs confirmatis, Silis piſcandi dominium à Templo D. Martini infra Taruiſium vſq; ad ſalſos fluctus gratus cōceſſit: cum priùs anno. ſ. 1155. dum Romam Federicus coronandus veniſſet, ijſdem Comitib. confirmaſſet, nouaſſetq; dominium, ac inueſtituras, quod aiunt, illis, illorumq; maiorib. collatas à Regibus, ac Imperatoribus prædefunctis. Anno Dom. MCLVII.

XXXI.

IDEMMET FEDERICVS IMP. 3. mox 4. in Italiā reuerſus, poſt à ſe deſolatum Mediolanum in Patriam ſe cōuertens, Taruiſij ſibi dediti in ædibus Epiſcop. excipitur; ab Vldarico Antiſtite noſtro Feltriam vſq; comitatus, inter Feltriēſes, & Taruiſinos ad Clauſam prope ſonam fluuium fines poſuit: tum Vldarici Epiſcopatus ditioni Aſylum Caſtrum reſtituit. Quo temporis curriculo, vt hoc addam, exoriuntur Partes Guelfa, & Gibellina, potiorum Italiæ Ciuitatum incendium vix extinguibile.

Quaſi per parentheſim intercludamus, quæſo (pręſertim ne elogiorum, ac epigrammatum videamur prorſus obliti) ꝙ anno 1177. prędictus Imperator FEDERICVS ALEX. III. ſummo Pōtifici à Venetis ſeruato, atq; illis propterea infenſus nimis: OTHONE eius filio Imperante Triremib. ſeptuaginta Venetos acriter infeſtabat: qui quidē poſtea victus, captusq;: ac dein dimiſſus liber ita poſtmodum cum Patre egit, vt humilis redditus ÆNOBARBVS, Sanctiſſimo Chriſti Vicario ſtatim conciliaretur: vnde pax, abſolutio', indulta, emerſerunt, & priuilegia. Cuius quidem facti mentio adhuc fulget in Iſtria ad pūctam Saluorij, cuſpidem, ſiue angulum

Sabell. Dec. 1. lib. 7.

Digitized by Google

dicas, aut promontorium, in Templi parietibus pulchro marmore regiſtrata. nempe.

*Heus populi, celebrate locum, quem Tertius olim*
*Paſtor Alexander donis cæleſtibus auxit:*
*Hoc etenim Pelago Venetæ Victoria claſſi*
*Deſuper eluxit: ceciditq; ſuperbia Magni*
*Induperatoris Federici: reddita ſanctæ*
*Eccleſiæ pax tumq; fuit, iam tempora mille*
*Septuaginta dabat, centum ſeptemq; ſupernus*
*Pacifer adueniens ab origine carnis amictæ.*

---

Qua de re à quibuſdam immeritò controuerſa legere eſt opuſculum anno 1615. Venetiis editum, nempe Allegationem in iure Cl. Cornelii Frangipanis I. C. amici noſtri ex omni parte ſuſpiciendi: qua monſtratur ad digitum, imò ante oculos ponitur huiuſmodi veritas cum ſecutis, per marmorum inſcriptiones, per picturas publicas, nedum Venetiis, ſed præcipuè & Romæ, & Senis, vnde Oriundus ipſemet Pontifex ALEXANDER: ad hæc per cronica, per hyſtorias, nedum noſtrates, ſed & externas, per ſolennitates annuas, per inſignia, per diplomata, quid vltra? legatur liber ſicuti clara veritate, ita ſumma eruditione conſpicuus. *Cornel. Frang.*

---

XXXII.

CENETENSES ÆQVE, AC CONEGLANENSES: NEC NON VLRICVS PATRIARCA AQVIL. OTTOQ; Epiſcopus Bellun. inito fædere, contra Taruiſinos arma ſumpſerunt: Guecelloto de Prata, Pratæ, Purliliarum, Brognariæ, aliorumq; locorum Domino, militiæ illorum Ductore. His intellectis Taruiſini (Schinella Comite ciuitatem tunc Gubernãte. ECCELINO BALBO DE ONARIA, ET GHERARDO CAMPI SAMPERIO COSS. maiori conſilio, tercentum. ſ. conuocato, quod Parlamentum indigitabant) decreuerunt, & præſtito iuramento firmarunt, deſtruere funditus Coneglanum, vti locum, in quo paſſim belli ſemina fouebãtur: quibus reſcitis per Canouenſes hactenus Cenetenſi ditioni ſubiectos, ſibi ipſis timentes, ſeſe in Taruiſinorum gratiam recæperunt. Quapropter Taruiſini, magno conflato exercitu Planim tranſcendunt: vbi ad D. Michaelis oram conſertis manib. cum Guecelloto ad pugnam inſtructo, illius franguntur copiæ, trucidantur, fugantur; necnon captiuus ducitur Guecellotus cum quingen-

tis ex ſuis. Pax petitur ſubinde, & captiuorum reſtitutio: conceditur demum hac conditione, vt tanquam Taruiſinis ſubiecti Cenetẽſes, ac Coneglaneaſes per menſem pacis tempore, per duos belli, quotannis Taruiſij inhabitarent, ſubſtinentes interea onera, & factiones, ſoluendoquè tributa debita, quemadmodũ fecerant priùs.

Anno Dom. MCLXVI.

---

XXXIII.

VALLIS SVGANÆ incolis decernentibus occaſione confiniũ Feltrienſib. inferre bellum: hi à Taruiſinis colligationem obtinẽt, ac ſubſidium. Quo a Valſuganenſib. reſcito, arduam propterea futuram eſſe prouinciam conſpicantes, inauſum, atq; intentatum propoſitum reliquerunt.

Anno Dom. MCLXX.

---

XXXIV.

Ex lib. 4. CONSVLIBVS duntaxat Taruiſium regebatur. præ licentia, & patratis facinoribus affectatum, inuiſumq; redditur Regimen. Quare decernitur, vt exterus, atq; longinquus Eligatur Prætor, penès quem ſit iudicandarum rerum, & ſanguinis poteſtas ſumma. vnde & POTESTAS vocatur. præſcriptis ſibi legibus ordinataq; famil. & duar. mill. quingent. librarum ſemeſtri ſalario cõſtituto. ECCELINVS autem DE ONARIA, quo fato neſcio, tunc primus Taruiſij prætor creatur: cui IACOBINVS de CARRARIA in Prætura ſucceſſit, tum alij ſinguli.

Anno Sal. MCLXXIII.

---

XXXV.

INTER TARVISINOS, ET CONEGLANENSES libertatis cupidos vltra Plauim nouum committitur prælium: infringuntur, fuganturq; Coneglanenſes, qui infra muros ſeſe in tutum recipere cogitantes, à militibus Taruiſinis inſectati promiſcuè ingreſſi ſunt: quapropter furioſè noſtri trucidarunt gentes, incenderunt domos, domicilia deuaſtarunt: itaq; Coneglanenſes plurimi extincti ſunt: Coneglanum dirutum, deformatum, deprędatumquè: dum Sigisfredus Epiſcopus Cenetenſis ibi commorans mutato habitu incognitus aufugiſſet; poſtea infra Plauim, & Liquentiam conſumpta, & deuaſta a ſæuitie manubijs onuſti Taruiſini ad Vrbem læti ſe conuerterunt.

Anno Dom. MCLXXX.

Digitized by Google

CONE-

XXXVI.

CONEGLANENSIBVS IN TARVISINORVM ditionẽ recæptis, Nomine communitatis Taruiſinę Odoricus de Nordiglo Coneglani poſſeſſionem aſſumit: iuramenta per illos præſtantur: pluraq; huiuſmodi alia in conſequentiam contigerunt: ex illis non pauci in Taruiſinos ciues recipiuntur; ad hęc ex pacto per Coneglanenſes fuit vicus ſecus męnia ad Aquilonem ex pluribus domicilijs conſtructus, qui & Coneglani Nouelli nomen ſubinde perpetuum ſuſcepit: Quem per mẽſem pacis tempore, per duos autem belli ſingulis annis, fuerunt hi ad habitandum obſtricti: ſuſtinendo interim factiones, atq. onera, quemadmodum facerent Taruiſini. Vicus hic lapſu temporis, & rerum viciſſitudine ab hominibus deſtitutus, fuit poſtmodum vt plurimùm à proſtitutis fæminis, vt qui liberior, cohabitatus. Anno Virg. partus MCLXXXIV.

---

XXXVII.

LVCIVS *III*. PONT. MAX. CONRADO Epiſcopo Taruiſino, eiusq. Eccleſiæ conceſſiones omnes ab alijs ſummis Pontif. aç Imperatoribus habitas, ratas, ac gratas fecit: & præcipuè caſtrum Aſyli, portorium Telonij Taruiſini, Silis aquas ad vſq. mare ad piſcandum conceſſas firmauit: auxit quinetiam & alia multa.

Anno Dom. MCLXXXVIII.

---

XXXVIII.

EPISCOPVS CENETENSIS, non ſine Epiſcopi Bellunenſis aſſenſu, ſuaſuq; Coneglanenſes ad defectionem à Taruiſinis odioſiùs concitauit. hoc à noſtris audito, Prætorem ſuum cum pluribus ex optimatibus Coneglanum miſerunt: ex quorum acceſſu ſeditioſis perterrefactis, ac longè egreſſis de integro Coneglanenſes fidelitatem Taruiſinis iurarunt.

Anno Salut. MCXCIII.

---

XXXIX.

ANNO CHRISTI DOMINI. CMXCVI. Ottone *III*. IMPERATORE in Italiam aduentante, eius adfuit Capitaneus Albericus de Holanda, cui de ſe B.M. Cæſar Baſſianum oppidum ad Brentam fluuium ſecus montium colles conceſſit dono. Hic Eccelinum primum cognomine Teutonicum ſuſcepit, cui quidem Conradus *II*. Imp. Onariam caſtrum agri Pat. dono dedit; Eccelinus hic Baſſiani, Onariæ, aliorumq; dominus oppidorum dictus quidem Ona-

riæ

Digitized by Google

riæ comes in Germania admodum diues & vir ſummę auctoritatis, ac nobilitatis exiſtẽs, huius amænitate regionis allectus diuitijs ſuis iſtuc cum familia comportatis filium Eccelinum ſecundum, cognomento Balbum, præ linguæ impedimento, enutriuit: cui ſanè Balbo Cõradus Tertius Imp. Romanum caſtrum agri Taru. a Baſſiano parum diſtans, donauit. Porrò Balbus Eccelinus Eccelinum tertiũ cognomento Monacum filium euexit: qui ſanè poſteaquam Taruiſij Prætor, Fautor, Defenſorq; extitiſſet, ac bonus ciuis, ſeſe tandem totum vitæ monaſticæ addixit, vnde Monaci ſibi nomen aſciuit: cæterùm Monacus anno MCXCIV. Eccelinum quartum ſuſcepit,

1190.

Sanſ. pr. Tirannum inquam illum de Romano dictum, ab oppido, in quo natus fuerat, ac eductus, quodq; prius pater conſtructis ędificiis magnificentiùs exornarat. Qui ſanè quartus Eccelinus tametſi propter eius ſæuitiem criminandus in primis eſſet, fuit nihilominus vir, quin & Princeps, clariſſimus, præſertim ob ſummam eius in arte militari peritiam: Quinetiam cum fuerit Dominus tot illuſtrium Venetiæ ciuitatum, Taruiſij inquam, cuius & ciuis fuit, Patauii, Vincentiæ, Veronæ, Brixiæ: quas ſibi, & terras aliàs, aſciuit inſigni fortitudine, ac prudentia ſingulari.

Oritur Anno Dom. MCXCIV. XXIII. Apr.

---

XL.

CONEGLANENSES omni ingenio libertatem, atq; a Taruiſinis ſeparationem quęrebant, Epiſcopo Cenetenſi, qui pertinaci odio Taruiſinos proſequebatur, ſuggerente, fauenteque; itaq; dum Coneglani contra Taruiſinam vrbem noui texerentur tractatus: Gulielmus Puſterla Prætor noſter, cum Rambaldo Comite, & Gulielmo de Straſſio copiarum Taruiſinarum Ductoribus arma mouerunt contra Guecellotum de Prata gentium aduerſariorum Imperatorem: qui ſtrage recæpta inſigni ſuperatus, peiora ſimul expectans, pacem à Taruiſinis rogauit: quam tandem Mainardi Comitis Goritiæ precibus obtinuit. vnde nouæ exoriuntur conciliationes. Verum enimverò ſuſpicantibus Taruiſinis frequentes futuras huiuſmodi Cenetenſium, ac Coneglanenſium nouitates, vt eos compeſcerent, frænarentq; ſupra Cenetam, Coneglanumq; ad Acantum montem, non longè a Vallis Mareni caſtro, nouum oppidum conſtruxerunt, Ciſonum dictum. Quo loci Taruiſini veluti paruam coloniam leduxerunt. vlterius deditionem huiuſmodi, ac pacem deinde poſt quinquennium etiam coram ſex principibus ciuibus Taruiſinis ipſimet confirmarunt. Anno Dom. MCXCIV.

XLI.

Digitized by Google

XLI.

GIGIO BVRRO MEDIOLANENSE Prætore exedram maximam conſtruxerunt Taruiſini infra Vrbem, in D. Michaelis confinio: Quæ Equitum porticus, vulgò Loggia de' Caualieri, vocata vſq; in hanc diem, quippe in quam ſeſe Equites, vniuerſaq; Taruiſina nobilitas recipiebat, diuertebat, diſtinebatur: depictis ad ſuggrundia belli ſimulacris, equis, equitibus, vexillis, inſignijs: illis præcipuè Ciuitatis, Turri inquam pinnarum trium, ſeu trib. continuis turribus nigris in albo æquore: introrſum autem depicto Boue maximo cum ſchæda ſurſum huiuſmodi.

MEMOR ESTO.

Anno Dom. MCXCVI.

---

XLII.

SVSPICANTES TARVISINI Inſubrium, Patauinorumq; incurſiones, & bella, XII. millia paſſ. diſtans ab Vrbe, Baſſanum verſus infra Aſylum, Cittadellã, & Campiſamperium, forte, ac magnificum Caſtrum ſtruxerunt: Qui deinde ex eorum communitatis pecunijs agros, quippe multos, in ea planitie fuerunt adepti: quos illis immunes ceſſerunt, quotquot ex ſuis inibi decernerent cohabitare, arma duntaxat habituri ſecum ex pacto, ad oppidi tuitionem, atq; equos; à qua immunitate deducto nomine Munimen hoc dictum eſt, & adhuc dicitur Caſtrum Francum.

Anno Virg. part. MCIC.

---

XLIII.

CONRADVS EPISCOPVS TARVIS. Guecellum Campiſamperium ciuem Tar. Generoſiſſimum æquè, ac fortiſſimum virum, agnomine Tempeſtam, cũ Deſcendentibus ſuis, Noualis, Robegani, & Bruſaporci caſtrorum Dominum in ſui Epiſcopatus defenſorem, atq; Aduocatum Elegit: illiq; propterea bona plurima adiudicauit, nobiles addens prærogatiuas, ac priuilegia. Qui, ſede vacante pręcipuè, iura Epiſcopatus acriter defendere teneretur, vnde in poſterum Tempeſtæ hi Auogarii dicti ſunt: de Aduocatis autem elegantiùs deſcribuntur.

Anno Sal. MCIC.

---

XLIV.

IN ARMIS pro ſeipſis, pro amicis, ac iunctis fœdere: pro ſibi deditis, commendatiſq; Taruiſini cõtinuè fortiter perſtiterunt: propterea

Digitized by Google

rea præclari,potenteſq; viri plurimi horum amicitiam, c iuilitatẽ, patrocinium optabant. Foroiulienſes non pauci ex primatib. cum bonis ſuis,ac familijs Taruiſium conceſſerunt: Maynardus magnus Goritiæ Comes: Engelpertus Maynardi frater: Gabriel de Prata, Guecelletus,& Federicus Domini Purliliarum,Brugnariæ,& Portusbuffaleti: Guecellus de Solico caſtri Dominus: Caminẽſes plurimi, Cenetẽſes,Canouenſes,Cuſſanenſes,Portusnaonenſes,atq; alij multi in ciues Taruiſinos recæpti ſunt; Quo temporis curriculo Quinquaginta & ſeptem familiæ nobiles Taruiſinæ propria poſſidentes caſtra recenſebantur.abſq; oppidis autem plurimæ adeo,vt tunc temporis nobiles Taruiſini vltra noningentos numerarẽtur: vnde & Taruiſinorum conſilium, quod Parlamentum vocabant, ex trecentis ciuibus conflabatur. Anno Salut. MCC.

XLV.

PEREGRINO PATRIARCA AQVILEIENSI Portum Naonem oppidum cum copijs obſidente, oppidanis laturi ſuppetias Taruiſini eò cum militibus contenderunt: Quibus à Patriarca viſis,inuiſis quidem,ille infra Sancti Viti, & Valuaſſonis caſtra vltra Tiliauentum flumen ſeſe cum hoſte recępit; quapropter noſtri pugnæ cupidi,additis oppidanis,quinta Iulij alacriter Patriarcam aggreſſi ſunt,ruperunt ſtrenuè,fugaruntq; aduerſas copias; Patriarca deſtitutis impedimẽtis Vtinum aduolauit licto milite, Carrocio, conopeis,& duobus vexillis cum crucibus ſuis argenteis in poteſtate Taruiſinorum; Qui cum captiuis,& ſpolijs domum reuerſi vexilla ſtatim,& Cruces cathedrali Templo obtulerunt, quæ in huius Victoriæ memoriam lata ſemper fuerunt,& deferuntur in præſentem diem in Cleri proceſſionibus Taruiſini.

Anno Salutis noſtræ. MCCII.

XLVI.

PHILIPPO PRIMO IMPER. vita functo, OTTO ESTENSIS Romanor. Rex Branſuichi Dom. Imperator V. huius nominis creatur,quo in Italiam venturo,ciuilibus diſcordijs poſtergatis, Taruiſini,Patauini, Vincentini, Veronenſeſq;, vt ſeſe ſuaq;, dum ferret occaſio,contra nouum Cęſarem tuerentur,amicitiam, ac fędus publicum iniuère. Anno Domini MCCVIII.

XLVII.

EX MINISTRIS CÆSAREIS quidam Taruiſij commorãtes ſemet in Ciuitatis conſulatum inferre,ac intrudere præſumpſerunt, ſicq; eius

Digitized by Google

eius iura, & prærogatiuas interim corrumpere, ac abrogare, Quapropter Taruiſini ad Cæſarem conqueſti ſunt, Qui ſanè æqui, boniq; conſulens publico diplomate illos certiores reddidit, talem nō eſſe eius mentem, neq. ſe velle vnquam eorum iura, atque ordines, quouis, vel leuiori modo, infringere, aut derogare, malle imò augere illa, ac latiùs ampliare. infriando interea quicquid eius miniſtri fuiſſent adhuc patrati, Conſules item confirmando, decernendoq; vt vetus ordo in eorum electione ſeruetur: eorumq; leges, ac ſtatuta, rata, & grata penitus haberentur: libertatem inſuper concedendo Taruiſinis muniēdi vrbem: quod vt exequerentur commodiùs, omnem cēſum, omne Donarium ſibi ab eis tribui ſolitum illis prorſus remiſit: liberans eos pariter à contributione, ad quam tenebantur pro bello Apuliæ, Calabriæ, necnon Siciliæ ſubſtinendo.

Anno Dom. MCCX.

---

XLVIII.

AMORIS LVDVM, ſuauemq; pugnam, prę delicijs, ac militantiū ornamentis ſpectatam valde, inſtituerunt tunc floridiſſimi, & pacatiſſimi Taruiſini, SPINETÆ ſuburbij Ligneo Caſtello extructo, pretioſis perinde, ac peregrinis pellibus, peripetaſmatis, atq; inſtitis verſicoloribus exornato: in quo incluſæ Matres aliquot, plures autem Virgines ſelectiſſimæ, ſmegmatib. fructib. floribus. bellarijs, atque multi generis odoramentis, non ſine diſciplina militari, atq; ordine oppugnabantur: armiluſtris, belli ſimulachris, nec nō choræis ſolitis per octiduum præcedentibus. Quibus cunctis interfuerunt, edicto publ. & per Epiſtolas inuitati Venetiæ omnis, Inſubriæ, & Venetiarū præcipuè Viri Nob. MCC. illuſtres Dominę CCCLX. populares deinde ad num. V. mill. DC. & XL. Quibus ſanè omnib. Epulum, ac eor. Equitio pabulum continuè Taruiſina Ciuit. ex conſulto liberè, ac opiparè lubens dedit. *Ex lib. 5.*

Anno Sal. M CCXIV. in Feſtis Penth.

---

XLIX.

IN CASTELLI TARVISINOR. oppugnandi ſtudio diſſenſiones, atq; odia inter Venetos, et Patauos contigerunt: quapropter inimicitiæ, ac ſeparationes ſubortæ ſunt; Poſtmodum Clodiam, & ad Bebbias agrum deprædantes Patauini milites loca occupaturi peruerſo animo contenderunt: vbi præ aquarum incremento ex nimijs pluuijs, & paludib. impediti vix pauci Patauium profugêre



Digitized by Google

captiuis tamen reſtitis, cum ſignifero, quadringentis, in quorum au xilium tunc à Patauis petiti Taruiſini, à Venetis recedentes, cum quingentis militibus Patauium perrexerunt: inopportuni attamen ab imbrium colluuie retardati: id nihilominus ægrè tulerunt Veneti proceres: quare & inimicos, ſibi paulo ante amicos, Taruiſinos cõ ſtituère. Verumenimverò Patriarca Aquileienſis, faciens Honorij ſummi Pontificis imperata, inter Venetos, ac Taruiſinos, damnis quibuſcumq; ac iniurijs remiſſis hinc inde, ſequenti anno pacem, atq; amicitiam percuſſo fædere ſtabiliuit.

Anno Chriſt. Sal. MCCXVI.

B. Scard. pag. 344. Atteſtatur mirandum in modum huiuſmodi illuſtre facinus, vel ad vnguem, B. Scardeonuis Pat. lib. 3. cap. de Paulo Serneolio: quod deſcriberem libens totum, ni lõgus fierem, & ne prorſus opus meum ex alienis operibus infarcirem: id legas, lector, ad noſtrum, Patauinorumq; : ſed permaximè ad Veneti Imperij ſummum decus, noſtriq; maximum incrementum.

## L.

INCENDIO miſerabili publico Taruiſij Prætorio conflagrato, Decreuerunt illico Taruiſini maius aliud, ac magnificentius fabricare: Quapropter coemptis non modicis priuatorum ciuium domicilijs in D. Viti confinio ad Carrubium, illud inibi operoſiùs con ſtruxerunt. Anno Dom. MCCXVII.

## LI.

ANDRÆAS XI. PANNONIÆ REX de CRVCIATÆ Prę claro facinore ex oriente conuerſus ad Patrios lares Beatricem Actij Marchionis Eſtenſis filiam vxorem duxit: mox ab Ateſte, peractis Nuptijs, Vngariam repetens Taruiſij cum Regina ſua per biduum quieuit, Epulo, ſolemnib. Tripudijs, & publ. ſpectaculis interim ſuauiter tractatus. Queis abeuntib. Sponſa, ex Boſſinę inſtituto, à Communitate Tar. magno argenteo poculo donatur.

Anno Dom. MCCXXII. XXII. oct.

## LII.

ECCELINVS III. Monacus inquam, obſeruans, animaduertensq; ſe haud quaquam poſſe regere, minus dirigere Eccelinum de Romano, & Albericum filios ſuos: ne inter illos diſcordiæ exorirẽtur, aut ſimultates: diuiſit æquis portionibus propria bona omnia, ſorti-

ſortitus ea; die quinta Iulij, Ancarani in Templo Sancti Donati: quare Eccelino hęc obtigerunt. Baſſianum, Fontaniua, Ancaranũ, Roſſanum, Caſtelacium, Romanum, Muſſolentum, Burſum, Caſſanicum, Sancta Maria, Solanea, Guticum, Enegum, Galedium, & quæ in plebe Arſię, in Valle Sugana, & Vincentię, in agro Vicentinoq; poſſidebat: iuriſdictiones, atq; alia his leuiora: Alberico autem contigerunt Sanzenonum forte oppidum, Ledulum, Creſpanum, Pagnanum, Petrafuſca, Beſſega, Loria, Ramonũ, Spineta: Caſtaldiæ Meduli, et Opitergij; quę ad ſanctũ Martinum de Luparis, Domus Taruiſij poſitę: Fontanellę, Dobladinum, Geſula, Triuillę, Caſtilioneum: & quicquid infra Ciſmonum, & Feltrinos terminos poſſidebat: pariter omne id, quod Feltri, Fonzaſſi, Belluni, & Ceſanę nouerat ſuum: Aduogarias inſuper Belluni, Patriarcatus, Monaſterij de piro, & alia quędam: hac expreſſa conditione, & pacto mutuo, ne quis neſciente altero de bonis quicquam alienaret. Porrò diuiſis hunc in modum bonis ſuis omnibus Eccelino, & Alberico filijs ſuis Eccelinus Tertius ſuſcepto monacali habitu in Medę oppidum ſe recępit: vnde Monacus toto eius vitę reliquo dictus fuit.

Anno Dom. MCCXXIII.

---

*LIII.*

VNIONEM, fędusq; vnanime coniungere pertractarunt Inſubrię vrbes, illud Societatem inſubrię indigitantes: quò ſanè reſiſtere potes eſſent Federico II. Imperatori à ſummo Pontifice tunc excõmunicato: Qui auxiliante Eccelino de Romano Veronę prętore, alijsq; ex potentibus Gibellinis, contra Guelfos, pręcipuè autem contra Apoſtolicam ſedem caſtra mouere decreuerat; conuenerunt propterea harum Syndici Ciuitatum, Mediolani inquam, Bononię Brixiæ, Mantuæ, Patauij, Vincentiæ, ac Taruiſij: iurarunt q; ſubinde harum Prætores vrbium, quinetiam ciues cuncti à 14. ætatis anno ad 70. ſe obſeruaturos quicquid promiſerant eorum ſyndici, per vicennium. Quibus per Cæſarem cognitis, penſitatisq; pax cum Põtifice tractatur: deniq; deſpondẽte Federico debitam ſibi expeditionem ſuſcipere Terræ ſanctæ, omnino concluditur, ac firmatur.

Anno Sal. MCCXXVII.

---

*LIIII.*

DVM IACOBVS THEVPOLVS Patricius Venetus Taruiſij Prætor in præclaris Taruiſinor. facinorib. ſapienter diſtineretur



Digitized by Google

PETRVS ZIANI Dux Venetiar. extremum vitæ ſuæ diem morte confecit: cui à Sen. Ven. Sufficitur idem Theup. prætor noſter: vnde publica, ac ſolemnia lętitię ſigna Taruiſii oſtenſa ſunt: & Dux inclytus inde magna pompa Venetias traducitur, pluribus Taruiſinis ciuibus comitatus.

Anno Salut. MCCXXIX.

---

LV.

ECCELINVS de Romano odio pluſquam Vatiniano perſequens Tiſum Campiſamperium, & omnes ſuos: occultè quinetiam Taruiſinos, cum, quoſdam ex his, neceſſitudine ſanguinis ſanè obſtrictos, Tiſo fauorem præſtitiſſe antea cognouiſſet: inquieti animi Vir, diſcordias, occulto ſtudio, huc illuc ſeminans, Veronę Prætor, cuius frater Albericus Vincentiæ præſidebat, Taruiſium venit, ſe amicum ſimulat, accipitur ciuis Taruiſinus; hic Taruiſinis cōfeſtim ſuadet, illis pleno iure deberi Feltriæ, & Belluni Dominium, auxiliariaq; arma promittit: quare copias promouent Taruiſini contra ambas has Ciuitates Eccelino ſecum pergente: aggrediuntur, & tandem obtinēt Feltriam pariter, ac Bellunum; audito autem à noſtris Patauinos Taruiſinum agrum cum quibuſdam oppidis deuaſtaſſe, vt eos ab occæpta prouincia reuocarent: poſitis ibi præſidijs, ac Rectoribus, Taruiſini illico ſe ad Patauinorum damna conferunt forſitan non minora.

Cæterùm ex Legati Apoſtolici, Rectorumq; Inſubriæ officio, ac diligentia inter Taruiſinos, & Patauos pax tractatur, Odorico Epiſcopo Taruiſino interim commonſtrante ſuis non eſſe Taruiſinorum ius legitimum in Ciuitatibus Feltriæ, & Belluni, quemadmodum callidè, ac captiosè illis ſuggeſſerat Eccelinus. Quapropter Taruiſini, ob iuſtitiæ, atq; ſedis Apoſtolicę reuerentiam, Rambaldono ambarum Ciuitatum Epiſcopo, cum quibuſdam obligationibus ab iis populis ſibi ſeruandis in poſterum, grati reſtituerunt, vnde pax inter Patauinos, & Taruiſinos ſtatim ſecuta.

Anno Dom. MCCXXX.

---

LVI.

OTTHONE Mandelio Patauii Prætore per Coneglanenſes, & Epiſcopum Cenetenſem, & Dominos Caminates quoſdam electo, per Taruiſinos autem Raynerio Zeno eorum Prætore, in iudices arbitros, præſentibus necnon annuentibus Patauinis, ad omnes inter



Digitized by Google

ter eos querelas,prætenſionesq; dirimendas,ac terminandas,ii tandem concordes pronunciarunt,Coneglanenſes,Cenetenſes, & Caminates, in ditionem, atq; obedientiam Taruiſinorum venturos: eximendo illos à iuramento aliàs præſtito Patauinis; ad hæc ꝙ Taruiſini XV. librarum millia Caminenſibus numerarent:quòd Caminenſes,Coneglanenſes,& Cenetenſes liberè poſſent eorum caſtra reſtaurare:hæc præcipua,tum alia leuiora. Quam ſententiam oppidani omnes,Taruiſini,ac Patauini concordi animo accęperunt, atque executioni mandarunt;Quapropter Melior de Arpo ſyndicus Communitatis Taruiſinæ XV.librarum millib. perſolutis,omnia nomine Communis noſtri recipiēs,data Prętori Coneglani abeundi licentia,& nobilis Terræ illius poſſeſſionem accæpit.

Anno Sal. MCCXXXV.

---

Verumenimverò ne hyſtoriam Taruiſinam ex typis Bonifacianis minutatim vertere,ac tranſcribere velle videar,de induſtria pręterrmittam,vti & omiſi,Frequentes diſcordias, querelas, inſimulationes, excurſiones nō paucas,plures pugnas,crebras inducias,capturas ſubinde,conflagrationes,direptiones,occupationes,conciliationes item,ac paces inter Taruiſinos & Peltrienſes,Bellunenſesq; eorumq; Epiſcopos, Patriarcamq; Aquileienſem: veluti & cū Coneglanenſibus,adiunctis ex Caminatibus aliquot:& cum Epiſcopo Cenetenſe:qui vt plurimum à Patauinis imploratas ſuppetias obtinebant contra Taruiſinos à Veronenſibus aliquādo etiam adiutos; atq; huiuſmodi alia leuiora; quandoquidem veluti hæc ſub diuerſis temporibus vnius ferme ſęculi contigerunt, ita denſa Epilogorum capita propemodum vnius tenoris eſſent hic faſtidioſiùs adiungenda. Duriores nihilominus fuiſſe Taruiſinos ſemper ad cedendum, adcadendum inquam à prætenſis iuribus ſuis, ſcire integrum eſt, vel ex interdictis,atq; excommunicationibus non ſemel contra eos à ſummis Rom.Pontificibus fulminatis.

---

LVII.

FEDERICVS II. IMP. Veronæ reſidens,bene perſpecta virtute,magni animi inquam generoſitate,atq; in Venetiæ partib.auctoritate Eccelini de Romano decreuit illi in coniugem tradere Syluagiam eius filiam naturalem:quā ex Apulia ad ſe vocatā,menſe maio Eccelinus ante Sancti Zeni Portam anteq̃ Veronam introiret corā Socero ſumma Pōpa,ac ſolēnitate honorificè deſponſauit:poſt hęc

popu-

Digitized by Google

populata Cortinoua, Cremonam petijt Federicus, & aduentante hyeme Taruiſium ſe recæpit, quo loci, pre algore horribili, non paucis diebus poſtquam moratus, Ticinum diuertit: quo temporis interſtitio cum tractaretur differentiarum accommodatio inter Eccelinum & Taruiſinos, compromiſerunt in Comite Gamboardo, qui condẽnauit Taruiſinos ad dandum ipſi Eccelino infra vnius anni terminum L X. mille libras pro refectione illius damnorum omnium, cui ſententiæ, tametſi inuiſæ, Taruiſini, aliud niſi ſe tunc poſſe facere cognoſcentes, acquieuerunt. Anno M.CCXXXVIII.

Porrò in vere ſequentis anni Imperator ſuſpicans Venetos Taruiſinæ Vrbis Dominium attentare, Taruiſium conuerſus fuit: vbi exceptus ſplendidiſſimè, decem dierum, quibus ibi ſeſe diſtinuit, interuallo, diſcordias quippe difficiles, ac tumultus, quibus præcipuè Taruiſinorum familiæ vexabantur, ſedauit: & contendentibus Taruiſinis cum Eccelino Caſtri Montisbellunę cauſa, Federicus, vt belli occaſiones de medio tolleret, in ſeipſum aſſumpſit illius Caſtri dominium, Germanis militibus, qui illud ſuo nomine cuſtodirent, inibi conſtitutis. Anno Dom. M.CCXXXIX.

---

Vide ibi, lector Alberici de Romano ſimultates cum Taruiſinis, tum ipſius Eccelini: necnon Federici Imp. rabiem in Taruiſinos deſciſcentes, ab eo, qui à ſummo Pont. excommunicatus viuebat, quare agrum Taruiſinum vaſtauit, vbi & alia paſſim, præſertim praua Eccelini facinora: qui præda noſtræ regionis onuſtus Patauium ſe recipiens arcem pro ſe ipſo tutiſſimam fabricauit, in cuius fundo obſcuros illos, atq; horribiles carceres iuſſit fieri dictos Gilie, a Gilio Mediolanenſi Architecto: qui Tiranni Eccelini iuſſu (nouus Perillus) primus in eos detruſus, ibi moritur deſperatus.

Plures inibi expeditiones, ac exitus Taruiſinæ militię cum Carrocio contra Eccelinum, ſiue eius copias, & caſtrorum præſidia, Aſilli præſertim, ac Montisbellunæ, quæ, ne ſiam longior, non recolligo: vnum nihilominus referre, quid ſ. per Carrocium intelligatur, non detrectabo. Erat inquam Carrocium Plauſtrum magnum à quatuor boum paribus integumentis albis, & rubeis redimitis attractum: ſuper quo quidem, extabat affabrè factum Tribunal, ad cuius medium defixa procera arbor conſpiciebatur, in cuius ſummo poſita erat Crux aurea, ſub qua aurę, ac ventorum flatibus explicabatur vexillum rubeum Cruce alba conſpicuum, quæ erant, prout ſunt etiam, Taruiſinæ Vrbis inſignia: Machinæ huius Magiſter

erat

erat vir ſummæ exiſtimationis, magnæq; auctoritatis, qui ſecum ſacerdotem tenebat: qui quidem ſacerdos ante Carrocium octo tubicinibus, & totidem ſtipendiatis militibus ſtipatus rem diuinam faciebat quotidie: idq; magna religione, magnaq; cuſtodia deducebatur ad bellum: & in prælijs cuſtodiebatur ſtudio ſingulari: cum eſſet illud amittere magnum dedecus. Nec vnquam exibat Carrocium, niſi expreſſo maioris conſilij mandato: neq; poterat Carrocium vſurpari, niſi ab illis Ciuitatibus, quæ viuentes in libertate ſeſe ad Rei pub. ſimilitudinem gubernarent.

## LVIII.

GONFREDVS CASTILIONEVS S. R. E. Cardinalis, Qui mox ſedit Papa CELESTINVS IV. Legatus ad hæc ſelectus, Taruiſinos à ſummo Pont. GREGOR. prædilectos ſibi ex animo commendatos cum Patauinis in maxima diſſenſione compoſuit, & gratiſſimè à noſtris accæptus, gratiſſimus abijt. Bene de ſe merito vniuerſo pop. Tar. Anno Sal. MCCXXXIX.

## LIX.

ECCELINVS de Romano in hoc Venetiæ tractu Vicarius Imperialis, iamdudum infidus, Tyrannusq; ſæuiſſimus in Taruiſinos caſtra promouit: Meſtrinum agrum vaſtauit, Caſtrumfrancum vi cępit, Noale, Campretum, & alia occupauit loca: &, populata Taruiſii regione, ſeſe demum ad Vrbem oppugnandam conuertit, experturus, ni viribus, terrore ſaltem, atq; ex quorundam factioſorum intelligentia infra muros, an ad deditionem Taruiſinos adducere potēs eſſet: quibus omnibus per Marchionem Actium Eſtenſem Ghibellinorum, & præcipuè ipſius Eccelini inimicum, Taruiſinorum autē oppidò amicū, bene perſpectis, celerrimè Guicciardum Rangonē ſummæ Eloquentiæ, ac auctoritatis Virum deſtinat Taruiſinis, qui nobili habita in maiori conſilio oratione, quantum excupiat Marchio Taruiſij libertatem contra Tyranni huius perfidiam præmonſtrat, quantumq; ſeſe exhibeat ijs cum omnibus eius viribus fautorem: accipitur conſilium pariter, ac auxilium: quare conuentio tractata ab Eccelini fautoribus penitus refutatur: accæptantur oblatæ ſuppetiæ, ordo ſtatuitur manus conſerendi cum exercitu Eccelini: qui per Dei gratiam, frangitur, ac fugatur: quapropter veritus ille, ne hoc Veronæ delato nuncio aliquid contra eius voluntatem innouaretur, eò cum copijs illico ſe recæpit.

Anno Sal. MCCXLII.



Digitized by Google

LX.

Dum in Viterbij confinio Feder. Imp. diſtineretur, ſupplicantes Coneglanenſes, nemine reclamante quidem, obtinuerunt, vt ſe ipſos, ac Terram ſuam à quorumcumq; ſubiectione eximeret, liberaretq; nolentes alius, quàm Federici Imperio ſubiacere: pagos omnes, ac loca Cenetenſis plagæ Capitaneo ſupponentes, ſiue Rectori, quiqui Cæſaris nomine regeret Coneglanum: confiſcante ipſo interim ædificia, quæcumq; Taruiſini atq; ſui ipſorum rebelles conſtruxerant Coneglani: liberando præcipuè Coneglanenſes à pactis, atq; obligationibus, quas contraxerant illi hucusq; cum Taruiſinis.

Anno Dom. MCCXLIII.

LXI.

SCHINELLÆ COMITI, & Generis eximij conſortibus, aliquot de Communitate, ſeu Rempub. dicas, Taruiſij, cum maiorib. ſuis optimè meritis, Taruiſini publico Documento concedunt Caſtellare Colfuſci vltra Plauim in ſummo Montis Sancti Saluatoris conſtitutũ, montemq; ipſum, eiuſq; iura omnia: vt liberè poſſident, colant, ædificent, muniant ad proprium nutum: pacto vno duntaxat poſito, quòd, ſi quando Taruiſini Coneglanẽſibus bellum inferrent, ipſi, eorumq; ſucceſſores, apertum teneant. Oppidum ipſiſmet Taruiſinis.

Anno Virg. part. MCCXLV.

LXII.

TALIS, tantaq; erat Eccelini de Romano ſæuities, & rabioſa dominandi anxietas, ac ſuperbia in tota Venetia: in qua adinſtar feræ peſſimę furẽs debacchabatur: vt coactus fuerit ſummus Pontifex Alex. IV. contra illum concedere Cruciatam: quare percuſſum fædus inter harum regionum primores exercituum Duces, ac Imperatores: pariter per Apoſtolicum nuncium & à Veneta Repub. nauium, commeatus, & militum validum eſt auxilium impetratum; Quapropter contra Patauium caſtra promouent: vbi poſt excurſiones quaſdam, ac pugnas, Vrbem occupant: & ſubinde Leniacũ, Coloniam, Ateſte, Mõſilicem, Montanianamq;, dum Eccelinus nihil tale veritus in Mantuanos ſæuiret; quibus auditis ab Alberico tunc Taruiſij dominante, ſe fæderis amicum ſimulans, plurima neceſſitudinis ſigna monſtrauit: Apoſtolicum legatum adiit gratulabundus: damnanſq;, ac deteſtans Tyrannica Eccelini fratris ſui facinora, ſe

illius

Digitized by Google

illius capitalem inimicum ferebat: cum nihilominus ſecreta inter eos intelligentia verſaretur; Porrò Eccelinus Patauij amiſſione intellecta, Veronam ſe recipiens, rabiem ſuam contra Patauinos euomiturus, ibi quotquot ſecum ex ijs aderant, ad vltra duo millia crudeliter interfecit; interim Albericus fidei ſuſpectus euadit: quare à Nuncio Apoſtolico dimmittitur ab exercitu: qui ſibi conſcius abiens, Patauium ingreſſurus, haud quaquam admittitur: vnde digrediens mœrens, ac indignabundus Taruiſium repedauit. Quid tum poſtea ceciderit, in fonte legas, ratus peiora de illo ſemper intuiturus.

Anno Dom. MCCLV.

## LXIII.

ABSOLVTVM TARVISINÆ Ciuitatis Dominium affectabat Albericus de Romano: quod ille aſtu Taruiſinis ſuadere audacius nitebatur: id verò ciuibus in eorum libertate verſari ſolitis mirum in modum diſplicebat: quare decreuerunt primores illum per duos ex optimatibus ſelectos nobili expoſita oratione admonere, vt deſiſteret ab incæptis: quod officium ægrè ferens Albericus, ira feruens, eius cuſtodias corporis duplicauit, et milites alios cōquiſiuit: poſtea crudelior factus ſæuiebat in ciues, in Guelfos præcipuè, & in Ordelafam (Faledram quibuſdam) familiam, publicans eius bona omnia: quorum maior, quem in primis captiuum volebat, Sinibaldus, auro, ac gemmis onuſtus voluntariè exulans, Forliuium ſe recæpit: vbi, acceptus perhumaniter, fit eorum ciuis, quippe gratiſſimus, de ijs optimè meritus adeo, vt poſtmodum Sinibaldus eius Nepos (quæ fuit Ludouici Imperatoris gratia) Forliuij Dominus fuerit conſtitutus. Alberici igitur per crebreſcente ſæuitia plures Taruiſinæ familiæ voluntarium exilium affectabant. Conſpiratur in Albericum intus, & extra muros: & dum nocte ſtatuta ſocijs militibus per portam Sanctorum 40. deſtinatur ingreſſus, detegitur Alberico per proditorem Tractatus: quare carceribus mancipantur illico coniurati; prouidet Albericus, expectat milites ſtata nocte: Et poſitis inſidijs trucidantur alij, alij ad mœniorum pinnas publicè ſuſpenduntur: quinetiam carcere detenti eadem die obtruncantur omnes ad vnum: quorum capita in haſtis præfixa ſupra Turres Portarum vrbis, horrendum ſanè ſpectaculum, exponuntur. Porrò Tyrannus Albericus id Tyranno Eccelino fratri totum ſignificat,

*Vgolinus hic de Andr igbetto.*

 cat,

Digitized by Google

cat, qui ei conſilium protinus deſtinat, ac militare ſubſidium.
Crudeliora Eccelini facinora in Brixianos vlterius legas.
Anno Dom. MCCLVII.

## LXIIII.

MINIME cum ſilentio prætereundum eſſe duxi illius Tiranni mortem, cuius inauſpicatam natiuitatem, facta ſceleroſa, atq; impia quædam antea memoraui: nempe Eccelini de Romano, qui fuit oppidorum plurium ſtructor, ac Dominus, non pauciorum autem deſtructor, ac debellator: Rector ac Dominans præcipuarum Venetię Vrbium: Federici Imper. Gener, caput in huius prouinciæ Tractu Partis, ac Factionis Gibellinæ, veluti & Cæſar ipſe: deniq; Vicarius Generalis Imperij in tota Italia, pręcipuè tamen in Venetia vniuerſa: Tyrannus inquam omnium quotquot fuerint, crudeliſſimus, adhuc autem omnium peſſimus, cum Chriſtianus fuerit: quem potiùs Athæum dixerim, ne dum hæreticum, & non ſemel à ſummis Pontif. excommunicatum. Hic Patauij ſuperbiens, Veronæ, Vincentiæ, Taruiſij, Poteſtas, Dominus, & Tyrannus, omnia pro lubidine patrabat, deuaſtabat, deformabat: in maiores inhumaniter ſęuiebat: optimates Ciuitatum ex leui, ſæpiùs imaginaria, ſuſpicione mortis ſupplicio afficiebat, bonorum publicatione ſeſe abſentantes, aut fugientes, multabat: pluſquam XX. hominum millia, cuiuſq; ſtatus, generis, ętatis, ſexus, abſq; aliquo iure belli, horreſco referens, ferro, fune, frigore, fætore cadauerum execrabili, vt plurimum in Gilijs Pataui carceribus obſcuriſſimis, quàm inhumaniter enecauit, ſepeliuit, conſumpſit. Hic continuè proditor ex tractatu Mediolanum occupaturus, magno cum exercitu accedens, vix opportunè re cognita, à Martino Turriano Mediolanenſis militiæ Imperatore fortiter reijcitur, ac excluditur, ſalua Vrbe. quare rabie turgidus agrũ Mediol. inuadens igne, ferroq; vniuerſum vaſtauit; porrò ad Caſſianum fæderatis exercitibus circumuentus, de ſalute deſperans, nec tamen pauidus, altiori equo inhærens præliaturus vſquequaq; volitans exercitum animabat quando à ſagitta de aduerſi militis ſcorpione emiſſa pes transfigitur Eccelino, qui nihilominus pugnæ furioſiùs incumbebat. Cæterùm ſpe declinãte ſalutis, ſeſe Vilmercatũ recæpturo, flumen tranſgredienti pes madefactus, vnde auctus dolor vulneris vehementer, superueniunt inimici, Marchio Eſtenſis. ſ. & Pallauicinus cum Boſio de Douaria, pugna de integro fortiùs renouatur: qua ſoluto, fugatoq; Eccelini exercitu, ira feruens, blaſ-

phemans,

Digitized by Google

phemans, penè ſolus Brixiam verſus volabat, firmatur tamen, quare, nil potens aliud, ſeſe Marchioni Pallauicino captiuum tradit. igitur armis exutus, equo gregario iniunctus deducitur ad Boſſij Douarienſis tentorium, ad quem locum accurrentes plurimi Tyrannum in ea calamitate videre cupidi, illum liberè illudebant, diffamabantque: qui tacitus dolens, rabie fremens, ſolum ſpectabat, renuens cibum, ac medicamen: quare Soncinum deuectus Eccelinus, annos natus LXV. indignabundus interijt.

Anno Sal. noſtræ: MCCLIX. pridie Cal. oct.

---

Dixerat paulò ante Eccelinus ſe per ſomnum vidiſſe, in magni apri venatione, ſibi in pede vulnus inflictum graue: quod illi contigit poſtmodum, vt ſuperius audimus. Simile ex tertio Regum, 22. de Achab Rege Iſrael audiamus.

Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum ſagittam dirigens: ex caſu percuſſit Regem Iſrael inter pulmonem, & ſtomachũ. At ille dixit aurigæ ſuo. Verte manum tuam, & eijce me de exercitu, quia grauiter vulneratus ſum: & mortuus eſt veſpere. Fluebat autem ſanguis plagę in ſinu currus, &c. ſepelieruntq; Regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piſcina Samarię: & linxerunt canes ſanguinem eius, & habenas lauerunt iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat. 3. Reg. c. 22.

---

Liceat mihi ex Io. Baptiſtæ Egnatij illuſtrium exemplorum lib. 9. cap. de crudelitate vnicam huius Tyranni ſæuitiem, ſeu dicas barbariem crudeliſſimam ſubnotare.

Facit proximitas Patauinæ Vrbis, vt Eccelini de Romano, qui Tyrannidem aliquandiu in ea exercuit, obliuiſci minimè poſſim, cuius ſanè vita, moresq; crudelitate inſignes ad hanc vſq; diem referantur: vt ſi quando crudeliorem quempiam innuere velimus, eum Eccelino perſimilem eſſe contendamus. his igitur omiſſis, quæ in ipſa Tyrannide diu exercuit, quis non crudeliſſimum omnium facinus deteſtetur? quod cum Mantuæ ageret, multaq; millia Patauinorum ciuium ſecum haberet, audita Patauij rebellione, ad decem millia, & amplius eorum, crudeliſſimis prius affecta ſupplicijs, interfici iuſſit: vt ne infantibus quidem, nec pueris parcendum eſſe voluerit. ò barbarum planè hominem, & nihil Italiæ indolis redolentem: qui non multò poſt tamen & principatu, & vita crudeliſſimè mox priuatus interijt. Io. Bapt. Egnat.



Digitized by Google

Georg. Pilum.

Aliud Tyranni huius ſæuiſſimi horrendum facinus refert Georgius Pilumnus ſuæ hyſtoriȩ Bellunenſis lib.4.pag.124.in hunc modum,ſed materna lingua. Adeo crudelis fuit Eccelinus, ac efferus, vt poſt infinitos á ſe occiſos homines, vice vnica ardere, ac comburi fécerit duodecim hominum millia compulſorum, clauſorumq; in vallato repagulo: infra quos poſuit & proprium Cancellarium, cum priùs ab eo petijſſet,numquid ſciret nomina clauſorum,cui cũ reſpondiſſet, ſe in eius codice notaſſe omnes ad vnum;dixit tunc Eccelinus, quòd decreuerat præſentare diabolo illas animas pro multis, quæ ab illo recæperat, beneficijs, atque ideo volebat & illum cum ijs ad infernum deſcendere, librumq; Diabolo ſuo nomine præſentare.

B. Scard.

Hic mihi non eſſe ſilentio prætereundum videtur Petrum Gerardum Patauinum Eccelini hyſtoriam vniuerſam accuratiſſimè conſcripſiſſe. Sed amabò audiamus B. Scardeonium lib. 2. claſſe 11. de Italicæ linguæ ſcriptoribus Patau. ſic eloquentem.

Pet. Ger.

Celebrandus eſt poſt hos Vir egregius Petrus Gerardus,qui fideliter hyſtoriam crudeliſſimæ Tyrannidis Acciolini conſcripſit,vtpote rem geſtam ſua ætate,cuius immanitatem,vt eſſet poſteris notior,vulgari ſermone dictauit. Neq; eũ ſua omnino fefellit opinio. Nam hyſtoria hæc iam pridem impreſſa, in multa voluminum millia per vniuerſam Italiam diſperſa eſt, ita quòd immanitas atrociſſimi Tyranni,qualis fuerat olim paucis nota, nunc omnibus patet. Verùm pro eo opere, nihilo minoris gratiæ agendæ ſunt Sebaſtiano Fauſto Longiano,quàm tanti operis auctori,quando is antiquitatis ſtudioſus,volumẽ ipſum ex abditis eruerit, & publicè cum ornatiſſima præfatione dederit imprimendum.

S. Fauſt. Long.

## LXV.

ECCELINO extincto,Albericus de Romano eius frater Taruiſij & Dominus,& ſacrilegus,& Tyrannus,id ſibi extremum eſſe futurum excidium veritus,occultè quidem,Theſaurum ſuum, & cariora omnia ad eius oppidum Sancti Zenonis,quippe munitiſſimũ, ab Eccelino extructum inexpugnabile, Taruiſio diſtans ad xviij. milliaria,demandauit,mox mortem ſibi patrari ſuſpicans, eò cum coniuge,& filiis,& ſibi carioribus,& cum ſolita Germanorum cuſtodia,ſe recæpit. Quo digreſſo illico ab illo exules,ac profugi ciues nobiles Taruiſini in vrbem recæpti ſunt. Alberici Palatium ſtatim euerſum eſt,& illius foſſæ circumcirca obturatæ, ad hæc, conſulũt

Taruiſini

Digitized by Google

Taruiſini interea quid de Tyranno: decernitur ſententia, Marco Baduario Prætore, omnia Eccelini, omnia Alberici bona, vbi vbi comperiantur, publicari, confiſcataq; fore: Communitati inquam Taruiſinæ adſcripta, atq; adiudicata; vlteriùs damnatur perpetuo exilio Albericus cum vxore, & filijs: pœna iniuncta illis maxima, qui de illo reſtituendo, quauis ampla conditione, proponeret: quod ſi ille, & filij in iuſtitiæ vires deuenerint, caudæ Equinæ alligati per vrbem trahantur, deinde ſuſpendio afficiantur: vxor autem, & filiæ comburantur: Quod, ſocijs armis obſeſſo diu oppido, ac tandem à cuſtodibus, mortem præſentem ſpectantibus, habito, captis omnibus, ita patratum fuit. Alberico, ferreo quodam inſtrumento impoſito os apertum tenetur, ne valeat loqui: coram ipſo ſex eius filij mares adúſq; minimum interficiuntur, & in fruſtis pluribus dilaniati per exercitum diſperguntur: coniux, & filiæ ante eius oculos concremantur, earumque cineres ventorum flatibus committuntur. Albericus porrò ad Equi caudam deuinctus trahitur per exercitum vniuerſum cuius deturpatum, deformatum, disfractumque cadauer beſtijs vicinorum nemorum, merito quidem, proiectum eſt. Caſtrum præterea ad vſque primos lapides dirutum, deſolatum: quod quidem de Romano, & de caſtris alijs, quibus hæc loca circiter Eccelinus, ſiue Albericus, potiebantur, effectum eſt. Itaque his tragicis ſpectaculis ſuperba æquè, ac crudeliſſima ſtirps de Romano, terror Inſubriæ, & flagellum Venetiæ per longa tempora, tollitur, extinguitur, ac funditus aboletur.

Anno Salutis noſtræ MCCLX. IX. Cal. Sept.

---

Leguntur ibi reconuentiones, obligationes, ac pacta Coneglanenſium cum Taruiſinis poſt vendicatam Patriæ libertatem.

---

## LXVI.

ANNO HOC MEMORABILI, quo innumerabiles diſcordiæ, atque hoſtilitates remiſſæ ſunt, ac extinctæ, Nouum quoddam, & inauditum per vniuerſas Italiæ partes occurrit; ſiquidem omnes prima hyeme nudi longo agmine bini euntes, tecto corpore duntaxat infra vmbilicum per vrbes, vicos, & villas villicolæ incedebant, ſe flagellis ex loris cedentes, & pſallentes Dei laudes, ac Beatæ Mariæ, quinetiam clamantes Pax, Pax. Mulieres itidem in turmis hoc noctium temporib. faciebãt: & ſacrilegus, quicumq; id non ageret,

Digitized by Google

ageret, habebatur: ad Ianuarium paulatim ea defecit nouitas, Quæ appellata fuit Verberamentum.

Andr de Qu. T. Anno Sal. MCCLX. ex Hyſt. And. de Quero.

LXVII.

INÆSTIMABILIS lætitiæ ſigna per Venetiam Vniuerſam, per Inſubriam, per vrbem Venetiarum: pręcipuè autem per Ciuitatem Taruiſij monſtrata ſunt propter excidium, extirpationemque radicitus Tyrannorum de Romano, propter vendicatam Patriæ, reſtitutamq; libertatem, propter quietem, & pacem, & vrbis noſtrę reparationem inde ſecutam: Quapropter Deo in primis gratias agentes Taruiſini, per eorum maius conſilium decreuerunt, vt quotannis memorabili illa die Sancti Bartholomæi, qua Albericus, & filii morte confecti ſunt: & die Sancti Franciſci, qua procul à Tyranno expulſi ciues in patriam rediere, ſolemniter in perpetuum Deo opt. max. gratiæ nouarentur.

Ex lib. 6.

Anno Dom. MCCLX. menſe oct.

LXVIII.

PRÆTENDENTIBVS viciſſim Veronenſibus, Vincētinisq; Quinet. Patauinis, SIMEON Card. Legatus Apoſt. Qui tunc Venetiis CRVCIATÆ contra Manfredum Neapolis Regem ſolerter inſtabat, operatus pro Venetiæ quiete, ac præcipuè Taruiſij à ſede Apoſtol. protecti: vt partes hæ omnes diſcrimen ad Taruiſinorum, quippe neutralium, conſilium compromitterent, obtinuit. Hic, re Venetijs ritè diſpoſita, Taruiſium venit, accæptus luculentiſſimè biduum permanſit in Templo Cathedrali Cruciatam hanc publicauit: & hinc abſcedens in Galliam contendit.

Anno Salut. MCCLXI.

LXIX.

BEATA IVLIANA ex nobili, ac antiqua Comitum Collaltinor. proſapia, Monaſterij Sancti Blaſij, & Cataldi Venetijs poſiti Fundatrix, & prima Abbatiſſa, clara miraculis obdormiuit in Domino, & adhuc eſt cephalalgicorum auxiliatrix. Sequenti anno Taruiſij vita exceſſit Fr. Gulielmus Taruiſinus Dominicanus Tortoſæ Epiſcopus: ſubſequenti porrò anno Proſauius Nouellus Ciu. Tar. Cenetæ Epicopus, antiquas ſeruans conuentiones, prima Martij in Taruiſino conſilio fidelitatem Taruiſinis iurauit.

Idem præſtitit iuramentum Marcus Flabianus Ep. ſucceſſor. 1280. Idē Proſauius moritur Ep. Tar. 1291.

Anno Sal. MCCLXIV.



Digitized by Google

LXX.

FR. PARISIVS BONON. ordinis Camald. ſacrarum D. Chriſtinę dicatarum Virginum Tar. LXXX. annor. ſpacio cuſtos, ac Rector irrepræhenſibilis, anno ſuæ ætat. CXVI. clareſcens miraculis è corporis vinculis euolauit. Corpus Beati viri infra earum Templum in aræ tit. in arca marmorea reconditum in hanc vſq; diem ſumma deuotione ab omnib. veneratur. Quarum monacarum Virginium ab eo tempore in hodiernum Diui Pariſij nomen ſortitum eſt. Anno Sal. MCCLXVII. ob. XII. iun.

LXXI.

GERARDVS de Caſtellis C. T. Comitis Conradi Fil. Carrarienſium affinis, Gibellinus, odio proſequens Brancaleonem Ricchium C. T. Alberti Taruiſii Epiſcopi fratrem, ſecunda Paſcatis die ſolemni, dum diuinis Epiſcopus vacaret officiis, illum cum conſanguineis aggreſſus in foro confodit; vnde augetur pugna adeo, vt triginta tunc temporis fuerint interfecti. Epiſcopus aufugit in Arcem Cornutæ ſibi ipſi conſulens: quare Gerardus tunc factus ſuperior plures ciues ſibi ſuſpectos ab Vrbe expulit, & in domus inimicorum ignem coniecit.

Anno Dom. MCCLXVIII.

*LXXII.*

FAME horribili Venetis grauiter laborantibus; cum à locis maritimis frumenta conquirere haud potuiſſent: miſſis nunciis ære grauibus Patauium, Taruiſium, Ferrariam, ad aliasq; finitimas Ciuitates triticum ex gratia mercaturis, à nullis aliis, præterquam à Taruiſinis non modicam frumenti quantitatem, grati quippe animi ſignum maximum, Veneti reportarunt. *Sabel.*

Anno Dom. MCCLXVIII.

*LXXIII.*

BONIFACIVS POLA TARVISII Prętor anni MCCLXIX. Compoſiturus diſcordias inter Albertum Ricchium Epiſcopum, ciuemq; Taruiſii, & Gerardum de Caſtellis ex primis vnum: depoſitis mille argenti Marchis Venetiis pro Epiſcopi cautione, conſentiente ſummo Pont. Clemente. IV. Arcem Cornutæ ab Epiſcopo recæptauit.

Familia Pola, ſiue Ædepolēſis, aut de Caſtropolæ, quæ & Sergia nuncupata, diu Caſtri, vrbisq; Polę, Polenſisq; Territorii Domina,

iam-

Digitized by Google

iamdudum inter Taruiſij primarias recenſetur: vbi Palatium illud conſtruxit nobile, ſi vſquã aliud, inſulæ ad inſtar poſitum in Vrbis vmbilico. ex ea, veluti ex Equo Troiano, viri eximij, ac Illuſtriſſimi, Doctores, Equites, Prætores, Ductores gentium, Cardinales, ac ſummi Pontifices prodiêre. viuunt ex maribus modò ſuperſtites duo, Sergius, & Antonius generoſiſſimi iuuenes in Principum Virorum congreſſibus valde noti.

Anno igitur MCCLXIX.

LXXIIII.

SOPITÆ aliquamdiu Guelforum, ac Gibellinorum partes, per Albertinum, & Marſilium de Carraria Paduę extores ecce tunc excitantur. quare 7. Decembris anni 1274. fuit per vniuerſam vrbem magna ſeditio, et conflictatio inter hos albos, & rubeos vocatos: qui tumultus ex auctoritate Gerardini longi Veneti tandem ſedatus fuit: cuius quidem perturbationis certior factus per Patauinos Phylippus Perſembrunus Taruiſij Prætor, auctoritate conſilij Patauiũ deſtinat Petrum de Plombino, & Bonſemplantum Buonaparte Nuncios: Qui vna cum Prætore Patauo non ſine maxima difficultate pacem inter partes introduxerunt: & Taruiſium reuerſi ſuaſerunt ciuibus ſuis, vt ad tollendas huiuſmodi ſeditiones in eorum vrbe diuiſionibus iſtiuſmodi validè ſeſe opponerent: quapropter penultima Ianuarij die, pœna ciuibus iniuncta dexterę manus, & perpetui exilij, & exteris pœna capitis, cautum fuit, ne quis vlteriùs nominetur Guelfus, aut Gibellinus: quandoquidem huiuſmodi diſtinctiones nedum in priuatis ciuitatibus magnam confuſionem pepererant: verùm etiam inter maiores Principes, ſequentibus Guelfis Pontificem, Gibellinis autem Imperatorem.

Anno Sal. MCCLXXV.

LXXV.

MORITVR GVIDVS Tẽpeſta Aduogarius Epiſcopatus Taruiſij, in cuius loco ab Alberto Ep. ſufficitur Arcticus Guidi Fil. adſignãdo illi profectò omnia Aduogarię iura a via Poſthumia infra cũ omnibus eius oneribus, vtilitatibus, donarijs, & prærogatiuis: præſtito per eum fidelitatis iuramento Eccleſijs Sanctæ Mariæ de Aſylo, & S. Petri de Taruiſio, ipſiq; Antiſtiti Taruiſino; quo poſtea vita functo vacauit Epiſcopatus ſedes per ſeptennium; quo vacationis tem-

Digitized by Google

tempore eius iura ab Aduogarijs acriter defenſa fuerunt, ac conſeruata.

Anno Dom. MCCLXXXI.

LXXVI.

CLEMENTIA RODVLPHI IMP. FIL. CAROLO COMITI DE ANGIO deſponſata Patriam maritalem petens pluribus Heroibus ac Matrib. Comitata, à Taruiſinis cum eorum Praetore in vrbem recipitur, tractaturq; ſplendidiſſimè. Quae ſanè hinc abſcendens, XII. argenteis pateris ab ipſiſmet Taruiſinis donatur.

Anno Sal. MCCLXXXI.

LXXVII.

GERARDVS DE CAMINO altioris animi, fortitudinis, ac ingenij Vir, Factionis Guelfae non poſtremum caput, plebis cum primum ſtudio ſibi ex duor. mill. Taruiſinor. collecto conſilio, captioſè quidem, quò frequentius cenſeretur, Capitanei Generalis Taruiſij nouum nomen aſciuit, ac inſolitam poteſtatem adeo, vt abſolutum, apud ſe Taruiſij Principatum conſtitui videretur: vnde pro arbitrio omnia voluens, ac iudicans, Tyrannidis ſpeciem non illegitimam incurriſſe ſatis ſuperq; appareret: quod boni ciues aegre ferentes, praecipuè generoſa familia de Caſtellis, in Tyrannum conſpirant: caeterùm res non ſuccedit ex ſententia: quare Gerardus, Iacobus, & Bonifacius de Caſtellis, atq; alij ſecum optimates non pauci exulant: alij plures Venetijs relegantur: eorumq; bona publicata. Porrò exules in eorum oppida, ac fortalitia recedentes à Caminenſe magno conflato exercitu opprimuntur, debellantur: transfoditur Bonifacius, oppida fermè omnia, ac fortalitia, & Caſtelliorum aedes infra Vrbem cum Turri radicitus deſtruuntur. itaq; Gerardus adhuc magis ſuperbiens in eius penè abſoluto Dominio Taruiſij duos, & viginti annos vitam traduxit.

Anno Sal. MCCLXXXIII.

Taruiſij infra ſacram D. Laurentij aedem proſtat marmor nobile huius facti teſtimonium, & ſancti operis documentum inſigne. Videlicet. D. O. M.

Templum hoc in honorem S. Laurentii Mar. erectum ab Alberto Ricco Epiſcopo Tar. ex caementis Palatii Gerardi de Caſtellis Deiecti funditus, & ſibi à Rep. Tar. donatis ſuper fundo Domus



Digitized by Google

Brançaleonis fratris ſui à Gerardo interfecti: ſumpta ad hoc porticus parte iam ſuper ſolo ſuo conſtructę in piam fratris memoriam.
Anno Dom. MCCLXXXIII.

## LXXVIII.

GERARDVS DE CAMINO tradit in matrimonium Agnetem filiam Nicolao Maltrauerſo Comiti, Comitis Guidi, & Conſtantiæ Marchionis Obicij natæ Filio, Loccii, ſeu dicas Lucii cum Scard Oppidi inquã vnius Patauini agri Domino: quarum occaſione Nuptiarum Taruiſii per octiduum tripudia ſolemniſſima facta ſunt: quibus Patauini complures præcipuè, ac Foro Iulienſes interfuère; Queis exactis Obicius Marchio Eſtenſis deduxit ſponſam ad Caſtrum Noale, vbi grato animo accæpti ab Arctico Tempeſta Caſtri Domino pernoctarunt: & mane miſſa audita abeuntes Patauiũ deuenerunt: vbi in Publico Palatio tripudia pulcherrima ſunt exhibita, & pares ludi: Nicolaus quippe magnæ vir auctoritatis, nobilis, & locuplex valde, dapſilis, ac magnanimus Patauii pollebat plurimum; cuius temporis interſtitio Marchio Eſtenſis creatur Mutinæ Dominus: vnde Taruiſini amico ſingulari congratulaturum ſibi communis nomine Bonaccurſium de Arpo Nuncium deſtinarunt. Et poſtannum illimet Bernardum Todeſchinum, & Henricum Ainardum miſerunt lætitiæ ſigna, qua cæperant expoſituros ex quo audierint ipſum Conſtantiam Alberti della Scala Veronæ Domini filiam vxorem duxiſſe.

*1303. fuit Nicolaus hic prætor Taruiſij.*

Anno Dom. MCCLXXXVII.

De Nicolao autem Maltrauerſo Lucii Comite, quem diximus, & de eius coniuge, ſic Scardeonius rerum Patau. libro 3. Nicolaus autem Maltrauerſus Guidonis ſupramemorati filius, cui cognomẽtum fuit à Lucio Patauino vico, cui dominabatur, diues admodum, & ex vtroq; parente nobilis: qui nobilem quoq; vxorem duxit Agnetem Gerardi Camini Taruiſii Principis filiam. Is (vt refert Muſatus poeta in ſuis hyſtorijs) fuit vir miræ eloquentiæ, profundiſſimi ingenii, magnanimitatis immenſæ, liberalitatis profuſę: ſed ambitionis intolerabilis, ciuilia inſtituta abhorrens, præter ea, quæ ſe auctore edita fuiſſent. Tantæ autem potentiæ inter ciues ſuos, vt, quamuis priuatus, poſſet tamen ſeptingentos armatos ad nutum, in ictu oculi ſibi pro arbitrio comparare, &c.

*B. Scard.*

*Muſat.*



Digitized by Google

LXXIX.

LAICORVM ordinis Fratrum Militantium contra infideles PRIOR Sanctæ Mariæ Virg. Matris de Foſſis, TOLBERTO CALCIA Præſule, & ciue Tar. primum iaciente lap. Templum conſtruit iuxta Silis fluenta extra Muros; id temporum, bellorumq; iniurijs deſtruitur; PRIOR nihilominus, cruce rubea in Pallio inſignis, Bonorum poſſeſſor plurimorũ inalienabilium, permanet ſemper; donec in terris degat, vnus de collegio nobilium Ciu. Tar. per frequentiorem ſuffragiorum numerum conſtitutus, vxoratus ſit ille, necne; vel vxorem ducturus, vel cęlebs. Ad pręſens (MDCXIII.) Aurelius Vonicus octogenarius, coniugem nunquam expertus, vir religioſiſſimus. Quo Venetijs hoc anno menſe Iulij, vita functo & reuecto in patriam corpore, die 29. Auguſti eius loco creatur per collegium Nob. Auguſtus Actionius Aduogarius ferme ſeptuagenarius. Herculis, Taurelli, & Altinerij Pater, Vir ſapientiſſimus: compater meus ſuauiſſimus.

Anno Salut. MCCXC.

---

Subſequuntur prætenſiones, excurſiones, & prælia, incenſiones & prædæ, inter Patriarcam Aquileienſem, & Taruiſinos: excommunicatio Patriarcalis, Taruiſinorum prouocatio ad Apoſtolicam ſedem, iudices delegati, &cęt. Differentiæ inter Taruiſinos & Patauos occaſione confinium, compromiſſum, ſententia, &cæt. vſq; ad annum MCCCIII.

---

LXXX.

FR. NICOLAVS ORDINIS D. DOMINICI CARDINALIS HOSTIENSIS, BOCCASSII BOCCASSINI NOTARII TARVISINI FIL. BONIFACIO VIII. vita functo, ſummus Romanus Pontifex creatur. Hic maximis compoſitis controuerſijs, Pacem Italiæ affectans, grauioraq; mente concipiens, ſeſe Peruſiæ diſtinebat; eò vſq; ſe contulit digreſſa Taruiſio iamdudum vidua Mater eius, vt ſublimatum inuiſeret filium, illumq; in tanta maieſtate conſpicaretur; Hanc veſtibus ſatis humilibus indutam Peruſini, ijs reiectis, magnificè, vt tanti viri Matrem decebat, exornant, nunciantq; Pontifici matrem eius adeſſe: ad eum ſtatim admittitur: qui mulierem conſpectans admirabundus, eam neſcire ſimulans, dixit, hanc eſſe Matronam aliquam maximam, non autem matrem ſuam, quæ pauper erat, quam optimè quidem dignoſceret,



Digitized by Google

ſi eam videret: quibus ab illa auditis illico lubens exijt, atq; his confeſtim neglectis, reiectisq;, receptis proprijs vilioribus indumentis reuerſa, a ſummo, Beatoq; Pontifice Filio Mater humilis protinus recognoſcitur, ſuſcipitur, amplexatur.

Anno Dom. MCCCIII.

Qui porrò ſummus Pontif. die 6. Iulij. MCCCIV. viuere deſijt Peruſiæ, & tumulatur, de illius vitæ ſanctitate non paruis, nec paucis ſignis exhibitis: cum ſediſſet Papa octo dumtaxat menſibus cum dimidio.

LXXXI.

RICCIARDVS DE CAMINO Taruiſii Capitaneus Generalis a Bononienſibus, qui tunc cum Imolentibus militabant, vt iis ſuppetias ferret, rogatus, cētum ſelectos equites prorſus inſtructos, cum galeis quibuſdam ad galeruli formam expreſſis, lubens demiſit. hi ſtrenue ſe geſſerunt mirandum in modum: quare, Imola per Bononienſes conquiſita, tranſiit in prouerbium apud eos, li Triuigiani dalla capellina. milites quippe præſtantes, ac generoſi.

Anno Dom. MCCCVI.

LXXXII.

RAMBALDVS COMES DE COLLALTO ENSEDISII FIL. qui cum maiorib. ſuis fuit inter primates Taruiſii ſemper commemoratus, eritq; cum poſteris in perpetuum: poſteaquam a ſummo Pont. Benedicto XI. Tar. anno MCCCIII. fuerat Marchionis Anconæ titulo decoratus: Petro Gradenico Venetiarum Principe, ille cum Deſcendentibus ſuis Venetæ nobilitatis faſtigio colluſtratur, vti Reipub. amicus, ac zelator optimus.

Anno Dom. MCCCVII.

Hic poſt biennium fuit Prætor Taruiſii.

LXXXIII.

HENRICVS VII. IMPER. ROMAM aditurus ex ſummi Pontif. manibus coronandus, cum potenti exercitu, cum coniuge, eum cohorteque ſpectatiſſima in Italiam deſcendit: in qua per annos plures LX. haudquaquam vllus viſus fuerat Imperator: præmiſſis nunciis Venetiæ Ciuitatibus, & Inſubriæ, quo eum, vti illarum ſupremum Dominum, venientem gratanter acciperent, ſalutarent. Taurinum apppulit primo Aſtim deinde, vbi & Comites Ficini, Vercellij, & Laudis eum in Dominum recognoſcūt: quibus in

Ter

Terris poſitis eius Vicariis, Mediolanum inſubriæ caput deuenit Vicecomites Gibellinos, & Turrianos Guelfos conciliaturus, Galeatium Vicecomitem tunc temporis Prætorem Taruiſii in vrbem remiſit, & Guidum Turrianum Vercelli Comitem deſtinauit: atq; aliæ Inſubriæ Ciuitates mittentes ad Cæſarem Nuncios Imperiales Vicarios accæptarunt. Cæterùm Taruiſini, cui Ricciardus de Camino Capitaneus generalis præerat, Patauini, Ferrarienſes, & prçcipuè Florentini, quos Dâtes propterea cæcos vocat, partem Guelfam profeſſæ id facere recuſarunt. audito poſtmodum quàm malè tractauerit Cæſar Vrbes illas, quæ illum, vti dominum agnoſcere renuerunt, nedum Taruiſini, Patauini, & Ferrarienſes, ſed & Veronenſes, & Placentini, & alij ad Imperatorem legatos miſerunt (nô ſic Florentini, qui ſanè poſt biennium peſſima paſſi ſunt) pacem petentes, ſeq; Cæſari in poſterum ſupponere declarâtes: quod Imperator læto animo accipiens, Vicariosq; ſuos in his conſtituens Ciuitatibus, de eius itinere ad Pontificiam vrbem conficiundo vlteriùs cogitauit. Anno Dom. MCCCX. *Dantes*

---

LXXXIV.

FRANCISCVS DE ARPO C. TAR. Fr. Dominicanus Epiſcopus Cenetenſis, religione inſignis hoc anno migrauit ad Dominum: quo & Frater Faſcus Taruiſinus eiuſdem ordinis, ſummi Pontif. Benedicti noſtri nepos dilectiſſ. lucis huius vſuram amiſit. Anno Dom. MCCCX.

---

*LXXXV.*

RICCIARDVS DE CAMINO in Gerardi patris locû MCCCVI. Taruiſij vita functi Capitaneus Generalis, eiusq; opere, priùs ſuffectus: tum & Generalis ibidem Imperij vicarius ab Hêrico VII. ex numerata pecunia conſtitutus: nedum talis, ſed & Dominus, vt, qui arrogans, & ſuperbiens, quinetiam Taruiſij Princeps indigitabatur: quapropter odioſus admodû redditus, magis autem ob patratum indecens facinus, à coniuratis, ruſtico percutiente, dû luderet latrunculis in eius Palatio, interficitur, interfecto ab illis illico interfectore. Anno Dom. MCCCXII.

---

*LXXXVI.*

RICCIARDO CAMINENSI ſufficitur Capitaneus Generalis, & Vicarius Imperialis Taruiſij, tum Feltri, & Belluni GuecelPus defuncti frater: vnde nô ex Senatus conſ. aſt ex priuatorum inſi-

dijs

Digitized by Google

dijs extinctum fuiſſe Ricciardum dignoſceretur. Cum autem Guecellus, ex intelligentia Henrici Goritiæ Comitis, Taruiſium Cani Scaligero tradere decreuiſſet, facta conſpiratione ab optimatibus Ciuitatis, ad Campanæ Exterminij ſonitum in Guecellum irruitur in aurora: qui, dum eius Palatium expugnatur, per poſticum duob. famulis comitatus, extra vrbem aufugit. Quapropter Taruiſium à dominantib. Caminenſib. neq; nō à ſcaligero his ingenijs liberatur. Anno Sal. noſtræ. MCCCXII. XV. Dec.

LXXXVII.

Taruiſinis Coneglanenſes miſerunt Nuncios, qui ob recæptam priſtinam libertatem ex Caminēſium disfracto iugo, ſibi gratularentur: poſtulantes pariter iuriſdictiones, ac prærogatiuas, quibus gaudebāt ante Caminenſium in Ciuitate Dominium, ipſis interim confirmari. Quapropter pactis, & conuentionibus ijs amicabiliter renouatis, Coneglanenſes ſub Taruiſinorum regimine honeſtis conditionibus remanſerunt. Quo temporis curriculo propter ſuſpectas Canis Scaligeri, & Guecelli extorris, cum Comite Goritiæ fœdere iunctis, inſidias, decernentes protinus eorum caſtra, ac fortalitia ſyncerius cuſtodiri, quocumq; Rectores miſerunt. Coneglanum recturos Robertum Comitem de Collalto, & Altenerium de Actionibus demandarunt: atq; vrbis Capitaneum Generalem Comitem Rambaldum de Collalto conſtituerunt. Anno. Dom. MCCCXIII.

LXXXVIII.

CANIS SCALIGER CÆSARIS vtens auctoritate Taruiſinorum ſubſidium petijt contra Patauos, at incaſſum: quare ex tractatu Taruiſij Dominium affectabat, irrito tamen; Quapropter Henrici Comitis Goritię auxilio contra Taruiſinos promouit: quo caſu Patauini Taruiſinis ferunt ſuppetias: franguntur nihilominus Taruiſini ad Mōticanum fluuium intercepti; Comes autem, ad Plabis rapidum flumen cum perueniſſet, ſtetit, vlterius non agnoſcens fortunam ſuam: qui deinde pepigit cum Taruiſinis, & donarijs multis accæptis, Victor, ac diues Goriciam ſe recæpit. Hic ſubinde, auidus factus nimis, arma denuo contra Taruiſinos aſſumpſit: qui iterū à Patauinis illico auxilium retulerunt, metuentibus illis ne Canis Scaliger Comiti adiunctus contra ipſos moueret. Protrahitur negotium occaſione Guecelli Caminatis, præcipuè ob attentatum ab

co

eo facinus apud Cęſarem, q͞ perduellionis rei eſſent Taruiſini in occidendo Ricciardo eius fratre Taruiſij Vicario Imperiali: qua de re Cæſar Taruiſinis iraſcitur vehementer; quocirca mittunt Imperatori Nuncios Taruiſini, qui illum doceant, Ricciardi mortem ex priuato, non autem ex publico affectu tunc proceſſiſſe, iurantibus illis interea obedientiam Cæſari pariter, ac fidelitatem.

Anno Dom. MCCCXIV.

## LXXXIX.

ITINERANTES NVNCII TARVISINI AD HENRICVM VII. in Hetruria commorantem, Bononiæ percęperunt, illum Bonconuenti Senarum oppidi. XXV. die Auguſti extremum vitæ ſuæ diem concluſiſſe: ob id re infecta Taruiſium protinus reuertuntur: tum decernunt vnanimes Taruiſini eorum inceptam libertatem ſequi: quapropter Cæſareis inſignibus, quæ parum antea erexerant, à Portis Vrbis depoſitis, vſquequaq; vnica Communitatis ſigna repoſuerunt, tum & Prætoris: ſtatuentes, generoſo quidem animo, ſperantesq; ſeſe in accepta libertate fore cõſeruaturos. Quocirca à finitimis ciuitatibus mittuntur Nuncij Taruiſinis de tanta eorum libertate gratulaturi: miſerunt Veneti Henricum Delphynum, & Nicolaum Gradenicum: miſerunt ſuos & Patauini. Ex lib. 7.

Anno Sal. MCCCXIV.

Prætereo Henrici Comitis Goritiæ inuaſiones in Patriarcam Aquileienſem, adiuuante præcipuè Guecello Camin. & quomodo Patriarcæ ſuccurrerent Taruiſini, tum & Patauini. Prætereo ſimul Canis Scaligeri querimonias cum Taruiſinis quorundam damnorum militarium cauſa in eius agris Vincentinis, & Veronenſibus, vt Patauinis fauerent, tum eius aſtus, & damna reciproca: & quę occaſione oppugnationis Baſſiani ad Scaligerum contigerunt, & alia huiuſmodi; prętermitto & Patauinorum percuſſum fędus cum Rege Boemiæ, & Poloniæ conſcijs Taruiſinis, dataq; ijs optione ad Societatem, & huiuſmodi alia paſſim, vti ea, quæ non adeo multum ſpectant negocij Taruiſinis. curioſus legat.

## XC.

IN ſuſpectis belli motib. Comitis Goritiæ, & Canis Scaligeri harum regionum Dominio inhiãtium, in Patriarchæ ſubſidium alijs tercentum peditibus & centum Equitibus demandatis, Taruiſini, rebus ſuis omnibus prouidere conſtituunt; quapropter muniunt

vrbem,

Digitized by Google

vrbem,oppida,ac fortalitia,pręficiunt capita cũ militibus ſuis locis omnibus,portis Vrbis,ac burgis, quæ tunc erant XI. quinq; autem burgi:deſcribunt alios mille pedites,& ducentos Equites: ad hęc renouant Communis Inſignium,& id quidem magnum:in cuius medio B.Virgo mater cum filio,ad dexteram Sanctus Petrus, ad ſiniſtram verò Sanctus Liberalis, protectores Vrbi; quod ſanè inſignium erat norma totius exercitus,& ex occaſione ad maioris Cãpanæ ſonitum deferebatur in Forum ſub quod cuncta alia Fraternitatum inſignia,cum earum armatis gentibus decurrebant:atque ad Prætoris nutum maius vexillum hoc mouebatur:ad cuius cuſtodiam quingenti homines tunc fuerunt electi:porrò adiuncti Prætori ipſi,atq; antianis ex ciuibus ſelecti XII.ſapientes,vt omnia Taruiſinorum ſumma negocia maturo iudicio,ac ſubtili virorum examine librarentur.

Anno Dom. MCCCXIV.

---

## XCI.

EX BELLO PAX ORITVR. Id euenit præcipuè Patauinis attentantibus Vincentiam in Canis Scaligeri manibus conſtitutam belli virib. obtinere:quam nihilominus pacificè, pactis quibuſdam legitimis,per Canem ſibi oblatam prorſus recuſauerunt;quare Vincentiam oppugnantibus Patauinis,dum expugnatam illam credentes conantur ingredi Sancti Petri portam Victores, opportunè reiiciuntur à Scaligero,franguntur,trucidantur,quinetiam capiũtur ad M D. His Taruiſij auditis,pertimeſcentes canis inſidias, ac Euſortunium,ex S. C.muniunt magis vrbem,& caſtra,necnon augent vbique præſidia; ad hæc amicis Patauinis ſuccurrunt, deſtinantes illis quinquaginta cataphractos milites, & pedites quadringentos decreuerat Canis contra Patauinos Caſtra metari, diſſuadetur tamẽ à Iacobo de Carraria,de captiuis in Vincentię concertatione ex primis vno,difficultate facti propoſita, propter populi magnum numerum,& viros vrbis,quinetiam propter auxilium,quod Patauinis præſtant continuè Taruiſini,tum Bononienſes,& alii.Iacobus præterea proponit Cani,ſe pacem tractaturum cum Patauis,initurumque iuſtis conditionibus, ac vtrinq; acceptabilibus. Quapropter, datis obſidibus Marſilio,& Iacobino Carrarienſibus, Iacobus Patauium proficiſcitur:magnificis conditionibus deniq; pax concluditur,eaq; vniuerſalis:quippe in illa compræhenſis Rege Bohemiæ, [illegible]thiæ.Comite Goritiæ,& Tirolli, Epiſcopo Tridẽtino,

nec

Digitized by Google

nec non Taruiſinis, Ferrarienſibus, Bononiẽſibus, Feltrinis, & Bellunenſibus; quare milites noſtri Taruiſium reuertuntur.

Anno Dom. MCCCXIV.

---

XCII.

BAIAMONTIS THEVPOLI Patricij Veneti conſpiratione in Principem Sereniſſimum ac Reipub. libertatem a ſenatorib. ſuperata: perduellibus expulſis, publicatis eorum bonis, & domibus ad ſolum deſtructis: extorris Baiamons poſt quadriennium cum ſocijs ſuis Taruiſium commigrauit: quo per Principem, atq; Remp. ſcito poſtularunt, ſpeciali gratia, Taruiſinos per publicos Nuntios Stephanum Gradenicum, & Antolinum Dandulum, vt eos ab Vrbe procul dimmitterent, ac exterminarẽt: Qua de re plures per Taruiſinos conſultationes habentur, multa aduocantur conſilia. XX. priùs cum Antianis, & Conſulib. tum XL. tum CCC. Prætore nunquam abſente. protrahitur negocium, mittuntur iterum Nuncij, Marinus Zenus, & Andræas Michael ſequenti anno: quare deſtinatur vnicus nuncius ad Remp. Ioannes de Monico, qui ſecum de re hac, & de quibuſdam alijs pertractaret; tandem, ne fiam longior, Taruiſini, vt Duci inclyto gratum facerent adeo optatum, ac Reipublicæ, Baiamontem, & ſocios dimmittunt procul à finibus ſuis.

Anno Dom. MCCCXV.

Quare falſum eſſe dignoſcitur, quod vulgò fertur, Baiamõtem. ſ. à mortario de feneſtra eiecto occiſum fuiſſe: bene quidem legitur in antiquis chronicis, necnon in Petri Gradenici Ducis epiſtolis ad Cretæ Ducem, Marci Quirini filium in factione hac vexilliferum à mortario, quod Iuſtina de Rubeis de feneſtra proiecit, morte fuiſſe conſumptum, præter hoc Taruiſini Archiuij teſtimonium.

---

XCIII.

BEATVS HENRICVS de Bolzano vir pauper ſimul, ac eleemoſinarius, Taruiſij vitam heremiticam, viuens omnia patienter ſuſtinens, diſciplinis, verberibus inquam mortificis vacans, de re diuina, deq; Oratione valde ſollicitus in ſe ipſum auſterus nimis, ſenex morte ſubtrahitur. illico, ò miraculum, campanæ omnes ſacræ Turris Templi Cathedralis, in cuius degebat confinio, a ſe ipſis ſuauiter ſonuère; vox exijt virum ſanctum migraſſe ad Dominum. defertur ab eius tuguriolo in vico panceriæ ad ſacras ædes: vndique concurſus maximus, ſtupor, miracula: miracula profectò eius innu-



Digitized by Google

mera a Petro de Baone Epiſcopo Taruiſino eius temporis, etiam regiſtrata, illum Deo fuiſſe, atq; eſſe gratiſſimum manifeſtant; ex vniuerſa Italia venère gentes plurimæ: toto trium priorum menſium tempore adfuerunt Taruiſij vltra XXX. millia hominum aduenarum: poſt oćtiduum reponitur in arcam fini marmoris affabrèfactam cum figuris anaglyphis, in eodem inquam Templo Cathedrali, & tollitur in aræ titulum. eius lintea funiculis contexta, aſperiora indumenta, flagellum, marmor, quo pectus percutiebat, tigillum puluini loco, ampulla eius ſanguinis, adhuc recentis, in ſacrario Templi ſeruantur, & quotannis die X. Iunij, nobis ſolemni, populo oſtenduntur, atq; obſeruantur. quolibet autem quinquenquennio corpus ſuum clathris occluſum ferreis monſtratur, colitur, veneratur, corollis hominum ſumma deuotione tangitur per ædituũ. Deo gratias agamus, qui nos tali cæleſti gẽma diuites fecit.

Abijt anno Sal. noſtræ MCCCXV. Die X. Iun.

---

## XCIV.

LIQVERAT LAVRENTIVM filium legitimum ſuum ex prædefuncta coniuge B. HENRICVS, egenum ſanè, quemadmodum pater fuit. Huic per Gerardinum de Braccis, Regimpertum de Brayda, Oliuerium de Beſſega, et Iacobũ de Caſtaneolis, ad hoc per conſilium electos traditæ fuerunt poſſeſſiones duæ proficuę de iuribus Communis Taruiſij: quò haberet vnde ſe ciuiliter aleret hic bonus ciuis: datis illi exemptionibus, atq; immunitatibus omnis generis: Quæ fuit Taruiſinorum in ſanctum virum recordatio, & recognitio: hac quidem conditione addita, vt, deficiente eius linea deſcendentiæ, prædia hæc ad Commune ipſum reuerterentur.

Anno Dom. MCCCXV.

---

## XCV.

LVDOVICVS BVRGVNDIVS ACHAIÆ PRINCEPS VENETIAS aditurus, & traiecturus illinc in Achaiam, per Petrũ Lauretanum, & Marcum Maurocænum Viros clariſſ. petijt à Taruiſinis tranſitum ad portum Meſtri, qui quidem nõ grauatè illi conceſſus fuit, dummodo non traducat plures ducentis & quinquaginta equites, ex octingentis, quos ſecum ducebat Princeps.

Anno eodem MCCCXV.



Digitized by Google

XCVI.

CATHERINA FEDERICI AVSTRIÆ DVCIS, ELECTIQ; IMPER. SOROR, nupta Calabriæ Duci Roberti Siciliæ Regis filio primog. à Taruiſinis habetur obuiam: ſub thenſis recipitur: hoſpitatur, tractaturq; lautiſſimè. Altera die, XII. argenteis aurat. crateribus Donatur. Tertia verò in eius gratiam captiui omnes carceribus recluſis liberantur. mox inde per Terraleum Venetias petens ad vſq; confinia per legatos Taruiſinos comitata, illis pro ſummis in ſe collatis ſtudijs ſummas agens gratias iter ſuum eſt proſecuta. Anno Dom. MCCCXVI.

---

XCVI.

Quæ hoc anno, MCCCXVII. Memorabilia Taruiſij contigerunt.

PLAVIS INGENS fluuius, quin & torrens, diutinis pluuijs, & liquefactis niuibus æſtuans, furensq; Naruiſiæ pagi nobilis, caſtri aliquando, aggeres rupit, campi æquor inuaſit: Taruiſium aggreſſa, ingreſſaq; Domus, molendina, pontesq; diruit; cuius impetu ex deriuatione in Silim ſedato, Naruiſiæ agger fortiſſimus, adhuc conſpicuus, ad inſtar propugnaculi, conſtruitur. Inde penuria ſegetum ſuborta, in Eccelini de Romano, tum Alberici fratris deſtructarum ædium vacuo ad D. Petri, Emporium, vulgò frumẽtorum Fundacus, erigitur. ad hæc, præ minutioris, & proinde ad erogandum commodioris pecuniæ defectu, in proximo Taberna monetaria inſtituitur, argento vſq; ad ſemiaureum ex inſigne Communis vtrinq; TARVISIVM CIVITAS, circumſcripto. porrò Montisbellunæ Mercatus celebris die Solis continuè fieri ſolitus, ad Mercurij diem ſtatuitur: &, nedum Venalium minuitur vectigal, ſed tollitur omnino. Inſuper poſitis cuſtodijs, ac præſidijs, præ hoſtium rumoribus, Taruiſij antiquæ Nundinæ non intermittũtur. Cumq; ora hęc Taruiſina præ nemorum latibulis eſſet parùm tuta, Decernitur, vt plurima incidantur, extirpenturq;. Decernitur præterea, vt ſcripturis omnibus ad Commune Ciuit. ſpectantibus ordinandis præficerentur duo: octo autem ſcribæ, vt in tribus voluminibus deſcriberentur, & abſoluitur. Vtinam priùs, & poſteriùs id actum foret, quò plurima memoranda, iam cymerijs ſpecub. ſepulta, internoſcerentur. Poſtremò Marcus Superantius Ioannis Venetor. Principis tunc viuentis Fil. (& hæc Taruiſij gloria) petit fieri ciuis Taruiſinus, & accipitur.

Anno Gratiæ MCCCXVII.



Digitized by Google

XCVII.

CASTONVS DELLA TVRRE Archiepiſcopus Mediolani cum creatus fuiſſet Patriarca Aquileienſis, miſſo Moſchino fratre eius locum tenente in Patriarcatu, Taruiſinis litteras deſtinauit, quibus de noua hac eius dignitate eos faciens certiores illis ob eam gratulabatur, promittens ſe quoquo tempore futurum eſſe & bonum vicinum, & amicum verum: atq; ideo magno animi affectu eos inſtanter orabat, vt & ipſi ſibi vellent eſſe & amici, & fautores; quod ſanè ſummam lætitiam, grandeq; ſolamen attulit Taruiſinis; quę porrò omnia ob prauum Patriarchæ infortunium fuère intercæpta: ſiquidem ille in itinere ad Alpes de equo prolapſus disfracto crure paulò poſt Florentiæ occubuit. porrò illi ſufficitur in Patriarcam Paganus della Turre, penès quem Dantes, à Guelfis Florentia expulſus, per annum Vtini vixit: quo loci antea traducta fuerat ſedes Patriarcalis: vbi etiam nunc ſummo cum decore conſeruatur.

Anno Dom. MCCCXVII.

---

XCVIII.

PVBLICVM ſcientias, vtriuſq; iuris leges præcipuè, prælegentium Doctorum ſtudium Taruiſij Anno Salutis MCCCXIV. occęptum, Anno MCCCXVIII. à Federico Rom. Rege peramplo Priuilegio confirmatur. Quę ſtudiorum Academia Eouſq; floruit, Donec Veneta Reſpub. Patauio potita, ibi duntaxat publicè in eius ditione, prælegendum decreuit. Quo temporis, prioris inquam, intercapedine cupientes Taruiſini Virum in arte Medica Excellentiſſimum experiri, Petrum de Abano Medicum illum æquè, ac magnum celebris famæ, cognomento Conciliatorem, magno illi annuo adſignato ſtipendio Taruiſium deuexerunt.

Anno itaq; MCCCXVIII.

---

Prętermiſi Canis Scaligeri in Patauinos decurſiones, vaſtationes obſidiones, incendia, Caſtrorum occupationes: adhæc Comitis Goritiæ contra eos intelligentiam: Auxilia Patauinis per Taruiſinos præſtita, nec irrita quidem: tum Caminenſis quædam cum Taruiſinis: præterea initam pacem inter Scaligerum, & Patauinos, Venetiarum inclyto Principe mediante: Quinetiam liqui præpotētiam Gibellinorum Patauij contra Guelfos, & illius vrbis Dominiū per Iacobum de Carraria habitum ex Canis licentia, & quædam alia paſſim; tum pacem Taruiſinorum cum Cane: tū etiam diſſenſiones

eorum

Digitized by Google

eorum quædam cum Venetis, & accommodationes ſubinde: ne, præter inſtitutum ordinem, ac propoſitum, longior fiam.

## IC.

TARVISIVM nimis pertinaciter infeſtante Cane Scaligero Veronæ, & Vincentiæ Domino, à Iacobo de Carraria Patauij Domino adiuto, ſicuti & à Guecello Caminenſe Taruiſij extorre, ac profugo: Quidam primarij ciues Taruiſini ruinam, & omne malũ vrbi inſtare (ita ipſi) proſpicientes, de ea Scaligero tradenda vnanimes coniurarunt: res interturbatur, nec ſuccedit ex voto: quapropter exulant hi ad quintam generationem, publicantur eorum bona, deſtruuntur & propriæ domus. Scaliger nihilominus ſæua omnia patrat contra Taruiſinos: deuaſtat Territorium in parte Aquilonari, occupat Caſtra multa, incendit pagos, dein Vrbẽ oppugnat: pugnatum eſt ſtrenuè, plures ex Scaligeri militibus periere: quare ira feruens canit receptui: tres ipſius vrbis burgos extra mœnia interim deſtruens, ac comburens: quinetiam per Caminenſem rebellem noſtrum deuaſtat regionem illam imparatam, quæ trahitur inter Plauim, & Silim ad vſq; mare; Præterea Naruiſiæ diruit Plauis aggeres, quò ab fluminis impetu inundetur Taruiſium, diruaturq;: at tamen, clauſis aquarum portis ad vrbem, fluuius per foſſas demittitur in Silim. Pax tractatur per Patauinos Nuncios, captioſè quidẽ, quamobrem dimittũtur re infecta; Tractatur ſubinde per Comitem Goritiæ Federici Romanorum Regis nomine, & ex ſimilibus ſuſpicionibus nil concluſum; fauebat nihiloſecius Taruiſinis Comes, aſt verbis Scaligeri, atq; artificio ab opere dimouetur; poſt dies paucos in parte Auſtrali Scaliger vrbem aggreſſus ſæuiùs, admotis machinis, omni ingenio vtitur, totis viribus conatur, vt muros diruat, vt in vrbem irruat, vt debellet deniq; Taruiſinos; fortiter tamen ab his reijcitur: imò apertis valuis, demiſſo ponte, egreſſi generoſi ciues Taruiſini pro laribus, & focis, & coram patrib. ſuis illos de mœnijs animantibus, viriliter decertarunt: in ipſo ponte diu dimicatũ incerto marte: vulneratur interim Scaliger in humero ex ſagitta de mœnibus iacta, malè ſimul tractantur eius cuſtodes corporis: Canis propterea rabie feruidus duplicat milites: quare noſtri, numero inferiores nimis, ſenſim ſeſe in vrbem recipiunt: inimici turmatim ruunt, in vrbem ſecum venturi, vnde nimium oneratus pons ſublicius, disfractus corruit, & ſecum pariter copiæ armis onuſtæ, nedũ corruerunt in Silim, ſed & ſubmerſę protinus perierunt: & ipſemet *Ex lib. 8.*

Sca-

Digitized by Google

Scaliger vix opportunè retraxit pedem: ſe recæpit illico, malum omen ſuſpicatus tam ſæuum caſum: quare burgum, & ſuburbia rabie turgidus ſtatim incendit: deinde Meſtrum petit bina aggreſſione, nequicquam tamen: Gerardino Spineta, qui præerat caſtrum acriter defendente: tandem Vincentiam indignabundus contendit: Opitergium autem Guecellus.

Anno Dom. MCCCXVIII.

---

C.

CANIS SCALIGER, rabioſus inquam canis, ex irrita Taruiſij expugnatione æſtuans, curato vulnere, accingit ſe ad nouam vrbis aggreſſionem, aſſerens, ſe id facturum, nedum vt Taruiſium acquirat, ſed vt etiam vlciſcatur de amicorum mortibus, & de ſanguine, quem profuderat. Taruiſini, habita de rebus ſuis longiori conſultatione, decernunt, ne in manus incidant Scaligeri, tradere ſe Federico Auſtriæ Duci Imperatori Electo. Quapropter miſſis legatis ſeſe Auſtriaco Domino dediderunt; Qui hilari fronte eos recæpit, & Ciuitati cum noſtris Nuncios ſuos remiſit: Qui in conſilio ex millibus, & vltra, hominibus conflato cum Epiſcopo Caſtellano, Pretore, Conſulibus, ac Antianis, lectis litteris, retulerunt, Duci Federico fuiſſe gratiſſimam hanc deditionem: eumq; recipere Taruiſinos amicè, & vt amicos fore continuè tractaturum: promittentem protectionem, honoremq; hoc autem addere decreuiſſe, quòd eorum prætor abinde Vicarius Cæſareus vocaretur: eiq; per trecētos conſiliarios fidelitatis fuiſſet præſtitum iuramentum: quare in manus Epiſcopi Lauentini, vnius ex legatis, fidem, atq; obedientiam Cæſari ſe præſtituros Taruiſini iurarunt.

Anno Dom. MCCCXVIII.

---

Validas aggreſſiones Coneglani aperto marte, tum & occulto per gentes Canis Scaligeri, & per Guecellum Caminenſem Gerardi fil. Taruiſij perduellem: generoſasq; non minùs, ac fortes, glorioſasq; reiectiones per Coneglanenſes factas, trucidatis, fugatisq; Canis copijs vſq; ad ſtatiua, illorum manubiis, & inſignib. interceptis, deſcribere non morabor: tum Caſtrametationes Canis in pago Lancenici ad Taruiſium obſidione tentandum: & centum ſelector. Equitum ad caſtellum ligneum (Baſtiam vulgò) in Burgo S. Thomę conſtructum tutandum ab inimicorum aggreſſu poſitorum audacem inuaſionem nocturnam in gentem Canis ad Caſtra ipſa, occiſis

ex

ex illis centum, & quinquaginta, plurimis vulneratis, vrbem ab obſidione interim liberando: & alia leuiora regiſtrare per capita haud quaquam volui, ne nimia lectione lector fatiſceret, & ſcriptione ampliori liber creſceret in immenſum.

## CI.

HENRICVS GORICIÆ COMES, & Tiroli: Eccleſiarum Aquileiæ, & Tridenti, & Brixiæ Aduogarius, atq; Patriæ Fori Iulij Cap. Generalis: FEDERICI Rom. Imperatoris Electi, eius Nepotis, Generalis Vicarius conſtitutus, Taruiſium, Cæſaris nomine, recturus accedit, nec admittitur à Taruiſinis, veritis, ne vt abſolutus Dominus ad illos ingrederetur. Demum, nec multo poſt tempore, quę rerum eſt viciſſitudo, inuitatur Comes, excipitur, & illi, Cęſaris nomine, poſt datum ſibi à Taruiſinis Prætoribus Coneglanum, vrbis traditur & Dominium. Qui deinde ob ſummam dexteritatem gratiſſimus noſtris effectus, Bono ciuium omine, Taruiſij Dominus, Cæſare id confirmante, a Taruiſinis vltrò conſtituitur, atq; obſeruatur. Anno Grat. MCCCXIX.

## CII.

POSTEAQVAM ALTINERIVS ACTIONIVS Nob. Ciu. Tar à Patauinis diu optatus, nutuq; Federici Cæſaris interueniente requiſitus, conſtituitur Patauij Prætor: quod Cani Scaligero Patauinorum inimico infenſiſſimo diſplicuit valde: quippe quia nimis iuſtè, ac fideliter Præturam adminiſtraret, vnde ſibi nullus pateret ad tractandum aditus: obſidet obſtinatè Patauium Canis: deniq; 3. Iunij noctu, ex intellectu quorundam ciuium, pulſis cuſtodijs vrbē inuadit: reiicitur ſtatim tamen multa ſuorum internecione, demerſioneq; in ipſum flumen. quo proſperè ſucceſſo facinore animati Patauini mirandum in modum ab Altinerio], qui nocte illa Forum cuſtodiuit armatus, veritus, ne à rebellibus forte proditio aliqua exoriretur, decreuerunt vſq; ad extremum vitæ ſpiritum decertare; Quapropter, poſt dies paucos, Altinerius, re maturè perpenſa, exploratq; multo ſtipatus milite de Porta Pontis curui egreſſus, concione priùs habita ad ſuos, ſpe ingenti, atque animo aggreditur Simeonem Philippum Scaligeri Capitaneum Generalem omnib. inſtructum, ac paratum ad bellum: quare acriter, ac viriliter ab omni parte pugnatur: incertus diu mars, dubiaq; victoria, multis vtrinq; cadentibus vulneratis, ac mortuis: demum ab Altinerio diſſoluũtur

Simeo-

Digitized by Google

Simeonis copiæ,interimuntur adhuc magis, fugantur: capiuntur Simeonis Equites quinquaginta,tum & ipſe Dux Simeon,quinetiā ſigna militaria quatuordecim aſportantur.Quibus feliciter abſolutis,in parui triumphi ſpeciem,his captiuis, his ſpolijs, his inimicorum vexillis decorati, Actionius Prætor,militiæq; Patauinæ Imperator intrat in vrbem die XII. Iulij Sanctis Hermacorę,& Fortunato,Taruiſinæ Eccleſiæ etiam Protectoribus,ſacra. ob quam felicem Victoriam Iubila Patauij ingētia audita ſunt: magnusq; Altinerio, adeo illuſtris Victoriæ auctori, delatus honor:illiq; ſubinde in forenſi Palatio ſublimis ſtatua fini marmoris conſtituta: quinetiam latifundia extorrum ciuium Altinerio eorum Prętori, ac Duci,bellatorique prudentiſſimo Patauini, grati animi ſignum maximum conceſſerunt.

Anno Dom. MCCCXX. XII. Iulij.

---

## CIII.

PERSTRINGENTE nimis Cane Scaligero per obſidionem Patauinos,qui omnia duriter ſufferebant, dum ex Germania à Federico auxilium expectarent.XX. Auguſti Vlricus de Valſe in Territorium Taruiſinum peruènit,vna die in pago Maceratæ quieuit, altera verò ad Quintianam villam perrexit:cuius rei certior factus Goriciæ Comes,Taruiſii Dominus,quingentis Equitib.ſtipatus ad illum deuenit,multis militib.& nobilib.Taruiſinis pariter Comitatus:ex quibus fuerunt inter primores Comes Rambaldus de Collalto,Guecellus Tempeſta Aduogarius, Tolbertus Calcia, & Franciſcus Salomon;Qui omnes die ſequēti Patauium,vt illud ab obſidione eximerent,vnanimes contenderunt quare exeuntes per portam Pontis curui ad Baſſanellum declinarunt, vt Canem adorirentur: qui audaciſſimus cum mille Equitibus venienti militiæ prodiit obuiam:vbi fortiter pręliatum,adeo vt victoria ad Canem Scaligerum viſa fuerit inclinare: verumenimverò, cum extaret ordo inter Vlricum,& Comitem,vt occæpto bello ſuppetias Vlrico veniret Comes cum eius Equitibus Germanis,& cum militibus Taruiſinis, vt hanc victoriam roborarent: rectà tendens Goritius comes foſſam tranſgredi cogebatur,vbi dum moraretur donec pons fieret,manu ſua creauit Equites Guecellum Tempeſtam,Tolbertum Calciam, & Franciſcum Salomonem Taruiſinos,& quoſdam alios,illos præmians ante Victoriam virorum generoſitatem agnoſcens,& robur: deſpondens poſt illā alios ſe Equeſtri dignitati fore decoraturum:

qua;

Digitized by Google

quapropter confuſus Canis, fractus, ac victus, vix opportunè fugiēs Monſilicem ſe recepit, &c.

Anno Dom. MCCCXX. XX. Auguſti.

Pax deinde ſecuta inter Canem Scaligerum, Patauinos, & Taruiſ.

CIV.

HENRICVS GORITIÆ COMES, Taruiſij Vicarius Imperialis, ac Dominus, poſteaquam ex duplicibus Canis inſidijs ſui corporis Taruiſij commorans euaſiſſet, captis proditoribus, ac ſuſpendio traditis, Federicum Auſtriæ Ducem eius Nepotem inuiſendi cupidus, licto ibi Prætore Thebaldo de Caſtronouo, Bauariam petijt: vbi Beatricem de Bauaria Virginem pulcherrimam ſexagenarius vxorem duxit; hic, poſt modicum temporis, dum quibuſdam nuptialibus delicijs intereſſet, repentè effudit extremum ſpiritum; poſt ſe relicto Ioanne Henrico infante. Quapropter Taruiſini de fide, ac obſequio hæredi præſtando per Vgum de Duuino requiſiti: grati ſibi Comitis, ac Domini memoriam recolentes iurarunt, ac Beatricem cum filio annicùlo in vrbis Dominam accæptarunt, & venientem Taruiſii moraturam, à ſuorum pluribus comitatam, octaua ſeptembris die, magnificentiſſimè recæperunt.

Anno Dom. MCCCXXIII.

CV.

CANE SCALIGERO Taruiſinum Agrum, atq; Oppida, nec minus Patauium adhuc hoſtiliter infeſtāte, Federicus Auſtriæ Dux in auxilium vocatur; Qui Ottone Carinthiæ Duce, & Vlrico de Valſe Styriæ Cap. aſſociatus cū XII. millib. Equit. Taruiſium ingreditur. Tum eo Patauium petente, Canis viribus inferior arcetur: Quando obſidio ſimul tollitur, & bellum.

Anno Dom. MCCCXXIV.

Poſt annum 1324. Canis rabies in agro Patauino perinde, atq; in Taruiſino exercetur, vi, dolo, ac disfracta fide. Bononiæ conſulitur contra Canem: fiunt induciæ: fit compromiſſum inter ipſum Canem, Patauinos, & Taruiſinos, &c.

CVI.

GVECELLVS TEMPESTA Aduogarius extorris Taruiſij vnà cum ciuibus alijs multis: Fratre Regis Boemiæ, quem noluerūt



Digitized by Google

Taruiſini, in Generalem Regis Vicarium, de affectato propterea urbis abſoluto Dominio ſuſpicati, recipere, moram faciente cum Germanis Equitibus ſuis non ſine Guecelli conſilio, noctu 4. Ianuarij, hora 3. furtim ex tractatu cum hoſtiario in urbem recæptus, irruit ſubitò in ædes Altinerij Actionij, in Ciuitate potentis plurimùm, ſibi aduerſiſſimi: penès quem cognati tunc, & amici potiores diſtinebantur: decernunt ibi ferro, vt vt melius, peiusvè: cadit ad mortem percuſſus Iacobus Ordani Altinerij fratris filius: cadunt et alij multi; deniq; duabus horis certatum, & nullo accedente auxilio Altinerius vulneribus ſcatens in lecto poſitus ex Guecelli permiſſione, miserè ſubinde occiditur à Gulielmo Campiſamperio ſeuero nimis. Quibus ſic perpetratis Tempeſta furens cum hoſte ſuo decurrit ad Forum: illud connexis trabibus, cathenisq; implicitis ſtipauerat Tolbertus Calcia Eques generoſiſſimus, zelator patriæ libertatis cum nō modica ciuium manu: pugnatur per horam acerrimè: deſtituitur nihilominus Tolbertus à ſuis: quare cum paucis firmatis nullam amplius ſalutem ſperans, videnſve, Qua plurimus vndam hoſtis agit, ſe proripit, trucidat plurimos, ad extremum pro tutanda patriæ libertate in ſanguine à ſe occiſorum ſanguinem proprium profundens confoſſus cadit. itaq; his artibus Guecellus Tempeſta penè Dominus Taruiſij effectus, ad nutum res omnes ordinans Ciuitatis, Liberator, & Reſtaurator patriæ à ſequacibus ſuis indigitabatur.

Anno Dom. MCCCXXVII.

## CVII.

CANIS MAGNVS SCALIGER Dominus vrbium Veronæ, Vincentię, Pataüij, Feltri, & Belluni, plurimorum autem Oppidorum, ad totius Venetiæ Dominium aſpirans, ad Taruiſij, a ſe diu vexati, oppugnatiq; incaſſum, expugnationem Marſilium de Carraria, priùs per eum declaratum Pataüij à ſe tandem conquiſiti Vicarium, deſtinat; Qui ſanè tribus Equitum, triginta verò peditum millibus confeſtim Taruiſium debellaturus, occupaturus, accedit. Quibus cunctis per Taruiſinos viſis, atq; optimè cognitis, ſui deſolationem, neq; nō indubium exterminium in proximo conſpicati: orante Guecello Tempeſta Aduogario, ſuadenteq; pro præſenti rerum ſtatu, de deditione vrbis, potioribus, quibus poſſent, conditionibus, iurè conſuluerunt. Quapropter miſſis legatis ad Canem, tunc acutè febricitantem: Princeps magnanimus omnia eorum iuſta, ac honeſta

ſta Capitula admittens, amicè quidem hanc deditionem recæpit. Quare die Iulij XVIII. Scaliger Taruiſinam vrbem ingreditur: accipitur & ingenti Iubilo. porrò 4. poſt eius ingreſſum die, ingraueſcente morbo (quæ eſt humanarum rerum conditio) mortem non longinquam eſſe perſpiciens, Patauina vrbe cum Diſtrictu ſuo Carrarienſi veluti dono elargita, in reliquis illi commendans ſucceſſores ſuos, Princeps hic Illuſtriſſimus, Sereniſſimus, anno ætatis ſuæ XLI. vitæ huius vſuram amittit. Cadauer eius magna pompa, ingentiq; ſumptu Taruiſio Veronam delatum ab Alberto, & Maſtino Alboini eius fratris filijs ſucceſſoribus ſuis in marmoreo altiori ſepulchro ſumma honorificentia tumulatur.

Anno Dom. MCCCXXIX.

## CVIII.

ALBERTVS SCALIGER Veronæ Dominus ſuum, ac Maſtini Fratris Imperium vniuerſum recogniturus: poſteaquam Verona digreſſus Vincentiæ; tum Pataui j ſumma honorificentia, vti Dominus, læta fronte ſuſceptus fuit. die 2. Auguſti ſolemni pompa, ac Regalibus cæremonijs à Taruiſinis habitus obuiam, vrbem ingreditur, accipitur, alitur, hoſpitatur in Epiſcopio: inde ad 4. dies deducitur in maius vrbis Palatium: quo loci Communitatis Taruiſinę Labarum ſummo ſtudio, obſequioſaq; reuerentia Scaligero conſignatur: atq; ita in eorum Principes fratres Scaligeri, Magni Canis hæredes a Taruiſinis cogniti ſunt. Quare firmato Prętore Vermio, declarato Guecello Tempeſtà, iuxta Canis decretum, Taruiſij Præfecto: Nicolao Rouerio Patriæ reſtituto: diuerſis deniq; datis ordinibus, Albertus gratus ab vrbe receſſit: Quæ poſtmodum rata omnia à Maſtino, quocumq; cum Fratre commune Dominium pariter inuiſente, firmata ſunt. *Ex lib. gi.*

Anno Gratiæ MCCCXXIX.

## CIX.

SVSPICIOSI admodum Fratres Scaligeri in eorum Ciuitatum nouo Dominio dextera non minus prouiſione, quam prouida dexteritate, ſeſe in pacifico ſtatu confirmare conquæſiuerunt. Quapropter Carrarienſem ingenti decòre, ac iubilo Vincentiæ prætorem creâtes, quaſi ſecundū huius Venetię tractus Dominum, à Patauij



Digitized by Google

Dominio remouerunt. Taruiſij proinde ſuſpectum habentes Gerardum, Ricciardumq; Caminenſes Guecelli filios, aduocarunt ad ſe, Veronam inquam, Gerardum, vt Maniſcalchi titulo ipſum magnificè decorarent, ibiq; ſecum diſtineretur: in quo officio cum per totum Septembris menſem verſatus eſſet, de vitæ ſuæ periculo veritus Gerardus, furtim Verona abſcedens, ad eius oppida Taruiſina reuerſus eſt: &, cunctis cum fratre perpenſis, examinatisq; ſe non poſſe Scaligerorum potentiæ reſiſtere conſpicati, libera deditione Dominis Venetis protinus adhæſerunt: Atq; hoc fuit primum principiũ Dominationis Reipub. Venetæ in Continenti. Quod intelligentes Scaligeri, dum ſuſpectos haberent Venetos nimis, Taruiſium munierunt, extruxerunt mœnia iuxta Silim: vrbem gentibus, ac munimẽtis vallarunt. non multo poſt tempore & de Guecello Tempeſta Taruiſij Præfecto magnę auctoritatis viro maximè ſuſpectantes Scaligeri, illum Veronæ ſuæ Prętorem legerunt, rogaruntq; vt apud ſe ipſos eſſet, magnificantes eius fidem, eius conſilium in arduis eorum negotijs pariter, ac auxilium.

Anno Dom. MCCCXXIX.

Tu quędam in horum conſequentiam percurre, dum iubet, lector.

## CX.

Ex ruinarum reliquijs, ac maçerie magnificarum ædium Caminenſium ad D. Auguſtini, necnon illarum Altinerij Actionij ad D. Martini, augetur conſtructio magni Xenodochij, D. Mariæ Battut. in Diui Pancratij confinio, quippe quod remotum alibi deſtruitur, in alterum vſum loco occupato: quo inquam temporis curſu ex Maſtini Scaligeri iuſſu, vt ſe, atq; vrbem, dum opus foret, contra Venetos ſibi ſuſpectos tutius tueretur, eo certè loci, è regione Templi D. Martini forte Caſtellum, munitumq; cum arcibus binis cõſtructum fuit: vbi ad præſens tempus inſtructiſſimum armamẽtarium, & quæ ad artem pyriticam faciunt, & Turres duæ cupro intectæ, & non modica alia ad rem facientia conſpiciuntur concluſa, exercentur, ac ſumma diligentia cuſtodiuntur: Caſtelli Munitionis nomine conſeruato in hodiernam diem.

Anno Grat. MCCCXXXII.

## CXI.

Legato Apoſtolico cum magno admodum exercitu ex improuiſo, præterq; omnem ſuſpectum, aut dubium, vndiq; Ferrariam obſidente

dente infeſtāte, expugnanteq; ad D. Petri Portam, Guecellus Tempeſta Aduogarius Taruiſinus, ex Maſtini Scaligeri ordinatione, cum ducentis Germanis cataphractis Equitibus animoſus occurrit, reijcit aggreſſores, trucidat, fugat; atque ita Taruiſinus miles Ferrariam à tam euidenti periculo præſeruans, illam Eſtenſibus conſeruauit.

Anno Sal. MCCCXXXIII. VIII. Febr.

CXII.

Quid eſt, vt conticeſcam X. Aprilis die arduum commiſſum prælium ad extra Ferrariæ muros: vbi Fædere obſtricti Principes cum Eſtenſibus Ducibus tunc obſeſſis, miſſis Equitib. MDCC. neq; non ſelectorum peditum Aphractis multis: Guecello Tempeſta Aduogario noſtro ſupremum onus militię ſubſtinente: memorabilem inimicorum ſtragem ediderunt: cæperunt plurimos, dignioresq; & reliquos longius profligarunt. Quapropter in facinore hoc tanti ponderis, obſeruato à Tempeſta quam inuicto animo fortiter ſe geſſerit Raynaldus Dux Eſtenſis, ab ipſo vt dignaretur à ſe generoſi Equitis inſignia recipere, quæ fuit magni Ducis humanitas, impetrauit.

Anno Grat. MCCCXXXIII. X. Apr.

Occaſione deditionis Caminenſium Venetæ Reip. occurrunt varia, ſed præcipuè Venetorum cum Scaligeris bellum: in quo Taruiſij vires, & eius militum generoſi Duces recognoſcuntur: adhæc Opitergij, Camini, Meſtri, Salinarum, Forminicæ, expugnationes, direptiones, deformationes, deſolationes, incendia. Cittadellæ adeptio Venetorum, & cæt.

CXIII.

Bertrandus dudum Apoſtolicæ ſedis Bononiæ legatus, à ſummo Rom. Pontifice Aquileiæ Patriarca mox conſtitutus, ad Eccleſiæ ſuæ, ſtatusq; Dominium, ac gubernationem feſtinans VIII. idus Ianuar. Taruiſio pertranſiens, à cunctis Ciuitatis ordinibus obuiam habitus, accæptus lautè æq;, ac oppiparè tractatus perrexit.

Anno mundi Red. MCCCXXXV.

CXIV.

Vt ſeſe à Taruiſinorum iuriſdictione, ac dominio ſubtraheret: & ne cum ijs ſubiugales manerent Coneglanenſes, quippe qui ambo im

Digitized by Google

in ditionem Scaligerorum deuenerant: VII. Cal. Apr. Scaligeranis miniſtris expulſis, libertatem ſibi protinus pepererunt: quam tutari diutiùs impotentes, miſſis Nuncijs Sereniſſimæ Venetæ Reipub. ſeſe commendarunt, dederuntq; cum nihilominus poſt vnum ſupra XX menſes ſub idem Dominium deuenerit etiam Taruiſium, adeo, vt euaderent iterum ſubiugales: inæquali tamen ſorte, veluti inęqualia ſunt vrbs, & oppidum, ſeu Terram dicas, prout vſu, ac iurè dici receptum eſt: in qua Caſtrum eminet altiùs cōſtitutum. Quare Petrus Zenius primus Prætor Coneglani primum Regimen tenet pro Veneta Repub. in Continenti.

Anno Gratiæ MCCCXXXVII. XV. Apr.

---

CXV.

Quanta fuerit Taruiſinorum virtus, ac perpetuum animi robur, nunc etiam bello vexati vrgentiſſimo ampliùs comprobarunt. Petrus Roſſius Parmenſis Generalis Venetorum, & cum ijs Fæderatorum Principum militiæ Imperator fortiſſimus, Aprilis die XII. magno exercitu aggreditur Taruiſium ad Burgum Sanctorum omnium; Foſſa priùs, quam Taruiſini ad Burgi tutamen fecerant, obturata: inde ad Burgos B. Mariæ Virg. & Diui Thomæ immittitur ignis a Venetorum copiis cum non paucis biremibus miſſis per Silim: quas milites Taruiſini extra vrbem egreſſi, pluribus trucidatis, ſtatim fuderunt; quare decurrunt eò milites Roſſij, fortaſſe Portam ingreſſuri cum noſtris, opportunè attamen interò reuertuntur celeres, Soli, ac incolumes Taruiſini. Porrò ſequenti nocte conuenientium, collegatorum inquam, gentes adoriuntur vrbem noſtram ad Diui Thomæ: volant vtrinq; ſagittæ, incendunt oſtium, nec tamen ingrediuntur, quia ingenti muro interiùs illud occluſum fuit: nocte altera fit noua aggreſſio ad Burgum Sanctorum XL. is defenſatur ſtrenuè, foſſæ, & Turris auxilio priùs ad id effectæ: tandem per Roſſium additis nouis copijs Burgus capitur & Turris, quare accedentes ad vrbem comburunt itidem Portam Sanctorum XL. nec ingrediuntur tamen, obturato intus oſtio ex forti muro. Quapropter iudicans Roſſius difficilem admodum hanc prouinciam, ad finem menſis Venetias claſſem remiſit, igni abſumpſit Burgum, dextruxit Turrim, atque a Taruiſii expugnatione recedens, in Patauinum Agrum contendit.

Anno Grat. MCCCXXXVII.

Legi-

Legitur inibi Guecellum Tempeſtam Caſtri Noalis Dominum Venetis adhæſiſſe, illumq; propterea ab ijs, gratitudinis ergò, præfectum fuiſſe cunctis militibus, quos inter Medoacum flumen, & Plauim Veneti ſuſtinebant; Quapropter Taruiſini Guecelli bona omnia publicarunt, ædes autem in vrbe deſtruxerunt ad ſolum; leguntur & quædam ciuium aliorum facinora, tum impoſitiones à Scaligero importabiles, aliæque calamitates Taruiſinorum, mors Tempeſtæ præterea in exercitu grauiter ægrotantis, &c.

CXVI.

Pace tandem conciliata inter Venetam Rempub præcipuè, & Maſtinum Scaligerum Veronæ Dominum, reſtituto illi Alberto Scal. fratre, quem cum aliis captiuum tenebant, ex pacto Taruiſium cum Diſtrictu, ac Territorio ſuo, cum Caſtrofrãco, Baſſiano, Caſtrobaldoq; Reipubl. Venetæ adiudicatur. Quapropter Bonectus Malauicina Placentinus Poteſtas Taruiſii pro Scaligeris vrbem ipſam cum Agro, atque Oppidis ſuis ipſimet Reip. liberè conſignauit. Hoc quippe ſupremum facinus (ex plurium Hyſtoricorum conſenſu, euentuq; id comprobante) fuit initium magnitudinis, ac potentiæ Venetorum in Continenti. Quare per Dominium Venetum primus Prætor recturus Taruiſium demandatur Marinus Faletrus, vir quidem perilluſtrium meritorum. *Ex li. 10.*

Anno Sal. MCCCXXXIX.

*CXVII.*

Belli præteriti tempore in Taruiſio per Federatos offendendo, oppugnandoq. excurſiones, direptiones, deſolationes in agro peſſimæ: quare Epiſcopatus bona etiã plura vſucapta, ac deſtructa ſunt, adeo, vt vix ex iis, qui pauci ſupererant, prouentibus Antiſtes ipſe cum eius familia poſſet honeſtè viuere, quocirca ipſi ſupplicanti Senatus Venetus conſtituit annuatim libras quingentas, quas & in præſenti exigit ab ærario Taruiſino. iis temporibus vrbis Burgi deformati, ac diruti, quæ fuerat belli calamitas, reſtaurantur: alia quin etiam commoda Taruiſij reſtituuntur, componuntur. ad hæc, propter diſſidium inter Venetam Remp. & Florentinam, occaſione triginta mill. aureorum, in quibus tenebantur Venetis Florentini pro refectione expenſarũ tranſacti cõmunis belli, quos, quibuſdam eorum rationibus in contrarium adductis, ſoluere recuſabant: quotquot inibi diſtinebantur Florentini Taruiſio expulſi ſunt.

Anno Sal. MCCCXLIII.



Digitized by Google

CXVIII.

Quò Veneta Reſpublica ſpontaneam animi ſui magnitudinē introſpiceret, Taruiſini vrbem propriam, Caſtraq; ei ſubiecta omnia, Arces, & propugnacula, citra Plauim, & vltra ad ſe ſpectantia, cum iuribus ſuis, illi ſibi iam quinquennio Dominâti, per Nuncios ſuos Gerardum Baldachinium Equitem, & Nicolaum Adelmarium Iudicem Syndicos, & Procuratores ad hoc per Communitatem electos, fidelitatem iurantes nomine publico liberè obtulerunt, dederunt, donarunt. Quapropter Princeps Sereniſſ. Bartholomæus Gradenicus verbis ampliſſimis, ſe continuè protecturum vrbem hanc, vti fideliſſimam ſuam, ac Reipub. primam in Cōtinenti, Taruiſinis ciuibus fronte hilari gratus ſpopondit.

Anno Grat. MCCCXLIV. XV. Febr.

CXIX.

Segetum penuria ingenti adeo, vt ſylueſtres herbæ comederentur, Taruiſina ciuitas, agerq; eius vniuerſus miſerrimè laborauit: interim Caſtellanus Salomon optimus Taruiſinorum Antiſtes fato perfungitur. quo quidem temporis interuallo lis indicitur Taruiſinis à Patriarca Aquileienſi, ex prætenſione oppidi Cauolani: id nihilo ſecius; pendente lite, firmato inter partes, nihil interea eſſe innouandum, Patriarca demolitur, quin deſtruit vſq; ad ſolum, deuehitq; eius ruinas ædificiorum intrò Sacillum. Præterea vir hic, mali quippe animi in Taruiſinos, eos milites, quos illi demandauerat Carolus Rex Pannoniæ, vnà cum ſuis in Taruiſinum campum vltra Plauim demittit: quare multam regionem (latiorē ſiue oram dicas) incautam deprædati, caſis incenſis plurimis, ac ciuium ædibus, cęperunt Aſylum, Medadem, Carpenetumq; oppida Taruiſina: peiora facturi Vngari, ni ab illis auditum, eorum Regem tunc Iaderę à Venetis fuſum, victumq;: & propterea, dum Taruiſinę copiæ contra illos inſtruebantur, hinc gentes illæ protinus abierunt. in quo quidem Iadrenſi bello, & hoc addam, Fancellus Fancelli, & Tanarus Tanari, Taruiſini ciues Equitum Ductores pro Veneta Rep. adeo ſtrenuè ſe geſſerūt, vt virtutum ſuarum ſpecimen dederint minimè dubium. Anno Sal. MCCCXLVII.

CXX.

Prodigia horrenda nimis, Taruiſij præcipuè contigerunt. die XXV. Ianuarij ſemihoræ ſpacio Terręmotus ingens domus omnes

con-

Digitized by Google

concuſſit, ac penitus corda hominum; porrò mẽſe Aprili in his partibus pluit ſanguinem: Quæ omnia illico immanis illa peſtilentia, eaq; vniuerſalis, ab oris orientalibus in Italiam deuecta, quam ſanè tunc graphicè in Decam. initio deſcripſit Boccatius, eſt miſerrimè ſubſecuta: horribilis inquam in his tractibus vltra modum: Venetijs duntaxat vltra centum hominum millia extincta ſunt, Patauium, Taruiſium, atq; aliæ Ciuitates, & loca finitima viuis hominibus ferme vacua, ad inſtar grandium ſepulchrorum patentium plena cadaueribus remanſerunt: per ſemeſtre tempus fuit hæc ſæuities debacchata: quapropter nedum vrbes, & oppida, ſed & inprimis agros cunctis propè habitatoribus fera beſtia viduauit. vnde ex ruricolentium inopia, inopia ciborum denuo ob ſterilitatem eſt ſubſecuta: Quocirca volentibus hanc noſtram colere, atq; incolere regionem per Taruiſinos exemptio, ac immunitas ad quinquẽnium conceditur, ac per tubicinem publicatur. *Io. Bocca.*

Anno Dom. MCCCXLVIII.

---

CXXI.

Ludouicus Rex Vngariæ ad damna Reipub. Venetæ cẽtum millibus militum in Italiam deſcendit, Carolo filio vniuerſi Imperatore exercitus conſtituto. per Forum Iulii deuenit, Sacillum habuit, Coneglanum non ſine ſanguine obtinuit: quare, ne tanti hoſtis crudeles vires experirentur, Collaltum, Vonicum, Caminum, atque alia Taruiſina oppida ſeſe Regi inſuper dediderunt: cui deditionem fecit & Patauium: Demum Taruiſina Ciuitas, Venetorum vnica in Continenti, pauet quidem, non cedit, non animo cadit tamen. Quare ad tres vrbis Partes Rex ira æſtuans aggreditur Taruiſium: fortiter nihiloſecius machinæ, hoſtes, ac impetus repelluntur, quin etiam occiditur Regis Nepos. obſedit deinde vrbem Carolus; Patre in Pannoniam reuerſo; irritus attamen fuit omnis conatus. Quamobrem ex quodam tractatu Portam vnam vrbis noctu ſibi aperiendam per coniuratos quoſdam minoris gradus homines Carolus ſibi perſuadet: verumtamen propalatur coniuratio, & impij capti extremo corporis ſupplicio afficiuntur.

Ann. Sal. MCCCLV. MCCCLVI.

---

CXXII.

Geſtruda Pannoniæ Regina antehac Romam ex voto petẽs, Taruiſio pertranſiens in Abbatia Monialium Diuæ Mariæ Moliani



Digitized by Google

ad VI. ab vrbe lapidem per Terraleum hoſpitatur: ibi infirmatur ad mortem: & ex Teſtamento Monacabus grandi peculio, & priuilegijs, tum capite ſanctæ Iulianæ, Digito Sancti Ioannis Bap. & venerandis alijs lictis Reliquijs, decedit è vita: ibiq; honorificentiſſimè tumulatur. Hoc à quibuſdam Pannoniæ Ducibus reſcito, petūt corpus Reginæ ſuæ: quod negantibus veſtalibus, Monaſterium incendunt: & arrepto corpore, de bello hi nil aliud cogitantes, in Pannoniam reuertuntur. Anno mundi Red. MCCCLVI.

CXXIII.

Taruiſio ex longa obſidione Caroli Pannoniæ Regis filij nimis duriter vexato, adeo, vt miſeriarum, ærumnarumq; receptaculum ſpectaretur. ad peſſima autem expoſiti agricolæ miſerrimè remanerent: Silis vallum ſuperius per Vngaros, fauentibus extorribus Taruiſinis, tunc occupatur: nihilominus, cymbis audacter reiectis, tutò vtrinq; clauditur vallum fluminis. Quo temporis curriculo Veneta Reſp. vltra Prætorem, Præfectum etiam, Capitaneum vulgò, Taruiſium demandauit, Marcum. ſ. Iuſtinianum: quod obſeruatum ad annum vſq; MCCCLXXX. inde per nouennium in alienam Taruiſium cecidit ditionem, Quo per Rempub. rehabito, mittitur ei duntaxat Rector vnus, titulo Prætoris, Præfectiq; Taruiſij decoratus, in hodiernam diem. Deniq; pax concluditur inter Lodouicum Pannoniæ Regem & Senatum Venetum: atq; ita Taruiſium ab obſidione liberatum reſpirat.

Anno Gratiæ. MCCCLVII.

CXXIV.

Oliuerius Forcetta ciuis Taruiſinus vitam cōmutauit cum morte; vir hic religioſiſſimus grande denariorum, prædiorum, ac domuum patrimonium, valoris. ſ. tunc temporis ducatorum octuaginta millium, Magno Diuæ Marię Verberatorum Hoſpitali liberum liberè prorſus reliquit. cuius exemplum ſanctiſſimum ſecuti per illum temporis curſum plurimi ciues locupletes, ac dites fæminæ, exteriq; non pauci, pium eiuſcemodi locum ampliſſimè ditauerunt: Gubernatoribus illius tamen iniunctis charitatis oneribus admirandæ; ex latis quippe prouentibus alitur Xenodochij primùm vniuerſa, omnigenaq; familia, nunc ad trecentos, plus minùs vtriuſq; ſexus. dotantur, inſtruunturq; pauperes, atq; orphanæ Virgines, prę ſertim domeſticę: ex quibus quoquo anni tempore nuptui, dantur.

Scho-

Scholares artium,& medicinæ in publicis ſtudijs perpetuò ſubſtentantur. publicus dialecticæ lector annuo ſtipendio detinetur. ære alieno grauati bis in anno de carceribus eximuntur. Expoſiti infantes, ſpurijque in primis, ſuſcipiuntur: ijs lac ſucturis lactaturis nutricibus deſtinantur infra ædes ipſas,tum per vrbem,ac pagos.infirmi amborum ſexuũ,modò non incurabiles,ſuſcipiũtur,curanturq;. ſenes,impotentesq;,mares,ac fæminæ,in familiam,donec vixerint, acceptantur:peregrè proficiſcentes exteri omnes, præfertim teutonici, Vngari, Poloni,ad ſacra Apoſtolorum limina præcipuè repedantes,quoquo tempore accipiuntur,hoſpitantur, aluntur per triduum: ſiq; ægri fuerint, aut interim ægrotauerint, gratis curantur per hebdomadas,per menſes,quinimo donec cõualuerint,aut etiam (ſi contigerit) moriantur. Egenis fratrum, monacarumq; cænobijs gratis medicamenta prę̃ſtantur. Centũ ſcholę verberatis (quod aiunt) dum vitam poſſident, in pluribus ſubuenitur. quid iam ſcio? nedum domeſtici omnes, veſtiuntur, ſed & pueri filij domus, puellæque intus,& foris: quinetiam panni griſei incolis agri Taruiſini quotannis diſtribuuntur. deniq; omnes propemodum artes humano victui, ac bonæ valetudini neceſſariæ inibi infra amplum hoc Xenodochium exercentur.

Anno Domini M.CCCLX.

---

CXXV.

IANVS CYPRI REX Venetias appulit; in Galliam is poſtea conceſſurus Taruiſio pertranſiuit: vbi ad Andræa Ianio Prætore acceptus magnificentiſſimè, eum Equeſtris dignitatis inſignibus meritò decorauit. Anno Grat. M.CCCLXII.

---

CXXVI.

Ne reputetur incongruum Taruiſini ciuis admirandum caſum referre: Cinus de Bariſanis Florentia Oriundus tunc C. Nob. Taruiſinus adeo ex morbo quodam exanimatus quieuit, vt conclamatus, quaſſatuſq; nunquam, vel minimum, perſentiret: quare mortuus indubiè à cunctis creditus: hora debita ad D. Margaritæ ædem in eius tumulo, qui adhuc conſpicitur in cauædio, ſub porticu, ſolemniter ſepelitur. hic nihilominus ſequẽti nocte ab huiuſmodi graui lethargo experrectus adeo vociferauit, pulſauit adeo mortuorum oſſibus opertorium, vt a monacis ad matutinas preces recitandas prætereuntibus audiretur: ſtatimq; ſublato lapide de ſubterraneo carcere



Digitized by Google

liberè videret lucem, atq; auram inſpiraret: quo illico à ſe ipſo ſurgente, & domum reuerſo, pulſatisq; foribus aſſerente ſe eſſe ipſummet Cinum, quem heſterna die in cœmeterium depoſuerant, contremuère adeo expaueſcentes, vxor, ac omnes domeſtici, vt vix colloquentem, comedentemq; crederent ipſum viuum. Porrò Cinus, cũ per annos ſexdecim maritalem vitam duxiſſet, nullis habitis filijs, quod auget miraculum, poſtea ex eadem coniuge duos mares, & fœminam vnam ſuſcepit: vnde in illo defuncto extincta familia, per illum rediuiuum reſtituta fuit ad annos plurimos.

Anno Chriſt. Sal. MCCCLXV.

CXXVII.

VINCISLAVS Dux Saxoniæ Gener Franciſci de Carraria Patauii Domini, ſocerũ inuiſurus, cũ nobili Equitatu Taruiſium venit, ſtetitq; ibi per aliquot dies: vbi à Paulo Lauretano vrbis Prætore, veluti & ab vniuerſitate Taruiſina accæptus, atq; habitus fuit ampliſſimè. inibi ante tres dies fatali neceſſitati cõceſſit Franciſcinus Turrianus Amurati Fil. qui fuit Guidonis Domini Mediolani, tũc Taruiſij commorans: cuius cadauer in cauædio Fratrum Franciſcanorum magnificè poſitũ ſignis marmoreis, atq; Epitaphio inſigni altiùs in pariete collocatis extitit merito, vt adhuc conſpicitur, decoratum. Anno Dom. MCCCLXXII.

CXXVIII.

Diuturnum ſatis, variæq; fortunæ commiſſum bellum inter Venetam Rempub. & Franciſcum Carrarienſem Patauii Dominum, non eſt, vt in præſentia cenſeamus, ſiquidem non parum extra propoſitos limites noſtra vagaretur oratio: illud ſummatim tantummodo referemus, ſcilicet, mirandum in modũ Agrum vniuerſum hũc Taruiſinum vſquequaq; perpeſſum fuiſſe: excurſiones plurimas, inuaſiones, direptiones, deprædationes, demolitiones, incendia, homicidia, capturas, abductionesq; agricolentium numeroſas, animantium autem extra numerum, quinetiam captiuitates quaſdam primorum capitum, à Ducib. à militib. Patauinis inquam, Vngaris, atque Auſtriacis: cum nõ minora interim ſubierit infortunia à Venetorum copijs quoquo verſum Territorium Patauinum, deniq; militibus aduerſis cæſis, fugatisq;: Ducib. præcipuis intercæptis. Finis autem belli pax, ſummo cum Venetorum honore, ſuperioritate, ac compendio; captiuis omnibus ad inuicem reſtitutis.

Origo belli, anno Dom. MCCCLXVIII. Finis verò, MCCCLXXIIII.

CXXIX.

Digitized by Google

CXXIX.

LEOPOLDVS DVX AVSTRIÆ, &c. Feltri Dominus, & Belluni, ex improuiſo, abſq; vlla occaſione data, minimè (quod fieri in rè ſolet) denũciato Venetis Bello, Tar. duntaxat occupandi vagus, anno MCCCLXXVI. menſe maio de Tridentina regione in Forũ Iulii deuenit: inde tacitus abſq; vllo impedimento quatuor millibus ſtipatus Equitibus per Taruiſinam oram excurrit deprædando homines, & iumenta, quæ miſit Feltrum. Et XXV. Auguſti accedẽs ad vrbem igne abſumpſit Burgum Sãctorum XL. tum in pago Paeſij caſtrametatus incendijs, & latrocinijs omnia deuaſtauit. Vbi audiens, Taruiſij, atque alibi contra ſe à Veneta Repub. magnum fieri belli apparatum, ſeceſſit cum Equitatu in partes Feltri, & Belluni: in quibus tractibus ſubinde pugnæ accidũt, direptiones alternatim, capturæ, ſtratagemata. quæ videat curioſus in fonte. denique pactæ nunc inter ambas partes induciæ: mox pax firmatur.

Anno Dom. MCCCLXXVIII.

CXXX.

FRANCISCVS DE CARRARIA Patauij Dominus, peruerſi animi Princeps cõtra Venetã Remp. à Rege Vngariæ, à Genuenſib. à Patriarca Aquileiẽſi, atq; à Dominis Caminenſib. arma auxiliaria, multãque militiã cõſequutus, anno MCCCLXXVIII. æſtatis tempore Reip. Venetæ bellũ indicit. qui recenſu habito ſexdecim mill. militũ, eos ſub optimis Ducib. in agrum Taruiſinum demittit. deuaſtant hi oram hanc omni ex parte, depopulantur, incendunt, abducunt homines, & beſtias, debacchantur adeo, vt dum conſpicerent Taruiſinos intus pauère, ſiquidem imparatos ad tantum bellum, ſcalis admotis aſcẽderint mænia vrbis; non deſcenderint tamen, quia intus non ſatis longę fuerint ad deſcenſum Scalę. augetur periculũ, pauorq; Taruiſinis Venetæ Reip. fideliſſimis, atq; ob id crudeliter diuexatis, ſiquidem eodemmet tempore Carolus Regis Pannoniæ fil. à patre miſſus cum X. mill. Equitum ad Tar. expugnandũ, inde non diſceſſurus, niſi Taruiſina vrbe Carrarienſi Domino liberè cõſignata, caſtrametatus fuit in burgo Sanctorum XL. affirmãs ſe inde non relaturum pedem, niſi deuicto Taruiſio obtẽtoq;. quocirca Veneti hanc eorum ſummam in Cõtinenti perniciem propterea conſpicati, quippe qui aduerſa nimis fortuna à Genuenſibus Clodia tunc potitis luxuriantibus, de obſeſſa per eos vrbe Venetiarum debellanda, capiundaq; tunc temporis tractabatur: hi non modica

quan-

Digitized by Google

quantitate auri in caſtra Caroli demãdata, tanti Principis furorem maximum temperarunt, ſedaruntq;; qui poſtmodum ab obſidione recedens ſe Patauium contulit: vbi quinos dies moratus de pace cũ Venetis ineunda cum Carrarienſi tractauit, nihil autem actum fuit; quando Carolus Patauio recedens, pacato quidem animo reuertitur in Pannoniam. quod autem ad Ligures ſpectat, Veneti in tali calamitate conſtituti, duabus nauibus ex proprijs peſſundatis ad portum Clodię, ob id obſidentes inimicos Ligures ſtrictiùs obſederunt: quàre plurimis fame conſumptis, cæteri ſeſe in Venetorum manus

*M. Ant. Sabell.*

dederunt: ex quibus multi interficiuntur: & 4. mille Venetias ducũtur captiui. hoc eodem tempore Genuenſes obſederant Iuſtinopolim: vbi Ricciolinus Actionius ciuis nob. Taruiſinus Ciuitatis illius cuſtos, defenſorq; exiens acriter pugnauit, coactè autem præ multitudine hoſtium ſe in tutam arcem recæpit, copias auxiliarias expectando: cum ciuitas ex intelligentia cum quibuſdam rebellibus traditur Genuenſibus: aduentante autem in ſubſidium Claſſe Veneta Ligures, conſignata vrbe Patriarchæ Aquileienſi, qui tunc Tergeſte ex tractatu recæperat, abierunt. Committitur prælium inter milites Venetos, & Patriarcales: quando Actionius de arce cum ſuis exiens ſeſe ad inimicorum terga coniecit: ad quam nouam pugnam dum Patriarcales intenderent, Veneti in vrbem ingreſſi, Iuſtinopolim recęperunt. Denuo menſe aprili anni MCCCLXXX. Taruiſium adoritur Carrarienſis militia: irritus tamen fuit eius conatus, reuertitur menſe auguſto, dum inexpiabili fame Tar. cruciaretur: et ad cũctas partes per aduerſarij copias commeatus impedirentur; quo quidem temporis interſtitio in ſummis anguſtijs poſitum deditur à ſeipſo Carrariæ Caſtrum francum: occupat hic deinde Aſylum, & parum abfuit quin ex tractatu caperet Coneglanum: quare peſſimè nobiſcum tunc agebatur. Quapropter Reſp. Veneta impotens vlteriùs Taruiſinos alere, ſubſtentare, ac tueri, LEOPOLDO Auſtriæ Duci per Nuncios Taruiſium dono tradit. Qui tantum munus ſibi gratiſſimum, ac optatum acceptãs, auxilium, commeatum, atq; omnem fauorem promittit. Qui inquam nouus Dominus Taruiſij datis titulis Ducis Auſtriæ, Styrię, Carinthiæ, & Carniolę, Comitis Tiroli, & Marchionis Venetiæ, ſcilicet Marchiæ Taruiſinæ, ſalutatus

*Scard. lib. 3. p. 321.*

à Taruiſinis, & ad hanc ſui Ciuitatem inuiſendam inuitatus, aduènit: Tritici ingentem ſummam, quo indigebant valde, ſecũ vehens: & vti Dominus, altor, allator pacis, & quietis Taruiſinorum accipitur, tractaturq; luculentiſſimè. Demum, pręterquam vexillis mul-

tis,

Digitized by Google

tia, Inſigni Auſtriaco marmoreo in medio Foro ad Palatij muros poſito, in hunc vſque diem ſpectabili, veneratur, Anno Salut. MCCCLXXXI.

## CXXXI.

Inita demum pace, anno ſ. MCCCLXXXII. inter Venetos, & Carrariam vtrinq; reſtituuntur captiui, paſſus aperiuntur, atque ad extremum confinia, & iuriſdictiones, prudentia, ac dexteritate Marchionis Ferrariæ, inter partes firmantur. Verum enimverò Carrarienſis Dominus potiedi Taruiſij cupidus valde, illud de Leopoldi Ducis manibus vi belli ſe ſubrepturum proponit. Quocirca ſtatim exercitum ſuum in Oram Taruiſinam deſtinat lubens: qui liberè excurrens, vel ad muros vrbis acceſſit. deniq; caſtrametati ſunt Patauini iuxta ædem Sanctorum XL. agrum interea populantes immunes, quinetiam Feltrenſem, & Belluneſem. ex aduerſo Vgo de Duino comes, & Taruiſij Capitaneus pro Leopoldo excurrebat per agrum Patauinum diripiens regionem: quare pactæ ſunt induciæ ad nutum Principis Venetorum per menſes: quibus tranſactis, nec ſub orta pace, denuo milites Patauini excurrunt per pagos Taruiſinis damna innumera conferentes, propugnaculis hic illic interim per territorium Taruiſinum conſtructis, quò omnem commeatum vrbi afferendum interciperent, impedirentvè: hoc interim ſpatio temporis ingentem prędam Patauium deportantes: quando obuiam habiti à CCC. Germanis militibus pro Duino; ſequitur inter eos pugna: ſuperantur Carrariani, aufertur ex eorum manibus præda, & XL. ex illis ducuntur captiui Taruiſium ad Duinum. His omnibus à Leopoldo Viennæ reſcitis, Dux ipſe confeſtim Taruiſium venit ſecum ducens equites octingentos, et magnum peditum numerum, cum non modica ſegetum quantitate. Quieſcit Patauus. paciſcũtur per menſem induciç. pax tractatur. nihil concluditur; excurrunt iterum, atq. iterum Patauini vndequaq; per agrum noſtrum: obtinẽt Cordinianum, Opitergium, Mottam, Fregonam, Turrim, à Coneglanenſibus attamen fortiter repelluntur. Quapropter de integro obſident Taruiſium, adoriuntur, bacchantur: & ex quadam reſtaurata à ſeipſis Turri, cum tormẽto, bombarda inquam, nouo belli inſtrumento à Germano quodam nuper excogitato, à Taruiſinis non antea cognito, aut experto, damnificant intus miſerè domos, atque homines: quod ſanè teli genus vniuerſam antiquã bellãdi peritiam Ex lib. 9.

pror-

Digitized by Google

prorſus ſubuertit. quare tunc Taruiſini ciues afflictione nimia magnopere cruciabantur, quippe qui ex liberis ſubditi, ex Italis teutonici euaſerant, & ex diuitibus inopes, propter aruorum fructuum, & largorum prouentuum inexpectatas direptiones: vnde vtriuſq; durioris Domini dominium æquis, iisq; iniquis conditionibus pariter abhorrebant. Poſtremò ſub anni initio MCCCLXXXIIII. tractatur iterum de pace præſtanda. Concluditur ex pacto, Quòd. ſ. Carrarienſis Dominus eroget centum mille aureos Leopoldo Duci, & Taruiſio potiatur. ob id 4. februarii Carraria vti Princeps, & Dominus Taruiſium ingreditur, à Leopoldo Claues vrbis recipit pariter, & Dominium: qui illico benenummatus in Germaniã contendit: & Carraria, licto ciue Pataūo Taruiſii prætore, lætus Patauium ſe recępit.

*Scard. lib. 3. ſua Hyſ. Pat.*

Anno Dom. MCCCLXXXIV.

---

CXXXII.

Franciſcus de Carraria ſenior Patauinis ciuibus ſuis ſatis inuiſus, dum ei inferretur bellum per Io. Galeatium Vicecomitem Mediolani iam Veronę, & Vincentiæ dominantem, fœdere iunctum cum Veneta Repub. cum quib. & Marchio Ferrariæ, & Dominus Mantuæ, & Foroiulienſes conuenerant. Franciſco Nouello eius filio ex S. C. actu publico ceſſit vrbis Patauæ Dominium vniuerſum: atq; ille, vt tutiùs vitam traduceret, cautè Taruiſium, quippe Dominus, ſe recæpit. Quomodo poſtea, vigente bello, Patauina oppida deſciſcerent, caperenturvè. Quomodo Patauium ipſum in manus Vicecomitis deueniret: neq; dum hæc, ſed & Carrarienſis Franciſcus Iunior quo pacto ſeſe cum vniuerſa familia, atq; opibus, Mediolanũ deductus in eiuſmet coniiceret gremium, pariter quomodo poſtmodum ſe reciperet Franciſcus Florentiam tutus cum ſuis: veluti & quomodo Franciſcus Senior Galeatii nũcio Taruiſium noſtrum ceſſerit, dum adhuc Taruiſij moraretur, ſtatimq. ſe Veronam contulerit, denique quomodo hic alioqui magnus Princeps, ac Dominus, Montiæ in Vicecomitis carceribus è corporis migraret cuſtodia, legat curioſus Taruiſinam hyſtoriam lib. 10. ad eius finem, vbi comperiet etiam quibus artibus, ac auxilijs tandem Franciſcus Nouellus de integro, Veneta Rep. præſertim iuuante, Patauio, natali eius patria, Patrioq; Dominio potiretur. Vnum modò mihi remanet in præſentia dignum oppidò recenſendum in Taruiſinorũ gratiam, gloriam, atq; iubilum, nempe, quod Taruiſina vrbe Vgolotto

Blan-

Blancardo Galeatii Vicecom. Mediolani nomine acceptanti per ſeniorem Carrariam conſignata: mox ab ipſomet Blancardo Veneta Reip. iuxta pactum, conuentionemq; fœderis, Taruiſium ipſum recæpit: ex quo nobis auſpicato facinore abſq; belli tumultibus abſq; ſanguine, ad extremum dies iucundiſſima Taruiſinis illuxit.

Anno Dom. MCCCLXXXVIII.

CXXXIII.

Grati animi ſignum vti euidens, ita à memoria hominum indelebile, ciues Taruiſini Venetæ Reip. ad præſens commonſtraturi ex eorum Senatus Conſ. Vrbem, Caſtraq; omnia, iura, ac iuriſdictiones Cõmunitati Taruiſinę priùs quomodocumq; ſpectãtia, nullo prorſus ſibi pacto ſeruato, iurevè, aut actione, per Franciſcinum de Burſio Doctorem, ciuem nob. atq; Antianum Taruiſii miſſum nũcium liberè dediderunt. Contigit id die XIII. Decemb. in qua ex Reip. ordinatione fuit in perpetuum inſtitutum Prætorem Taruiſii proceſſionaliter iturum ad Templum Diuæ Marię carcerum, ibiq; ſanctę Luciæ capellam inuiſere, & ſolemnem miſſam concini procurare: veluti & D. Andrææ Apoſtoli die, ad ipſius Sancti Eccleſiam quotannis decreuerunt per conſilium Taruiſini, vt cum totius cleri põpa, Prætore, atq; artium ordinibus, & vexillis iretur ad præcinendã miſſam pro gratiarum actione Deo opt. max. qui ea die eiuſmet anni Taruiſinos exemerat à duro Carrarienſium Dominio, atque ſubinde in ſanctæ Reip. Venetæ gremium repoſuerat.

Ann. Salutis noſtræ MCCCLXXXVIII.

CXXXIV.

MARCO TEMPESTA ADVOGARIO Epiſcopatus Taruiſij vltimo, legitimè nato, ex eius familia vita functo; Meladugio, & Nicolao illegitimis illius Fratrib. ex indulto Pontificio Aduogarijs pariter defunctis: Altinerius Actionius Ricciolini Fil. in nobili hoc, atq; vtili officio cum Deſcendentibus ab Taruiſino Antiſtite conſtituitur, atq; à ſummo Rom. Pont. Epiſcopalis Aduogarius cõfirmatur. Anno Grat. MCCCXCVI.

Sicuti per parentheſim hoc loci de me loquitur Bonifacius, dum de Aduogariorum Tempeſtium tumulo verba faceret: itidem ego quaſi per parentheſim hic illud ponam, videlicet. Dell'epitafio de' quali, & de gli altri di eſſa Chieſa latinamẽte, & copioſamẽte ſcriſſe P. 600.



Digitized by Google

Bartholomęo Burchelato Medico,& Filoſofo Triuigiano.atq; hic eſt liber ille, cui titulus, Epitaphiorum Dialogi ſeptem ,&c. Anno Dom.1583.à me typis Venetis in Taruiſij gloriā publicatus.

CXXXV.

BVRGVNDIÆ Ducis,Nepotisq; Gallorum Regis filiam Taruiſio prętereuntē ex Ven. S. C. accæpit luculentiſſimè Petrus Emo Eques Taruiſij Prætor, Præfectusq;, dū ad Pannoniæ Regis ſponſi ſui thalamos properaret:Præcipuis illi honorib.per Taruiſinū pop. feſtinatis. Anno Dom. MCCCCII.

CXXXVI.

SIGISMVNDO Caroli IV. Imp. Fil. Romanor. Rege Imperialē coronam à ſummo Pontif. recępturo in Italiam aduentante, Pippo Spano.ſ.Philippo Scholario de Bondelmontib.Florētino,cuius familia inter nobiles Tar.adhuc generoſa,decem mill. Equitum Vngaricorum Duce præmiſſo ad certiorandos Principes de tranſitu ſuo:Veneta Reſpub.rebus ſuis conſulens tranſitionem negauit: imò magno conatu ſe ipſi valenter oppoſuit:quo ſanè tempore erecta fuit magna illa foſſa XXII. milliariorū longitudinis per agrum Taruiſinum à montibus vſq; ad mare,ad Pannones retardandos,impediendosque:quapropter præliatum hic,illic,vario marte, prædę, incendia,capturæ,crudelitates,mortes: locorum , caſtrorumq; viciſſim occupationes,fugæ,demum Cęſaris exercitus decem mill. Equitum Taruiſium accedit, ad burgos, ad portas ruit ratus ſibi ingreſſum per Taruiſinos præſtandum fore:longe tamen fallitur opinione erratq; toto cælo:quare abeūtes Imperiales Vincentiam occupaturi in agrum Vincentinum ſe recęperunt. vbi irritum pariter fuit eorum conſilium.his,atq; alijs incommodis,ac ſiniſtris euentibus territus Cæſar,ira percitus,malè viſus, atq; habitus in his partibus,pactis inducijs cum Veneta Repub.per quinquennium,reuertitur in Germaniam.

Anno portæ Sal. MCDXIII.

CXXXVII.

Bariſano de Bariſanis Nob. ciue Taruiſino locupletiſſimo ampliſſimas nuptias celebrante, IACOBVS Apulię Rex iſtac pertranſiens illas eius veneranda præſentia ſummo ſplendoris faſtigio decorauit. Anno Grat. MCCCCXXI.

CXXXVIII.

Digitized by Google

CXXXVIII.

Requiſiti à Florentinis Veneti vt fędere iungerentur contra Philippum Mariam Vicecomitem Ducem Mediolani, dum Taruiſij diſtineretur Comes Frãciſcus Buſſonius, dictus Carmagnola, quippe inde oriundus, quibus pro eorum Rep. in belli Ducem (prius de Vicecomite, cui opem ſuam præſtiterat, malè affectus) ſeſe offerebat: decreuerunt tandem ſocia arma cum Florentinis aſſumere cõtra Philippum Mariam, conſtituentes Carmagnolam Venetæ militiæ Imperatorem; Hic primo agrum Brixienſem inuaſit, ſeruientibus illi quingentis foſſoribus Taruiſinis, & vrbem ingreſſus, illam poſt octauum menſem ferro, obſidioneq; adeptus fuit. dum fierent belli progreſſus contra Vicecomitem de Taruiſina vrbe, deq; agro milites, & commeatus ad exercitum deuenerunt. Carmagnola autem, cum non ſemel defuiſſet, defeciſſetq; reuocatus à Venetis vltimo afficitur ſupplicio: publicataq; eius bona.

Anno Dom. MCCCCXXXII.

---

*CXXXIX.*

Dum minus inter ſe conuenirent ciues Taruiſini occaſione creãdorum Ciuitatis Antianorum, quos dicimus Prouiſores Communis, ex S.C. Reſcripto decretum, quod ij eſſent ſex num. tres inquam primi, tres ſecundi gradus: conſilium autem maius dimidiatim centum num. cõſiliariorum: idq; euenit anno MCDXLIII. Anno porrò MCDLXIX. à ſenatu auctus eſt numerus Prouiſorum ad octo: quatuor nempe primi & 4. ſecundi gradus, Videlicet, Doctor vnus, ſiue legum fuerit hic, ſeu medicinæ: Tabellio item, ſimplex ciuis, & mercator, ſiue opifex vnus, per ſemeſtre in officio verſaturi, & ſic ſucceſſiue: qui, dum conſilium eſt ineundum, ſinguli ad libitum eligunt treſdecim proprij ſtatus conſiliarios, non vltra id conſilium valituros: quod ſanè ad magnæ campanæ ſonitum conuocatum ijſmet prouiſoribus, prætore coram, aut illius vicesgerente, interuenientibus, proponentibus, terminantibus, expeditur.

Anno igitur Dom. MCDXLIII.

---

CXL.

Tribus infra Planim marmoreis portis, addita vlterius demum quarta, ad vicinatus Petræ rubeæ ripas ſumma impenſa conſtructis perennis Villarum induſtria: ciuiumque in ijs bona poſſidentium diſpendio: ſubſtentandis illis, neq; non alueis expurgandis, aptandisq; in dies iniuncto: perennis aquæ fluuius extrahitur, ſanè parua



Digitized by Google

plauis, Brentella vulgò: ſiue Pianicella: ad Taruiſani agri pagos, vnũ de ſexaginta, ex certis librationibus, partitori vulgò, ingenti cõmodo, commodoq; prouentu, ſuſq; deque perpetuo irrigandos: veluti ad iumenta, & pecora: tum vina, & tot alia: ſed & miſellos ipſos homines vrgente ſyrio in hac lata planitie, fœniſeces præcipuè, adaquãdos; tum & ad rotas molitorias voluendas non paucas. Vnde & aquarum officium cum Tribunali erigitur in forenſi palatio: & regitur in omnibus pro tempore, à tribus extractis ciuibus ex Duodenis illis in his inquam pagis bona poſſidentibus, ad hæc à Ciuitatis conſilio deſtinatis. Anno Dom. MCCCCXLVI.

In hodiernam diem. qua inquam die, quo inquam anno, integro. ſ 1615. triumuir diſtineor ego Barth. Burch. iudicans, prouidens, ac decernens. creatus priùs ex XII. illis vnus: vt qui bona poſſideam in vtraq; planitie, ſuperiori inquam, & inferiori.

---

Quod anno 1450. Paulus Sentinas Peregrinus legaſſet Magno Hoſpitali cruciculam Sanctam, & cæt. legas in hoc pag. 299. Elogium Memorabile.

---

CXLI.

FEDERICVS III. IMP. à REGE VNGARIÆ multiſque Principibus comitatus Romam à ſummo Pontif. Coronam recæpturus Imperialem: & Leonardi Odoardi Luſitaniæ Regis Filiã ſubarrhaturus contendens Taruiſio pertranſiuit. vbi à Taruiſinis obuiã habitus, à Clero inquam, à Prætore, Aurio Paſcalico, à legatis, ab vniuerſa demum ciuilitate, ac accæptus luculentiſſimè, prout Principem tantum ac Venetæ Reip. amicum decebat, ibi per triduũ diſtinetur; quo temporis plura belli ſpectacula, per Taruiſinos eduntur, plures ludi campeſtres, plura iubila: demum carcerib. detenti in eius gratiam liberi dimittuntur. Anno Dom. MCCCCLI.

---

CXLII.

FEDERICVS IDEM IMPER. denuo Romam petens Taruiſio iter habuit: vbi à Ioanne Mocenico Prætore, qui poſt decenniũ Dux creatur, ex S. C. accipitur ampliſſimè, ſex ad hoc ex primorib. conſtitutis, qui illum per oram Taruiſinam, per vrbem, per Templa deducerent, comitarentur: illiq; obſequerentur, ſeruirent: duob. nẽpe Comitibus Collaltinis, Nicolao, & Carolo: duob. ex Actionibus, Riccio, & Altinerio Equite: Florauanto de Buiſio, & Marcobono de Vitali; quo tractu temporis Franciſcus Rholandellus Ciu. Tar.



Digitized by Google

Vir latinæ perinde,ac Græcæ linguæ peritiſſimus poeta celebris ab Imperatore Laurea publicè Coronatur.

Nec alium rogo teſtem temporis,quam illummet Rholandellũ: cum legam in eius operum magno volumine in dies à ſe cõſcripto, à Iulio eius pronepote ingenuo ciue mihi ſpectãdum tradito,verſus XXX hexametros,quos illo coram recitauit petens Coronam Lauream:cui & obtulerat Elegidium ſuum , vitam ſanctiſſimi Romani *Franc.* Pontificis Benedicti XI.Taruiſini continens excultiſſimum. Sed ver *Rholl.* ba illius in calce poſita,amabò,deſcribamus.Hæc carmina pronunciaui die quinto decemb. 1468.in Eccleſia Cathedrali Taruiſij Sacroſanctæ Maieſtati Imperatoris Federici.Cum eſſet ipſe ſtans ante primã ſedem chori verſus Corpus Chriſti.Qui me laureauit,et Poetam fecit,habita meorum carminum comendatione per D.Ioannẽ Rother Epiſcopum,iubente ipſa ſacra maieſtate, vt verba faceret.

Anno inquam Sal. MCDLXVIII.

---

Suggillaborne, lector, ſi dixero anno 1467. Taruiſij impreſſam fuiſſe Taruiſini ſcriptoris,Poliphili inquam, Hipnerotomachiam? vix credam,cum liber ſit æquè mirabilis, ac Memorabilis : &,vt dixit quidam ſapiens,res vna in eo miranda eſt,quòd,cum noſtrati lin *Leon.* gua loquatur,non minùs ad eum cognoſcendum opus ſit græca , & *Craß.* Romana quàm Tuſca,& vernacula : ſiquidem non hic res ſunt vul- *Veron.* gò expoſitæ,& Triuijs decantandæ:ſed quę ex philoſophiæ penu depromptę , & Muſarum fontibus hauſtæ quadam dicendi nouitate perpolitè ingeniorum omnium gratiam mereantur.

Vnum addam lubens,inibi in Hyſtoria recenſitum, in latium deueniſſe primò imprimendorum librorum vſum anno Dom 1457. Quæ quidem ars (ſuperaddo) non multò poſt ſeſe ad Taruiſinos recæpit;ſint teſtes,præter opellas,minutioresq; libros multos,magni codices,ac volumina.Hipnerotomachia inquam mox dicta. C. Plinij 2 Hyſtoria Naturalis & Decades T.Liuij, omnia in magno folio,mihi propterea grata valde, quorum colophonas librorum, inſcriptionum non immemor, hic geſtio regiſtrare.

Taruiſij. cum decoriſſimis Poliæ amore lorulis diſtineretur miſellus Poliphilus. MCCCCLXVII. Kalendis Maij.

C.Plinij ſec. Naturalis Hyſtoriæ libri triceſimi ſeptimi & vltimi Finis,impreſſi Teruiſij ductu , & impenſis Michaelis Manzoli Parmenſis MCCCCLXIX. Regnante Sereniſſ. Venetiarũ Duce Ioanne Mocenigho VIII.Kalendas ſeptembris.

Has

Digitized by Google

Has T. Liuij Decades à Luca Porro quàm diligentiſſimè recognitas, Taruiſii Ioannes Vercellenſis impreſſit anno Salutis mileſimo quadringenteſimo octogeſimoquinto.

CXLII.

Thrace Mahumetano hoſte immaniſſimo Euboiam inſulam potenter aggreſſo: & Repub. Veneta in anguſtijs ob id verſante, Taruiſina ciuitas ad milites ſuſtentandos mille tritici modios ſponte Belligeranti Principi dono dedit Anno Dom. MCCCCLXX. Adhucautem feruente bello Tria aureor. millia Taruiſium Reipublicæ deſtinauit. Quo temporis interuallo ex S. Ven. C. Nouum imponitur Belli Subſidium in Continènti.

Anno Dom. MCDLXXIIII.

CXLIII.

Venetorum copijs peditum ingentis numeri, & tribus millibus Equitum à Turcarum numeroſiſſimo exercitu, Duce Scandero, in Foro Iulio ſuperatis, trucidatis plurimùm: ſibi proſpiciens in poſterum Reſpub. decreuit per omnes eius vrbes in Continenti fieri delectum militum, qui vocarentur Prouiſionati Sancti Marci, qui quidem ab omni alio perſonali onere immunes eſſent: tenerentur autem in quolibet Turcarum aduentu armati currere ad Reipub. ſtatus tutamē. Quapropter, facta partitione, ac computo huius militię, 2500. homines Territorio Taruiſino vniuerſo tunc contigerunt.

Anno Dom. MCDLXXVII.

CXLV.

B. Bernardinus Feltrenſis ex celebri familia Tomitana monacus Franciſcanus de obſeruantia anno Sal. MCCCCLXXIX. Taruiſij in Cathedrali Templo, ſumma cum populi frequentia, nec minori admiratione, concionatus fuit. hic Tridēti detegit Symeonis paruuli martyrium ab Hebræis inhumaniter patratum: quos poſtmodum & Mantua expulſos voluit, & ex locis alijs, vbiq; ſigna efferēs ſanctitatis. hic humillimus, ſiquis alius, acerrimè vitia repræhendebat, impænitentes deteſtabatur, futuras prædicebat calamitates: hic inquam non paucis ciuitatibus ſuaſit, vt in pauperum ſuffragium ſacri pietatis Montes erigerentur. Ex illius interceſſione ante, & poſt mortem, magna ſunt viſa miracula atq; admiranda. in pace quieuit Patauij anno Dom. 1494. ætatis ſuæ 55.

Anno D. quo ſupra, MCDLXXIX. Tar. Præd.

CXLVI.

Digitized by Google

CXLVI.

Aloyſio Vendrameno Andreæ Princip. opulentiſſ. prognato ſplendidiſſ. Præturam tenente, Taruiſij ad amplum Diui Martini campum, ſeu plateam dicas, peractum eſt haſtiludium. Vnum poſt homines natos ſuperbiſſimum æquè, ac præ inuentionib. & Aſſeclis ſumptuoſiſſimum. Equitibus grauis armaturæ Bernardino, Franciſco, & Antonio de Caſtro Polæ: Stephano à Cornu: Ioanne Vonico: Rholandino Bracca: Leonardo Vulpato: Stephano, & Trifolio Actionijs: Hieronymo Hoſtiano & Hieronymo Grauolino, cūctis patritijs, ijsq; ex Primoribus Taruiſinis. in quo ſummatim interfuère Hominum vltra XIIII. millia. Leonardo Vulpato, & Stephano Actionio magni pretij (brauium dixeris) & ſupremæ Gloriæ ſingulare Dimidium aſſecutis.

Anno Dom. MCCCCLXXXI. D. XXV. Apr. ab hora XV. ad noctis crepuſc.

CXLVII.

A bellorum incommodis feriatus Federicus Imper. animi gratia Tridentum petijt: cum ſuborta ei voluntas perluſtrandi illam Italiæ partem, quę iuxta Alpes reſidet inter Benacum, atq; Aquileiam, Venetæ quippe Reipub. interueniente conſenſu; Quæ propterea confeſtim deſtinauit ad illum Nuncios, qui per oram hanc vniuerſam Cæſarem Comitantes ſemper, illi omne commodum vbiq; ac debitam reuerentiam procurarent, & Veronam, & Vincentiam, & Baſſianum inuiſit: Taruiſium venit, domo Brixia accæptus luculentiſſimè. Quinetiam à Ioanne Bononio ciue Tar. ſibi delatum munus carmen eius Heroicum continens vitam, mortem, & miracula B. Henrici Bolzanij Taruiſij quieſcentis. Dedicatio autem eſt verſu Elego ſic exordiens: Ioann. Bonon.

*Me quoq; non duro Cęſer mitiſſime vultu*
*Excipe, nam grato carmine ſancta canam.*
*Sancta canam: Bone Cæſar ades, pontumq; petenti*
*Da modò, da præſens vela ſecunda rati. &c.*

Inde Coneglanum profectus, tum Forum Iulium ingreſſus, Portus Naonij, ſuæ ditionis oppidi, legatis Venetis & gratia, & vale dictis Bartholomæum Spinetam de Cathaneis patricium Tar. Equitem creauit: & inde ad ſuæ maieſtatis antiquas ędes progreſſus fuit.

Anno Salut. M.CCCCLXXXV.

CXLVII.

Digitized by Google

CXLVIII.

Taruiſio immani peſtilentia afflicto nimis: vrbs ipſa ad longum tempus adeo ex defectu hominum deſerta permanſit: vt per plateas, per Scalas Palatij, atq; alias ſub dio, herba interim frequens ſuborta eſſet: quo temporis interuallo Antonius Bernardus Doctor, atq; Eques Taruiſii Prætor coactus fuit ab vrbe in ſuburbanum pagum Spinetam ſecedere: vbi cum eius curia conſidens ius reddebat. ſub eo temporis vita exceſſit Federicus III. Imper. poſt XLVII. ſui imperii annum: cui Maximilianus filius ſucceſſit.

Anno Dom. MCCCCLXXXIX.

---

CXLIX.

Extincto Venetorum bello cum magno Germanorum conuentu occaſione confinium: ſcilicet inita pace: confinium negocio in manibus, ſummi Pontificis dimiſſo, legati eius opere Nicolai Franchi, inquam Epiſcopi Taruiſini: a tribus Venetorum legionibus, ne ocio marceſcerent, ſuperbiſſimum Haſtiludium Meſtri Caſtello ſatis amplo futurum clamatur. ad quod vltra XXX. hominum millia legitur conueniſſe. Militantium Taruiſini aliquot concurrerunt. Deniq; ſummum Brauium retulit Petrus de Nelſo Equitum cataphrac. fortiſſimus: alterum Nicolaus frater eius, Tertium Antonius à Boue; Tres omnes ciues Taruiſini.

Anno Grat. MCCCCLXXXIX.

---

Hieronymi Bononij C.T. hexaſt. in obitu Petri huius Nelſi Taruiſini Equitis validiſſimi, eius contemporanei: qui de Haſtiludio Patauino glorioſè digreſſus, Veronam ad aliud profectus, præ inuidiâ poſitis in eius caſſide ſpongijs venenatis, miſerè interimitur.

Hier. Bon.

*Hectorea Nelſus dum certat belliger haſta,*
*Euganeo ſternens obuia quæq; foro;*
*Paſſus lethæum medicata caſſide ſomnum*
*Occidit; hoc tumulo fortia membra iacent.*
*Sic inuicte dolo fuit hoc tibi, Petre, cadendum.*
*Non poterat virtus tanta perire vigil.*

Dialogus elegans valde legitur Augurelli tribus diſtrictus paginis, cui Charon & Nelphus titulus, lib. 2. Iambicorum carmen 23. ſic ordiens.

Augur.

*At at quis hic (qui ratem premit tantus,*
*Foroſq; ſolus occupat iacens cunctos*

Opertis

*Opertus armis, & manu tenens haſtam?*
*Hem ſtertit. hui, quid hoc? &c.* *Augur.*

## C L.

CATHERINA ex antiqua inter Patricias Venetas CORNELIORVM Familia, IACOBI CYPRI Regis coniux ſuperſtes defuncto fil. poſthumo, Regnoq; Reipub. Ven. eius Matri liberè conſignato, Aſylum Taruiſanæ oppidum delicijs affluens ſibi ab illa elargitum petens, Taruiſium appulit: vbi colligitur, hoſpitatur, tractaturq; pollucibiliter: Quemadmod. Reginam decebat. Quæ hinc recedens Auguſtinum Anoalium Iur. conſ. ciuem Tar. in adminiſtrandis reb. oppidi ſibi Auditorem Generalem aſciuit, abduxitq;.

Anno Grat. MCCCCXC.

## CLI.

Turcis x. millib. Alexandro Duce ſtrenuo Forum Iulij, & inde oræ Taruiſanæ partem ſuperiorem excurſionibus, rapinis, incendijs, mortibus perinde innumeris deſolantibus: atq; vna illa ſimul morte omnium maxima citra, iuxtaq; Tiliauentum Fl. MCCCC. ex captiuis nimis barbarè iugulatis. Dum Vrbes eius Reliquæ in Continenti Venetæ Reipub. ad hos, alioſq; aliunde illam infeſtantes inimicos arcendos, profligandoſq; ſubſidium deferrent, Taruiſina Ciuitas quinque mille aureos illi illico enumerauit. *Ex lib. 12.*

Anno Dom. MID.

## CLII.

Vigente adhuc, vrgenteq; bello Turcico, Venetis Alexandro Rom. Pontif. fauente, prę ſtito Iubilæo: Taruiſii ex pijs oblationib. auripondo libræ XXIIII. in Reipub. ſubſidium colliguntur.

Anno Sal. MD.

## CLIII.

ANNAM Reginam Vngariæ Taruiſio prætereuntem dum ad Hoſpitia maritalia feſtinaret, Io. Aurelius Augurellus Ciu. Tar. Vates nobilis, Taruiſij nomine, ingenioſo quidem, ac perilluſtri poemate decantauit. Quo temporis interſtitio pariter Taruiſij floruerunt, Hieronymus Bononius latino carmine celeberrimus,



Digitized by Google

Franciſcus Varagius Poeta latinus valde lepidus, tum Leonardus Maurus, Traianus Calcia, atq; alij non incelebres: porrò vixit etiam illius ſæculi tempore Ciuis Tar. Auguſtinus Beatianus Venetijs oriundus, in vtriusq; linguæ noſtræ pangendis carminibus vti celebris, ita à Vatibus celeberrimis iuremeritò celebratus.

Anno Dom. M D I.

---

Legitur carmen nobile Aurelij Augurelli ad Annam Pannoniæ Reginam pro Taruiſio Ciuitate: & eſt vigeſimumſextum Iamborum libri, quod ſic orditur.

Augur. *Regina priſcis orta quondam Regibus*
*Regiq; coniunx dedicata maximo,*
*Regumq; mater mox futura fortium.*
*Gratatur hæc nunc Ciuitas omnis tibi, &c.*

---

CLIIII.

Cameracenſi ſummorum Europæ Princ. confœderatione (vulgò Lega di Cambrai) Venetùm Remp. vndiq; in Continenti bello maximo, ac perniciosiſſimo demolita: vnico Taruiſio in ſupremis anguſtijs conſtituto, conſtantiſſimè Fidem ſeruante: acclamante interea Sanctum Marcum Marco de Crema Pelliparío Tar. magna inſequenti illius vexillum, ac vocem populariumm manu, nedum ſeruatur Ciuitas in manus Cæſaris mox caſura: verùm ex hoc amiſſum imperium, audacter Respub. non minus, quàm fortiter, ſubinde recuperauit.

Anno Sal. M D I X.

---

Peramplum, atq; admodum vtile probatiſſimi Viri Marci de Crema Priuilegium, à Sereniſs. Lauretano Principe tunc conceſſum, decernitur in noſtrorum primo ſermone Epitaphiorum pag. 59. in cuius quidē temporis infortunijs & Antonius à Templo, qui & à lignamine, in excitanda, ac ſeruanda populi Tar. fidelitate erga Venetam Rempub. meruit honorificum, ac proficuum priuilegiū, quo adhuc potiuntur Turrij Ciues noſtri ex ſorore Antonij deſcēdentes. nec admodum diſſimile eſt diploma Philippi à lignamine ob eius præclara facinora tunc temporis commōſtrata.

Antonius verò Georgius Georgij Georgij Philoſophiæ Doctoris paternus auus, Vir in Valledobladinis diues, & plurimum potens, in recuperatione Caſtrinoui, Scalæ, ac Feltri, ſumma fide prō-

ptitu-

Digitized by Google

ptitudine, ac diligentia, cum inſigni militum manu proprijs ſumptibus viriliter ſe opponendo ita egit, vt ea loca demum recuperarentur. at latiùs de his in Ducali diplomate; qua de re & Georgius Pilumnus in eius Bellunenſis hiſtoriæ lib. 7.

Andræas Mocænicus Patr. Ven. in Epit. 1. libri belli huius Cameracenſis, ſic ſcriptum reliquit. Pari modo apud Taruiſium ſeditio orta eſt: & ciues volebant Maximiliano Regi Ciuitatem tradere. niſi illa ſtatim compreſſa eſſet fauore popularium: qui propterea immunitate donati ſunt.

---

Hucuſq; ſelecta illa XVIII. duntaxat, hiſtoriæ Taruiſinæ pręcipua memoranda intus, & extra Comitia noſtra picturis, & laconiſmis ſunt regiſtrata: quorum quidem ex temporis iniuria oblitterata aliquot, aliquot eroſa, & male apparentia: auximus, ampliauimus, ditauimus opiparè, vt lector vides, ex hyſtoriæ penu: & proſecuti fuimus, ex inſtituto, Memorabilia noſtra in hanc vſq; diem. Vtinam poſſim, & ego tandem cum Ouidio præcinere,

*Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,* Ouid.
*Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.*

Scilicet ad Ciuitatis noſtræ Taruiſinæ decus æquæ, ac gloriam immortalem.

*Sed reliqua proſequamur ad illiuſmet impreſſionis hiſtoriæ extremam diem.*

---

## CLV.

Fœneratorum, Iudæorum inquam, crudelitate exhauſto Pop. Tar. illis expulſis, erigitur Mons Pietatis, Nicolao Franco Pontif. & Hier. Aurio Prætore Taruiſij fauentibus. Qui quidem Mons ex tribus Denariorum generibus conſeruatur, vnde & Conſeruatores, Sacri Loci Rectores dicuntur: nempe ex propria ſorte, ex piorum eleemoſinis in dies aucta: tum ex Depoſitionibus neceſſarijs litigantium in dies reſtituendis: deniq; ex depoſitis pecunijs voluntarijs, vel ad vtile ducatorum quatuor, pro centenario annis ſingulis conſequendum, quod quidem ſublatum eſt: vel ad dotes conſtituendas in tuto, vel ad alias expectationes ſignatas. Pręterea ex Leonardi Laured. Sereniſs. Principis Decreto, marmorea Tabula, & quidem ampla, ad Fori Prætorij medium auratis litteris regiſtrato, Taruiſium ab Hæbreorum odioſo comercio eximitur in perpetuū.

Anno Gratiæ. MDIX.



Digitized by Google

## CLV.

Adnotatio manus propriæ Thomæ de Prato C.T. Viri doctiſs. & Poetæ Laureati in margine ſui voluminis Plinij naturalis hyſtoriæ lib. 2. cap. 81.

M.DXI. VIII. KL. Apriles, Taruiſium nutauit ingenti Terræmotu, maximo hominum terrore. hora XXI. cum dimidia cęlo nubilo pluuia in veſperam ſubſecuta, pinnaculo Templi ſuper valuas Leonum cum cruce diruto, pariete ad ſiniſtram ingredientium ſciſſo. Palatio tremore tanto concuſſo, vt Turris campana iamiam ruitura viſa fuerit, nonnullis ruinis ruentibus: per vrbem camini aliqui, ædificia malè affecta vetuſtate proſtrata fuerint: oppida vicina, & tota regio hunc horrendum motū terræ paſſa fuerit: Venetias quoque quaſſauit acriter idem terræmotus. ſ. hora XXI. & quædam corruerunt Cymbæ cum hominibus periclitatę, vt poſtea compertum eſt. Tota Italia, & Alpes diuidentes Italiam à Gallia, Germaniaq; horrendum hunc motum terræ adeo vehementem ſenſère, vt viſæ fuerint inter ſe concurrere. audiui ego Thomas quendam narrantem ſe illo die, & hora eſſe in vrbe Illyrici Iadera, & eundem terręmotum horrore tanto Vrbem illam ſenſiſſe, vt ędificia multa corruerint, & maria, veluti in tempeſtatem, æſtuauerint, Quin hic Taruiſij & alibi multis in locis homines nonnulli mente capti fuerint, nonnulli perierint ex terrore.

rb. Pr.

---

Et Simon Locatellus in ſuo de origine Vrbis Taruiſanæ lib. ad id temporis progreſſus ſic ſcriptum reliquit. Fuit ingens terræmotus: Et iuris palatium in parte meridionali ſciſſum in duas partes: & multæ domus, & camini corruerunt: Turris quoque palatij, tanquam virga, agitabatur terræmotus violentia, vt cadere videretur.

Locat.

---

## CLVI.

In magnis Vrbis vexationibus, vt inimicos à męnijs procul arcerent Taruiſini, ad Silis ingreſſum aquarum ſubſtentaculum excitarunt: fortius ſubinde aliud marmoreum, licet ex tempore, ad Butinicæ, alterius. ſ. fluminis, introitum: Quibus præmunitis, ac clauſis portis, eatenus extra muros excreſceret inundatio, vt obrueretur campus, & pedes omnis per longa ſpacia. Suburbijs interim vſquequaq; per quingentos paſſus penitus deſtructis, ac deuaſtatis: ne inimicorum inſidijs, confugijs, aut propugnaculis cōficiundis paratus in proximo locus vllus opertus relinqueretur.

Anno Sal. M.D.XI.

Quot;

O quot, quantęq; mihi veniunt referendæ his temporib. inuaſiones Maximiliani Cæſaris in Oras noſtris finitimas, Feltrenſes, Bellunenſes, Serrauallenſes, hinc inde: Sub, ſupra montes, Caſtrinoui, Aſilli, Baſſiani, Cittadellæ, Caſtrofranci: agri quinetiam Taruiſini, ad colles, ad planitiem: excurſiones, incendia, occiſiones, Feltri prę ſertim illius Ciuium crudeliſſimæ, prædæ, populationes, ſtratagemata, occupationes locorum, demolitiones, recuperationes, amiſſiones, iterum, reſtitutiones, reparationes, quid iam ſcio? non refero tamen: non etenim Vrbi noſtræ, aut ciuibus huiuſmodi contigerunt; Siquidem Taruiſium hac tempeſtate bene munitum, bene cuſtoditum, optimis præſidijs obſitum, inſtructum, & paratum ad ſuſtinendum pariter, atq; ad inferendum bellum, permanſit (Dei gratia) intactum ſemper, veluti Reip. Venetæ deuotum: ab illaq; ad inſtar pupil æ oculi continuè protectum, illęſumq; per id temporis præſeruatum.

CLVII.

Taruiſio Imperatoris potenti exercitu vndiq; obſeſſo: cum menſtrua militum in Vrbem Venetijs adferenda diutius morarentur: ſeditioſo tumultu ſuborto, adeo, vt de illorum defectione, Vrbisq; ſimul amiſſione dubitaretur: AVGVSTINVS Bethign. Brixia Nob. C. Tar. Magnum auri pondus Prætori detulit: quo ſedatis ſtatim militib. animatiſq;, ac vexatis, concuſſiſq; Cæſareis copijs à Bombarda ſupra ſacram Turrim Fratrum Sancti Nicolai conſtituta, Taruiſium ab acerrima oſti dui obſidione liberatur.

Anno partæ Sal. MDXI.

Quod ſequitur Elogium extat ad D. Margaritæ Cænobium, ſuper oſtio nobili. altius primùm in ſchæda.

SANCTÆ ROMANÆ ECCL. VENETIQ; IMPERII MAGISTRATIB. IVCVNDVM PATET HOSPITIVM.

tum in quadrato marmore.

CLVIII.

AVGVSTAM ÆDEM COLVNTO. VBI INITVM EST CONSILIVM, QVO PATAVIO RECEPTA, HOSTIBVSQ; PVLSIS, LIBERTATIS SPECIMEN ITALO COELO REFVLSIT. ANDRÆA GRITI TVNC LEGATO: PRINCIPE DEINDE SERENISS. AVTHORE.

Anno Sal. MDXII.

CLIX.

Digitized by Google

CLIX.

Quemadmodum Taruiſij Burgi extra męnia præædificijs, & pomęrijs conſpicui, pro Vrbis tutela fuère pridem deſtructi: ita & Templa varia, ac cęnobia ſuburbana hoc tempore ſuſpecti, imò incumbentis belli, ex S. C. penitus deſtruuntur. nempe. T. ſanctorum XL. Sanctæ Mariæ IESV, S. M. Magdalenę, S. Hieronymi, S. Clarę: tum S. Mariæ Matris cum ædibus Prioratus: veluti & peſte laborantium Noſodochiũ, vulgò il Lazaretto, cum aliis minoribus, tũ Eccleſijs, tum domicilijs priuatorum; ad hæc foſſæ omnes circa męnia excauatæ fuerunt atque mundatę.

Anno Dom. MDXIII.

CLX.

Dum PAVLVS NANI Taruiſio præſideret, portamq; Sancti Thomæ adeo conſpicuam, tum Aquilonarem mœniorum partem conſtrueret, Præterière Taruiſio Alphonſus Dux Ferrariæ; Cardinalis Cornarius: & Franciſcus Maria Feltrius Vrbini Dux: qui regificè habiti perrexerunt.

Anno Sal. MDXVIII.

CLXI.

Althenerio Actionio Aduoc. Philoſopho, atq; Hortenſio Tiretta Iureconſ. Nobilib. Viris Promotorib. (puer quos noui ſenes) Erigitur Taruiſij Academia: Magnis hincinde aduectis litterarũ, armorumq; profeſſorib. tum Muſicis, Equiſonib. & Mimis: Quò extinctis bellor. incendijs, Taruiſina pubes procul ab omni ocio gnauiter prælũſtrib. exercitijs generoſa diſtineretur.

Anno partæ Sal. MDXIX.

CLXII.

Marco Zantani prætore Fabricatũ, & repoſitum, ac optimè collocatum fuit illud quàm pulcherrimum Horologiũ in pariete paruæ porticus Prætorij ſupra forum miro artificio à magiſtro Viuiano Fabro inſigni Vrbis noſtræ affabrè factum: in quo nedum habentur horæ diei, ac noctis oſtenſæ per circumeuntis Solis radium, ſed & ipſius Solis inceſſus per XII. ſigna Zodiaci: &, quod maius eſt, Lunæ, cum ipſius ex creſcentijs, & defectibus, ad oculum, cõiunctione, & plenilunio: vbi & planetarum aſpectus: cũctis in plano vno, vna area, ſeſe circula. riter variato, iuſtoq; inceſſu mouentibus. Viude An-

Digitized by Google

de Auctori tanti operis, & eius deſcendentibus qui curam illius habeant, ſalarium perpetuum aſſignatum fuit: quod quidem poſteri de Viuianis, ſiue ab Horologio dicti exigunt a Camera phyſcali in hodiernam diem.

Anno Sal. M D X X I I I I.

---

CLXIII.

Bernardo Rubeo Parm. Taruiſij Epiſcopo, Bononiæ Prælegato Patauij vita functo, Franciſcus Piſani Ep. Pat. & S. R. E. Cardinalis Taruiſij Epiſcopus pariter ſucceſſit: anno ob peſtilentiam acerbo non minus, ac memorabili. Quò ſanè ex Ven. S. C. deſcribitur Taruiſanæ vniuerſa militia. Quare in agro Tar. tria millia militum, & Remiges vltra mille ducentos legerunt.

Anno Dom. M D X X V I I I.

---

CLXIV.

CAROLVS V. Imperator Vienna Tridentum cum exercitu petiturus, ex S. Ven. C. per eius ſtatum tranſegit: quare de Foro Iulio per orã Taruiſinã uenturus, prima Nouembris die ſtructo ponte nobili ad Neruiſiæ terminos ſupra Plauim habetur obuiã à Baptiſta Ædepolenſi Equite, & à Baptiſta Bettignolo Brixio ex optimatib. Taruiſinis à Sen. Ven. ad id electis; Qui Cęſari gratiſſimi de litteris ſecum perinde, atq; de armis ſapidè colloquentes gratioſum obſequium ſummo Imperatori continuatis itineribus, præſtiterunt.

Anno Dom. M D X X X I I.

---

CLXV.

Prodigioſæ Locuſtarum grandium, nigrarumq; phalanges innumerabiles Germaniam, & inde Italiam, agrum præcipuè Taruiſinum peruolantes, depopulantesq;, fructus, herbasq; omnes penitus abſumpſerunt. qualem caſum legimus in M. Antonini Philoſophi Rom. Principis Vita ab Egnatio per compendium tradita, his verbis, lue interim, inundantium fluminum, locuſtarum vi omnia populantibus. Egnat.

Anno Dom. M D X L I I.

---

CLXVI.

Magna porticus, ſiue hãc exedram, exedriumvè, ambulacrũ, aut xiſtum dicas, ad Forum Ciuium ſubtus iuris Palatio reficitur: ac nouo ſtructurę ordine fabricatur, fortior, tutior, ſpecioſior, ſpacioſior: Duobus ijs lateritiarum ſcalarum ordinibus illi exteriùs applicitis

in mar-

Digitized by Google

In marmoreum vnum,ſufficiensq; , reductis: nedum vt tolleretur ſuperfluum,verum magis vt amplius forum olitorium redderetur.
Anno Dom. MDLIII.

CLXVII.

Non hic Comœdias,non Tragœdias, aut Satyras, quidem pluri mas,Taruiſij publicè modò in priuatis ædib. amplioribus, modò in publ. à Taruiſinis actas, & quidem largioribus ſumptibus, recenſebo: faſtidiendus eſſet etenim lector ſuperq; ſatis. Vnam duntaxat, atq; eam ſacram Repræſentationẽ,dignam ſanè quę, ſuper omnib. memoretur,reponam; nempe ꝙ vniuerſa hyſtoria Sancti Protectoris noſtri Liberalis Altinatis per Taruiſinos expoſita, ac recitata fuit in Foro publico,ducto ſolario, Scęnam dixeris,à magnis Scalis Palatij Rationum ibi ad altum fornicem,vſq; ad ipſius finem, longitudinis pedum forſitan quadraginta. Hæc vnica eſt ex primis recordationibus meis:quippe puſillus eram, quinquennis ſcilicet: & dum in medio Foro conſtiteram, meus famulus me in ſcamnum poſuit:vixq; illius oculos oculorum meorum acie æquiparabam.
Anno Sal. MDLIII. Die xvj. Maij.

CLXVIII.

Poſt Diuorum Nicolai,& Theoniſti hortos,Fratrum inquam,& monacarum iuxta Silis decurſum,vbi diruta erant męnia, imbecilla & antiqua omnia, extruitur amplum, & forte propugnaculum, ſi quod aliud,ſuperatis aquarum,nedum præter labentis fluminis altiorum,ſed magis vbi vbi naſcentium, grauioribus impedimentis. in quo opere abſoluendo Clariſſimorum Virorum, Rectoris. ſ. fabricarumq; Præfecti ſumma diligẽtia,& Redemptorum,quos Prothos dicimus,optima experientia: & lata Sereniſs.Principis impenſa, probatiſſima omnia enituerunt.
Anno, Dom. MDLV.

CLXIX.

IN BONÆ Poloniæ Reginæ hac tranſeuntis, Regièq; in hoſpitium ſuſceptæ mem. Ioanne Bethign. BRIX. Equ. atq; hoſpite. Floreno Vonico. Marco Serraualſio, & Philippo Actionio Aduog. Legatis obuiam profectis: Andræa Priolo Prætore, Præfectoq; Tar. Priolo tunc Laur. Principe Venet. inclyto.
Grati Ciues Tar. M. H. PP.
Anno Salut. MDLVI.



Digitized by Google

CLXX.

**SFORTIA** Pallauicino inclyto Veneti exerc. Imperatore Generali, Permagni Belli ſimulachrum ad Pederipam ſupra Taruiſ. ſecus Bellonæ Montem peractum eſt. in quo Cataphractor. Milit. equeſtrium, & Peditum ad xv. millia interiuêre. Triduũ collatis ſignis acriter pugnatum: in planitie primum: deinde ad curriculum, ad pontem: poſtremò die ad vallatum Caſtrum ob id conſtructum.

Ex Veneti Sen. Conſ.

Spectaculum cunctis ſanè ſæculis memorandum. adhuc autem admirabilius, portẽtoſumve, ſi ex Sfortiæ nutu peractum eſſet: quippe qui volebat Bombardam vnam pila ferrea inſtructam in exercitum vi ignis exonerari: vt, quot vno ictu ab ea interficerentur homines oculata fide dignoſceretur.

Anno Sal. noſtr. M D LX. menſe. Octob.

---

Facinoris huius generoſiſſimi typum equidem abſolutum videre eſt publicè ad Forum Militum ponè prætorianũ in externa facie vniuerſa, qui locus vulgò dicitur la Guarda; picturis optimæ manus adhuc integrè conſeruatis.

---

CLXXI.

Ludus Campeſtris, certaminis profectò ſpecimẽ ſingulare, quod vulgò dicitur Barriera, ſiue Torneo à piedi, Nobilis ille quidem, ac perilluſtris habitus eſt Taruiſij in publico Palatio iuridicundo inſtituto, illo quidem ampliſſimo quoquo verſum, tutiſſimo, nec expoſito incommodis nocturnis, aut tempeſtatum. inibi Caſtra, hinc, inde compoſita: ibi ad mediũ meta: ibi cataphracti nobiles, forteſq; generoſi ſelecti ciues: inibi inquam haſtæ, pila, ſecures, ſcuta: & quod vno verbo concludam, parata omnia, atq; optimè omnia adminiſtrata. quod pueri vidimus teſtamur.

Anno Sal. M D LX V I. Plus, minus.

---

Vidimus autem ſimilem ludum, atq; pedeſtris haſtiludij ſimulachrum illuſtriſſimum Ann. MDIC. in ſublimi ſublimium Collaltinorum, Comitum Oppido Sancti Saluatoris ultra Plauim; inuentionis illum quidem mirabilis: repræſentationis æquè, ac recitationis Carminum, exquiſitæ: pugnantium autem Heroum, ac Equitũ ſplendoris præfulgẽtiſſimi, in primis aũt ſumptus maximi, noctu, ſub dio: a conticinio ad gallicantũ dum Illuſtriſſ. Comes

Antonius Collalto Collateralis Generalis Sereniſs. Dominij Veneti Matildæ filiæ, Comiti Alberto Scotto in matrimonium traditæ nuptias celebraret. Quę omnia felici calamo deſcripſit. Ioãnes Turrius Legum Doctor Conciuis noſter omni ſæculo memorandus, eaq; Typis Taruiſinis meritó publicauit anno inquam illo MDIC.

CLXXII.

Innocentia Petri Iuſtiniani. C.T. filia Monialis in D. Mariæ Nouæ ordinis Ciſterc. D. Bernardi Virginio Tar. manus, brachia, & Crura miſerabiliter longo tempore conuulſa, contractaq; Sancto huic Protectori feruidas preces fundens, eius pia interceſſione ſanatur: ab eoq; monita dimiſſum à matribus nigrum externum habitum (vulgo patientiam) reaſſumunt.

Anno Dom. MDLXIX.

CLXXIII.

Turca immaniſſimo Chriſtiani hominis, ſed & nominis inimico perfido Reipub. Venetæ pro ditiſſima Cypri inſula adipiſcenda, bellum mouente. Ciuitates omnes ſubditæ Sereniſſimo Principi noſtro ſubſidium detulerunt. Quapropter Taruiſina Ciuitas Reip. fideliſſima ſeptem M. & CC. aureos nummos Principi ſuo æq; ac Patri, contulit munus: Quo quadringentis peditib. ſemeſtria ſtipédia his belli Turcici motibus ſoluerentur; Queis Tabellionum Collegium Tar. mille ſponte ſua aureos ſuperaddidit.

Anno Mundi Red. MDLXIX.

CLXXIV.

Cypro deperdita præ Turcarum exercitu penè innumerabili (ducentum quippe militum millia referuntur) perinde, atq; commeatus, & bellici munimenti defectu: cum claſſis Chriſtiana neq; bellari interim, neq; vllum inſulanis afferre ſubſidium potuiſſet: in cuius inſulæ, Nicoſiæ Vrbis præſertim, excidio, fortiter cecidit Eugenius Singliticò Rocaſsij Comes nobiliſſimus æq; , ac ditiſſimus, Collateralis Generalis Reip. Venetæ, Caræ Deiphobi Bethign. Brixij, &, Lauræ Ædepolenſis nobilium Taruiſ. filiæ maritus, magno Iacobi filij Taruiſij commorantis, ſed & totius familiæ Brixiæ, & Ciuitatis noſtræ dolore. Denique à Fædere coniunctis trib. his Principibus Chriſtianis, ſummo Pontifice inquam Pio V. Philippo Hiſpaniar. Rege Cathol. & Veneta Rep. Sernıſ. aucta, atq;

optimè

optimè inſtructa claſſe adeo, vt noſtra fuerint 250. nauigia contra Turcæ ducentũ & ſeptuag. non longè ab Actio Promontorio, vulgò la Preueſa; quo loci Cæſar Auguſtus Marcũ Antoniũ ſuperauit: has inter aduerſas Claſſes, vtiq; potentiſſimas, maritimum committitur bellum, Sanctæ Iuſtinæ die nobis continuè memorando: & Deo fauente precib. B. M. Virginis à ſummo Pontifice tunc exoratæ, ſecuta eſt Chriſtianorum Victoria, centum & triginta captis nauigijs, demerſis partim alijs, partim fuga ſeruatis: maxima edita Turcarum ſtrage, vt mare rubrum effectum eſſe per longa ſpacia videretur.

Anno Chriſtianæ Sal. MDLXXI.

CLXXV.

Georgio Cornelio Patr. Ven. Antiſtite, & Marco Ant. Curſio ciue noſtro Theol. Minorita Eccleſiaſte ſuadentibus; atq; excitantibus inducta eſt celebris illa Oratio XL. Horarum abſq; vlla intermiſſione ante Sanctiſſimam Euchariſtiam in ara maiori Templi Cathedr. decenter expoſitum: ſumpto ab hora XXIV. Dominicę Palmarum initio; præmiſſa pompa cleri totius, & laicorum: ad quod præſtandum obſequium vniuerſa Ciuitas, nullo propemodum excepto concurrit. Viri quidem nocturnis horis per paræcias, ſeu Regulas Monachorum; mulieres autem diurnis per centurias, ſumma deuotione, ac luminibus plurimis: Quod ſanè annuale inſtitutum nunquam poſtea omiſſum fuit: & hoc anno pariter 1616. frequentia vtriuſq; ſexus maxima illud fuimus proſecuti, neq; (per Dei gratiam) noctu aut interdiu malum, aut ſcandalum aliquod incidit vnquam horis iſtiuſmodi quadraginta.

*Horis 40. ſtetit Ieſus in Monum.*

Anno Salutif. Incarn. MDLXXI.

Legere eſt præter alia in hoc propoſito lingua Itala Paſtoralem Epiſtolam Ioannis Epiſcopi Ferrar. Ibidem impreſſam anno 1591. quam inſequuntur meditationes, colloquia, orationes, apoſtrophes. opus 81. paginis diſtributum.

*Litt. Paſtor.*

CLXVI.

Bonorum omnium ſtabilium in vniuerſo Territorio Taruiſino, cum Caſtellis, ac Comitatib. ſuis Cenſus Generalis in quatuor corpora (quod aiunt) diuiſus, ac diſtributus: Ciuium inquam Taruiſi, Cleri, Aduenarum quorumcunq;, & Agricolarum, pridem occæ-

ptus: deniq; plurimis difficultatibus reciſis, deuictis, eliminatiſq;, terminatus fuit, atq; concluſus.

Anno Dom. MDLXI.

Vnde Collectarum Ducalium, iniunctarum, ſubſidiorum ad bellum, taxarum quarumlibet, oblationum, ac impoſitionum in regione Taruiſina certis regulis: iuxta ſcilicet Prouentuum valorem in ſingulas libras, cunctis bona poſſidentibus pro ſubſtantiæ eorum modulo. conſtituitur Æquilibrium.

Particularis porrò Ciuium Taruiſij, ſuburbiorum adnexis incolis, Bonorum ſtabiliũ cenſus, ac Æſtimatio (vulgò Eſtimo particolar de' Cittadini) abſoluitur, dirimitur p nomina ab A, ad Z. in libro illo grandiori, lingua vernacula dicto la Mare granda: atq; ad vſum vocatur.

Anno Sal. MDLXXII.

---

Iſtum poſui Bonorum Cenſum duntaxat, non ſanè q & alij ante hunc haud quaquam confecti fuerint: ſed quia, me in humanis agente, hic niſi inchoatus productus attamen fuerit, atq; abſolutus: neq; non in vſum recæptus ad hanc vſq; diem: hac eadem ſerie, rituq; conſimili prouehendus, donec alius nouus, diuerſæ quidem faciei, præ Dominorum rerum ſtabilium mutatione, ac interitu, aliquando conficiatur. De quo quidem renouando, ex maioris Conſilij Ciuitatis Decreto iamdudum ſtatutum fuit, ac typis impreſſorijs publicè promulgatum, nempe anno 1582. 16. Maij: veruntamen plurimis ſubortis, ad inſtar capitum lernææ hydræ, difficultatibus, quantumuis optatus à cunctis propemodum bona poſſidentibus: nedum protractus, ſed & impeditus, ac in tempus longum ſuſpenſus fuit.

---

CLXXVII.

Henricus Rex Poloniæ, tum, ob mortem Caroli IX. Fratris Gallarum Regis, ſui nominis III. Rex Chriſtianiſs. Regnũ ſibi natura debitum petens, Taruiſio, tum Venetijs tranſiturus, obuiam habitus ad Germaniæ fines à legatis Sereniſſimæ Venetæ Reipub. veluti & à Ferrariæ Duce eius Conſangu. & à Duce Niuerſij, cum heroibus multis, ad CHARITATIS pagum ante fores Palatij mei Bartholomæi Burchelati, me admirante, obſeruanteq; tum inſequente, à Prætore noſtro, & à Ciuibus magno Equitum Carpentorumque apparatu: veluti ab Equeſtri militia Reip. habetur obuiam.

Qui

Qui Vrbi appropinquans ab Illuſtriſſ. Epiſcopo Georgio Cornario cum Clero ſuo ſub thenſis excipitur, deducitur ad Templum Cathedrale Deo gratias acturus, magno tormentorum, tubarum, Tympanorum, Nolarumq; applauſu: inde ſub tribus præ magno artificio conſpicuis arcubus præteriens peruènit ad Brixias perilluſtres ædes, vbi, vti Regem Galliarum decebat, accæptus, biduum conſumpſit: gratos habuit Ciues, Franciſcum præcipue Brixium hoſpitem: Vrbem, atq; in eius gratiam peracta omnia commendans, Prætorem Bartholomeum Lippomannum Equeſtri titulo, Regioq; Lilio, quæ eius inſignia, decorauit.

Quod vidimus, quod audiuimus, teſtamur.

Anno Dom. MDLXXIV.

---

CLXXVIII.

Princeps de Cleues, qui eſt Neuſtriæ Ducatus in Gallia Belgica, Romam iturus Taruiſium perrexit: ibi per dies aliquot ſe diſtinuit, à Hieronymo Tiretta generoſo nob. Tar. hoſpitatus, tractatusq; magnificentiſſimè. Romam petijt: vbi ſequenti anno, Iubilei inquã anno, moratus, à Gregorio XIII. ſummo Pont. Galero oloſerico ponticorum murium pellibus fuſſulto, vnionibus phrygiato, fimbriatoq; donatur: pariter & machæra magni pretij, ab eoq;, dum ferret occaſio, ad belligerandum contra infideles inuitatur.

Anno Salut. MDLXXIIII.

---

CLXXIX.

Peſtilentia ex Tridentina regione in has oras delata, Vrbes nobis finitimas Venetias inquam, Patauium, Vincentiam, Veronam, & vltra: tum agros atq; oppida miſerrimè deuaſtante: cum quibus tandem & territorium Taruiſinum vſquequaq;: Vnicum Taruiſium, in tota Venetia, Deo Opt. Max. Beataq; Virg. Matre: Dijsq; tutelarib. fauentibus, addita Ciuium aſſidua diligentia, euaſit prorſus illæſum.

Anno Salutis noſtræ. MDLXXVI.

---

CLXXX.

IACOBVS Superãtius Senator grauiſſimus, Generalis Prouiſor Reip. Ven. in Cõtinenti, Taruiſiũ appulit, Andrea Cornelio Præt.



Digitized by Google

in cuius Aduentũ Arcus maximi, Tropheaq; magnificentiſſima, eriguntur, ſuſpenduntur, parantur. Hic Domo Bethignolæ Brixiæ excipitur, Hoſpitatur, regio, apparatu quàm luculentiſſimo.

Anno Dom. M D L X X V I I I.

CLXXX.

Petro Griti Taruiſij Prætore, Præfectoq; beneficentiſs. Conſulente, Prouidenteq; Aluei Flùminum, quotquot Vrbem ingrediuntur ab Aquilone, vſquequaq; expurgantur, mundàntur, æquantur: nec quidem publico ſumptu: ſed taxatione primum ſingulorum penè Ciuium voluntaria: deinde Domuum ſuper aquis poſitarum habitantium, Dominorumq; ; veluti; & præcipuè, molitorum, ac molendinorum omnium in primis dominium detinentium, ampliori concurſu: deniq; Diſtrictualium agricolarum auxilio cum plauſtris, eorumq; capacioribus ciſtis, ad glaream, cæmentum, cænum, làteres, lapides, arenam, herbas, quiſquilias, atq; alia id genus impedimenta, auerruncanda, auehenda, aſportandaq;. Quod ſanè opus, ſicuti ſpecioſiorem reddidit Vrbem ipſam, ac aquarum decurſum liberiorem, & magis proficuum: ita aeris noſtri tẽperiem ſalùbriorem reſtituit mirandum in modum.

Anno Sal. M D X X I X.

CLXXXI.

Erant antiquitus conſtructæ Domunculæ cũ vaporarijs & porticibus ſuis, vulgò le Calelle, ſuper mæniorum propugnaculis circa Vrbem, ad explorandum quidem noctu, proſpiciendum, auſcultandumq; à militibus ad id diſpoſitis, ne aliquæ ſtruerẽtur inſidiæ, aut inſtruerentur machinamenta; ſed enim omni eius ſuſpitione prorſus ſublata, quin omni metu, illæ deſtitutæ corruentes demum deſtructæ ſunt. Anno Dom. *MDLXXXIII.* Plus, minus.

CLXXXII.

Quòd Gregorius XIII. ſummus Pontif. anno MDLXXXII. detraxerit dies x. vt illum cum ſequentibus ad longum tempus reſtitueret æquum Cæſariano. Quòd idem Papa præter alios creauerit S. R. E. Cardinalem Michalem Turrianum Cenetæ Epiſcopum, ad quem Taruiſini miſerunt Ant. Actionium, & Gregor. *Spinetam* Doct. nobiles Tar. vt nomine Ciuitatis ſibi gratarentur, legatos. Quòd in ſequenti anno Taruiſium acceſſerit Cæſar de *Noreſs*

*Cæſari*

Digitized by Google

Orſari Comes, Parentij Epiſcopus, vti Apoſtolicus Viſitator: anno autem hunc ſequenti quòd Cardinalis Battoreus Romam petens hac pertranſierit, & in Epiſcopio digniſſimè accæptus fuerit: quódq; ea temporis intercapedine ex hac vita migrauerit Nicolaus de Ponte Dux Venetiarum, eique ſuffectus fuerit Paſcalis Ciconia, qui anno *MDLXIV*. Taruiſij fuerat Prætor, Præfectusque: ad quem gratulabundi destinarentur legati Hieron. ab Eccleſia, & Ioannes de Quero Nobiles Tar. qui Ducales Equites poſtea domum reuerſi ſunt: Quódq; poſtremò ob Comitis Ioannis Bapt. mortem Collaltinorum Comitum prætendentium bellum ſubortum fuerit inteſtinum, cum hæc ad meum propoſitum non prorſus ſpectent, ſufficiet innuiſſe. videat hæc curioſus ad calcem libri. Poſtremum fuit Anno Dom. MDLXXXV.

CLXXXIII.

Solicitorum Academia Taruiſij inſtituitur ad Lectiones, Equitatus, & concentus muſicos exercendos. LXXX. & amplius Ciuibus Academicis decorata Primo eius Principe Florauanto Actionio Aduogario Equite. Dum & Barthol. Burchelatus Phyſ. Conſpirantium, ad bonarum inquam litterarum ſtudia, ſuam erigeret Acad. ſecum vſq; victuram: ex eius autem operibus forſitan nec poſt ipſum interituram. Anno à orbe Red. MDLXXXV.

CLXXXIIII.

HYPPOLITVS Aldobrandinus Flor. S.R.E. Cardinalis de Poloniæ Legat. Romam rediens Regiè Taruiſij accæptus in Epiſcop. ædib. pernoctauit. Hic poſt biennium, Defuncto Innocentio VIII. Octaui Clementis nomine Summus Pontifex Romanus creatur. Anno Salut. *MDLXXXIX*. Tar. fuit. Obijt vero Pontifex Anno MDCV. Cal. Mart.

Hucusq; ex impreſſa Hyſtoria Taruſſina Ioãnis Bonifacij Doc. quæ annum primum ſupra MDXC. non tranſcendit. proſequar autem inſtitutum ad annum Decimumſextum penè abſolutum ſupra MDC. in quo noſtri huius operis finem fecimus imprimendi.

*CLXXXV.*

Infra terreſtrem fornicem ædium ſacri montis ad penitiorem parietem intra ianuas tendentes, alteram ad ciſternam prætoriam,



Digitized by Google

alteram ad cæmeterium D. Viti, extabat depicta Pietas, ſcilicet, Chriſtus Dominus ſublatus de Cruce, ante illam, expanſis manibus perforatis, apertoq; latere conſtitutus: vnde pijs vtriuſq; ſexus hominibus fluxerant in dies gratię non vulgares: quare & cęrę, & lumina, & tabellæ appoſitæ frequentes hinc inde. Quæ omnia cum ipſius miſerantis Loci Conſeruatores (quod aiunt) Rectoreſque diutiùs obſeruaſſent, piëtiſſimè decreuerunt hanc ſacram imaginem de immundo alioquì loco, & abiecto, intra ſui proximum Templum conferre. Quapropter, annuente Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Antiſtite, reſecto muro induſtres homines integram ſuſtulerunt; & indicta celebri pompa, præeuntibus regularum ordinib. Ciuitatis, & Clero: adq; ſacræ ipſius imaginis tenſas geſtandas ipſiſmet Decem Conſeruatoribus incedentibus. Præſule ipſo, & Prætore Illuſtriſs. Comitantibus, magna ciuium, ac populi frequētia ſubſequente, intra ſacras D. Mariæ Virg. miraculoſæ ædes illam in arę titulum magnificè collocarunt. vbi, prę latis gratijs, & ferendis, ampliores quotidie oblationes, votaq; pretioſiora, argentea pręcipuè, vt cernimus, multiplicia confluxerunt, & confluunt in hanc diem.

Anno Sal. MDXCIII. Die xxiij. Auguſti.

Quæ dies ſolennibus officijs, ac muſicis concentibus inibi celebratur quotannis.

---

CLXXXVI.

In Nouæ futuræ Vrbis Palmę apud Aquileiam extruendæ ſubſidium Taruiſina Ciuitas cum Oppidanis ſuis bona ſtabilia poſſidētibus Reipub. Venetæ Matri xv millia Duc. aur. ad animi ſui erga eius Principem Gratitud. declarandā ſponte propria condonauit.

Anno Sal. MDXCIV.

---

CLXXXVII.

Et Caietano, & Radiuilio S.R.E. Cardinalibus, alijsq; ſacris procerib. Tum Ducib. ac Princip. Sereniſs. Taruiſij his temporibus, velut alijs ſplendidè accæptis: Io. Franciſcus Aldobr. Militiæ Sacroſanctæ Eccl. Dux Generalis de Pannonia rediens, tum eò reuertens, ex Sen. Ven. Conſ. cum tota eius perilluſtri Famil. quemadm. Beatiſs. Pontificis Nepotem decebat, habetur obuiam, excipitur, hoſpitatur.

Anno ab orbe Red. MDXCVI. tum MDC.

CLXXXVIII.

Digitized by Google

CLXXXVIII.

Ab Vrbis Porta Occidentali, quam dicimus, ex Templo prox. ſanctorum XL. ad deuotas Fr. Capuccinor. ædes per quingentos, & vltra, paſſus Taruiſina Ciuitas lateribus ſtrauit viã latitudinis quinor. ped. extenſis ad latus confixis trabib. ad Viator. commodum perinde, atq; ad arcendas curruum, & animalium fędas, nec minus impetuoſas iniurias. Quò pedeſtres illos ad noſtra, noſq; pedites ad illor. ſuffragia repetenda omni tempore nitidior æquè, ac meabilior acceſſus Religioſius inuitaret.

Anno mundi Red. MDXCVII.

---

CLXXXIX.

Belli maximi rumoribus ſubortis, factiſq; expeditionibus ad Brixiæ confinia: cæteris Ciuitatib. Principi noſtro Sereniſs. offerentib. ſubſidia. Taruiſium quinquaginta Cataphractos Equites omnib. inſtructos toto belli tempore a ſe vno ſubſtentandos ſpopondit.

Anno Dom. MDCI.

---

Pro tutandis, conſeruandiſq; Ciuitatis Taruiſinæ iuriſdictionib. quibuſdam Duo deſtinantur ad Sereniſs. Principem Oratores; Quorum ego Bartholomeus Burchelatus, cum ex his alter fuerim, nedũ ad mei decus, & ſolatium fatendum, profitendumq; verum magis ad meorum Ciuium in me ſupremam collatam gratiam præmonſtrandum, mandatum hoc Oratoriũ, prout ſtat, & ſonat, mihi iſtuc comportaſſe, quæſo vos, ciues, ac Domini condonetur.

*Noi Nicolò Lancenigo, & Coll. Proueditori, & Antiani della Mag. Città di Treuiſo, Commettemo à voi Domini Zuane Spineda, & Bartholamio Burchelato Dottori Cittadini, & Oratori noſtri, eletti con l'Aſſenſo dell'Illuſtriſs. Sig. Podeſtà, & Capit. che, immediatè riceuute le preſenti noſtre, comparer dobbiate riuerentemente à piedi di ſua Serenità nell'Eccellentiſs. Pien Collegio, & doue ſarà biſogno, per trattar la diffeſa, & conſeruatione delle Giuridittioni di queſta Città in propoſito del luogo di Val di Dobbiadine, del Mercato di Mõtebelluna, et altro, che di preſente occorre, molto ben noto à Voi Signori Oratori, in quella maniera, che iſtimerete iſpediente: ſi come ſi confidiamo nel valore, & molta prudenza ſua. In quorum &c. Dat. Taruiſij die Veneris XVIII. Menſis Maij* 1601.

*Iacobus Roſina Not. Canc. in fidem ſubſcripſit, & ſigillauit.*



Digitized by Google

CXC.

NEC ſilentio prętereundum fore crediderim opus vnũ inſigne, ac arduum, quod ſanè ſemel per vniuerſum meorum annorum curſum Taruiſij publicè, ac magnis ſumptibus factum vidi: cum legam ante aduentum meum non ita pridem id ſimiliter factum fuiſſe: nempe Compoſitionem illam magnam, ac celebrem, magnam illã Antidotum admirabilis Galeni, inter ſublimiores ſupremam, Theriacam dico, quam ille & Antonino, & Cæſari, & Seuero Impp. regio apparatu, impenſaq; ad tubarum ſonitum, & tibiarum confecit, ac ſi magnus quiſpiam actus eſſet Triumphus. Quandoquidem in Foro Prætorio, è regione pharmacopæi ad aureum Caput quadratum atrium, Theatrum inquam, extructum fuit pedum xx. latitudinis per ſingulas facies: columellę circum circa, ſuper his podia, depicta omnia: ad angulos figuræ hominum ſolidæ, ac ſi ſcalptor feciſſet, quatuor ad viuum medicos repręſentantes Galenum, Mithridatem Regem, Andromacum, & Democratem, variarum Compoſitores Theriacarum: portæ quatuor cum arcubus, & ſcalis ſuis: mẽſa magna ad medium: quam circum oloſericæ plures cathedrę: tapetia vndiq;, vel in ſuppedaneis tabulatis: Coronamenta arcuata octo; quibus ſingulis ad medium ſtemmata noſtrũm Medicorũ appoſita vnà cum illis Antianorum Vrbis: vnde tunc ego, qui & Antianus, potirer duplicibus: cum ad oſtia Illuſtriſs. Rectoris Contareni, & Magnificæ Communitatis noſtræ apparerẽt inſignia: hic illic porrò aurea capita: hinc inde rutilãtis auricalchi folia crepitãtia.

Gal.

Leni crepitabat bractea vento. Virgil.

Virg.

Deſuper protenſum in aere peramplum velum ad calentis ſolis radios refrangendos. Facta porrò eſt promotio multorum hominum, ac puerorum in latis argenteis ſcyphis, ac pateris ſingillatim geſtantium ſimplicia medicamenta omnia ingredientia ad magnã huiuſmodi conficiendam antidotum, longo ordine: Quorum omnium primus incedebat pharmacopæi Prothomagiſter Thomas Tergeſtius Aſulanus expanſum ſpecioſum æquè, ac ſpatioſum membraneum folium geſtãs, ex aureis litteris inibi omnibus eiuſmodi ingredientibus regiſtratis: cum præcederent tubæ 4. reboantes ſuum taratantara, & duo perſtrepentia tympana grandiora; ad quod ſpectaculum tota ferme Ciuitas ſe recæpit. Depoſita fuerunt ſimul, ac diſpoſita infra Theatrum in menſa hæc omnia. Cõuenimus octo Medici infra ſedilia. cęptum à nobis loqui primo in Theriacę ipſius laudem, auctoriſq; illius magni Galeni: ſubinde inter nos cõtrouer

ſum

ſum; ac diſputatum de his, ac illis ſimplicibus medicamẽtis: de quorundam pondere, ac doſi, de contrarijs qualitatibus, ac refractis, de varia miſtura, de conficiendi modo, de tempore, de fermẽtatione, de duratione, & de id genus alijs: nec vna duntaxat vice, ſed & tertia, & quarta die: ſublatiſq; demum difficultatibus facta eſt ex arte magna hæc Compoſitio, mirabilis, ac ſuper omnibus maximè ſingularis.

Expenſis Hieronymi Gulielmini pharmacopæi Taruiſij ad inſigne aurei Capitis, inibi commorantis.

Anno Sal. MDCI. à die 15. ad 22. Aug.

---

CXCI.

BONORVM Communaliũ Reuiſores, Prouiſoreſq; Illuſtriſs. Frãciſcus Iuſtinianus, & Octauianus Bonus ex S. C. Taruiſiũ appulerũnt, Vſurpantium omnia muror. ædificior. q; obſtacula deſtructuri: Vſurpataq; cuncta in priſtinam Principis libertatem reſtituturi. Quare miſſis à Ciuit. Tar. ad Sereniſs. Princ. Oratoribus, ex prolatis verbis, & ex Prætoris Reſcrip. Acceptabile non minus, quam laudabile Temperamentum proximè futurum ſperatur.

Anno Salut. MDCIII. men. Aug.

---

CXCII.

NON abſq; cauſa Communalium Bonor. negocium per Annũ quieuit, Quo tranſacto duo alij Illuſtriſs. Prouiſores ad oras noſtras conuerſi ſunt: Marcus Ant. Venerius, & Franciſcus Priolus. Qui rẽ ad viuum reſecantes, Plurima bona in Rempub. contulerunt: nec modica vſucapta ex ſibi à Sen. Con. impertita Auctoritate Poſſeſſoribus, data pecunia, per Documentum publ. conceſſerunt.

Anno Sal. MDCV.

---

CXCIII.

PERENNIS Aquæ per Rotã, non minori arte, quã impenſa conſtructam, & tubulos, Felicem curſum ad Vrbis vmbilicum in Foro Gemino, ex Gemino marmoreo fonte altius emanantem, magno Ciuium, viciniarum præcipuè, commodo, Ciuitatiſq; ſummo decori, ac ornamento Reſtituit Ant. Mocenicus Leon. Equ. Fil. Taruiſij Prætor, Præfectuſq;.

Anno Sal. MDCV.

STIPE COLLATA PER CIVES.



Digitized by Google

Heliſeus Caſtellanius Tar. domi meæ euectus cũ matre vidua, per me apud P. Seruitas initiatur ſacris à Priore religioſiſſimo Mag. Ioſ. Policretio. hic poſt grammaticalia, ſtatim applicuit animum bonarum artium ſtudio, Philoſophiæ, & Theologiæ. Quid multa? breui euadit Romæ Doc. Theologus magno applauſu: atq; illico Regens ſtudij Peruſini, nũc verò, 1615. Patauini: muſicus porrò elegãs voce, digitis, calamo: tum poeta in vtraq; lingua inſignis valde, opera expoſita manifeſtant: Concionator autem in primis emunctæ naris: notus adhuc Peruſij, Bononiæ, Romæ, Venetijs, Pataui j, Taruiſij ſui, atq; alibi. Hic Theoremata ſua in Philoſophia æq;, ac in Theologia proferens diſputanda, ſic illa inſcribenda, dum Veronæ imprimerentur, decreuit.

Excellentiſs. Domino Doctrina, ac prudentia inſigni Bartholomęo Burchelato Phyſico Taruiſino Fr. Eliſeus Caſtellanius Taruiſinus ordinis Seruorum S. P. D.

IAm tandem excell. Domine, quos tibi debebam, tenuis ingenij mei arbor, emiſit fructus, exiles quidẽ, & immaturos, quos tamen potuit in lucem edere. Tu ergo, qui & arborem diligenti ſtudio coluiſti, vt tuæ humanitatis radijs, tuæ beneuolentiæ imbribus, quos conceptos habebat, fructus deniq; pareret: & arborem, & fructus ipſos, iamiam productos, accipias. Quòd ſi tibi exigui videntur, arborem fouere non deſine: enitar in poſterum, vt vberiores metere poſſis fructus. Vale. Veronæ. Vndecimo Kal. Maij. M D C V I.

---

CXCIII.

Quinquaginta Cataphractos Equ. quos repromiſit inſtructos sũptibus ſuis anno præterito, DONATO Principi Sereniſs. ac Reip. Taruiſina Ciu. præſtat. deſtinatq;, Duce Neſtore Actionio Aduog. Equite Ciue nob. Tar. perpetuos hoc, quod quod ſit illud futurũ, bello. xv. mill. aureor. impenſa annua. Recenſu facto iſtic ad Diui Martini campum per Illuſtriſs. Com. Ant. Collaltũ, Sereniſs. Reip. Ven. Collateralem Gener. in omnib meritiſſimum. Ciuium Tar. ſtabilia poſſidentium obſequium memorabile.

Anno Dom. M D C V I I.

---

CXCIV.

Sedatis, Nutu Dei Opt. Max. acerrimis Italiæ belli motibus vniuerſis. Exauctoratis L. Equitibus, erogato prius ſemeſtri pecu. ad maiorem Communis Tar. vtilitatem, ac Vrbis decus, in Foro Piſcario

iuxta

Digitized by Google

iuxta viam à ſemet proximè occæptas tabernas extruxit Ciuitas Tar. Haſq; pomarijs, tum & piſcarijs cõſignauit. Liberiori interea Foro reddito, atq; ampliori. Anno mundi Red. MDCVII.

---

CXCV.

IESV Chriſti ſeruatoris noſtri Cruci affixi imaginem præſeferẽs Confraternitas in D. Viti antiquo Templo ad Vrbis medium numeroſa, vltra centenaria, eſt inſtituta, bonos cuiuſq; ſtatus homines in dies recipiens: Protectoribus Præſule Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. vnà & Capuccinis Patrib. Compunctiſſimis. Huius Decretum, Pullis telinis veſtib. opertos binos eos proceſſionaliter incedere, cæreũ & coronam manibus tenentes ad ſingulos vita functos fratres deducendos ad ſepulturam: proq; illorum animabus ſingulis Diui Gregorij miſſas XXX. tum B. Mariæ Virg. LX. continuò celebrari; Quater ad hæc omni anno ſimul pompam exercere: in die ſcil. Inuentionis Sanctæ Crucis, ad illam de uerenda Redemptoris Cruce venerandam in magno Hoſpitali: in die Sanctiſſimæ Trinitatis extra Vrbem ad inuiſendã Capuccinorum Patrum Diuinæ Triadis arã: deniq; quinta, & ſexta Feria in Paraſceue, ad quaſcumq; in Ciuitate Eccleſias viſitandas: bonis operib. interea peractis alijs plurimis; ſuſceptis poſtremò à Summi Pontif. larga manu ijs Indulgentijs, quibus magna illa Romana Crucifixi Societas potitur.

Franciſci Iuſtiniani Antiſtitis noſtri optimi præfauentis induſtria. Anno Dom. MDCVIII.

Chriſtianũ opus hoc æmulati contribules S. Laurentij, atq; alij ſecum ſub titulo Societatis B. Mariæ V. Pietatis præfixum numerũ LXIII. fratrum cõſtituentes, quot annos in terris vixit ipſamet Virgo, ſimilem Confraternitatem inierunt, ad ſe imprimis in dies ſepeliendos cum funali ardenti prę manibus, habitu cuiuſq; proprio, ac reuelata facie ſimul omnes: miſſęq; illæ LXIII. pro animabus ſingulis defunctorum, vt celebrentur curantes. Hoc pariter in Parochia S. Gregorij factum eſt; & mortis Societas appellatur. an priùs? Vtrinque non ſine Pontificijs indultis ampliſs.

---

CXCVI.

Auguſtum Templũ Sanctor. XL. Quod Viator ſpectas, iamdudũ antea occęptum fuit, ac penè hactenus deſtitutum. Hoc autẽ anno octauo huius ſæculi in hanc oppidò illuſtrem formã Canonici Regular. Later. magnis exanthlatis ſumptib. religioſiùs euexère. Anno Salut. MDCVIII.

CXCVII.

Digitized by Google

CXCVII.

DIE Mercurij Martij vndecima aperto mane, corruit arcus maximus lateritius ſupra Silim: Pons inquam Taruiſij poſitus ſpecioſus ad Diuæ Margaritæ Fratrum Heremit. Ædes: nemine tunc temporis illum permeante, præter ſeruulum Sanctimonialium D. Paulli in proximo degentium: qui inter tot ruinas præceps irruens, fato credam, illæſus, illico ſtans in prærupto, de nihilo; præterquam de disfracto fictili, quod geſtabat manu, conqueſtus fuit: vera narro: cũ nihilominus dudum ante puerum & Ciues, & monachi non ſinguli nihil tale cogitantes, aut ſuſpicantes illac pertranſiſſent.

Quid ſi illo inſigni die Dominico, qui poſt quatriduum illuxit, in quo iſtac indubiè, ex veteri, continuoq; inſtituto, cum carpentis plurimis, Venetorum Optimatum, Taruiſinorumq; Ciuium præſentia decoratis, cum frequentique admodum Equitatu Illuſtriſſimus Michael Prætor veniens vnà cum recedẽte Mauro, erat tranſiturus, põdere hoc tunc inſueto depreſſus, quaſſus, antiquus Pons concidere expectauiſſet? quæ demerſiones? quæ ruinæ? quæ mortes? quæ amiſſiones? qui dolores? qui planctus? rapidiſſimum quippe inibi flumẽ, & profundum ad duodecim pedes, plus, minus.

Anno mundi Red. MDCIX.

---

CXCVIII.

MARCO ANT. Michaele Taruiſij Prætore, Præf. q; longè præſtãtiſſimo Generoſis Ciuib. Tar. alacri animo animũ addente, inſtituta eſt Academia Perſeuerantium: Eleuatum inſignium: Creatus & Princeps admodum illuſt. D. Hieronymus Tiretta. Ad hæc conductum peramplum domicilium cum atrio, & ſtadio, ad arma perinde, atq; ad litteras exercendas, equoſq; tractandos, tripudiandumq;, muſicorum inſuper varijs generibus introductis. Præcipuis è longinquo, largiſq; ſtipendijs, magiſtris aduectis. Ea eſt nobilium animorum intelligentia, is conſenſus, conuentuſq; neque non in arduis peragendis Conſpiratio.

Anno Dom. MDCIX.

Porrò VI. id. Sept. quæ eſt Natiuitatis B. M. V. dies ſolẽnis, in Pãtheone ſacr. Monialium T. ſplendidiſſimè inſtructo celebratur Miſſa: adductis exteris primorib. Muſicis ſolenniter decantata. Adſiſtentibus Illuſtriſsimis noſtris, Epiſcopo quippe Iuſtiniano, & Rectore Michaele. Queſtorib. Clariſs. Gubernatore itidem perill. Nobiſq; ſecum Prouiſorib. Taruiſinis, ac Antianis, illuſt. nempe D. Antonio

Oſtiano,

Oſtiano, Taurello Act. Aduogario, & Bartholomęo Burchelato: tũ ill. ac Excellẽtiſsimis Aſſeſſorib. Prætorianis: magna pariter adſtante illuſtrium Equitum Ducalium, atq; alior. nobil. Academicor. corona; populi autem frequentia admodum ſumma. Ad Pneumatis, ſcilicet ſacroſancti gratiam implorandam; vtinam impetrandam, eamq; diutius obtinendam.

## CXCIX.

DIE iij. Nouembris in noctis cõticinio, facto repentino tonitru, quo omnes contremuimus inopini, decidit infra nos fulmen, ad pinnaculi ſanè magnæ, atq; editæ Turris Prætoriæ ſupremum apicem, pila ænea grandiori cum vexillo Cupreo Communitatis noſtræ inſignibus conſpicuo decoratum: ſubitò accenſus ignis, non viſus primò, poſt modicum viſus tamen; ad campanarum ictus, illico curſum, nedum huius, ſed & Templi Cathedralis; aliarumq; ſacrar. Turrium, ad amphorarios, atq; omnis ordinis operarios conuocandos: miſsis pariter tuba, & tympano ad illos excitandos per totam Vrbem: verum enimuerò ob inſtantia hominibus pericula, ac geſtãdarum, ſpargendarumq; aquarum incommoda, adaucto incendio, nedum pyramis hæc alta nimis, & in baſi ampla valde, plumbo cooperta vſquequaq; penitus conflagrauit, eo liquido ſimul reddito: ſed & trium ſublimium, optimarumq; campanarũ in ſummo Turris quadro compoſitarum roborea contignatio ſuſq; deq; vniuerſa, cum deturpatæ nolæ, ac partim disfractæ demum in fornicem lateritium, quippe opportunè ſolidum, corruiſſent: vbi ex combuſtibilis defectu, ſuperuenientibus aquarijs, ignis tandem in gallicinio, cum per horas octo circiter exarſiſſet, extinctus eſt: ſimulq; peruigilis, ac ſoliciti Rectoris iuſtus metus, & Curialium, tum Viciniç tũ Ciuitatis vniuerſæ timor, ac tremor extincti ſunt.

Ecquis non inhorruiſſet intuens nocte intempeſta ignem validum, ventum continuum, ac varium, tenuem pluuiam, micantes prunas aceruatim ad myriadas aera per vacuum latiùs volitantes viuas, grandioresq; decidentes per tecta, non valentibus ſuper tegulis conſiſtere cęmentarijs ad tutandas domos, ipſumq; Prætorium ſatis vaſtum? & niſi fornix ille fortiter obſtitiſſet, ſcalæ omnes tantæ Turris, horologium, parietes, tabulata cuncta, ex caſu præcipiti Campanarum, præuſtorumq; trabium, fuiſſent disfracta omnia, accenſa omnia, Palatium proculdubio flammis correptum, accenſum, arſum, cum quo & vicinia XL. fortaſſe domuum infra vias con

tinua.

Digitized by Google

tinuarum, fuiſſent penitus concremata. Non permiſit Deus optimus tantum malum: illi propterea tenemur, præcipuè Taruiſini omnes, habere neque non agere gratias: poſſemus reddere vtinam immortales.

Quo circa ſtatim die menſis VII. & eſt Sanctiſs. Epiſcopo Patri noſtro Proſdocimo ſacra: Illuſtriſs. M. Antonius Michael Præſes noſter, in Templo illo Prætorio B. Mariæ Virginis Natiuitati dicato, die inquam ſabbati eidem dicta, ſacroſanctam ſolennem Miſſam, pro gratiarum actione, proq; miſericordia in poſterum implo randa voluit, conſpirantibus muſicis ſelectiſſimis, religioſiùs celebrari; ordine interim poſito, ex Sereniſs. Principis Reſcripto, ut conſumpta, dirutaq; omnia protinus in integrum, ac in meliorem formam noua reſtituantur.

Anno Dom. MDCIX.

---

CC.

Quis non admirabitur ſtupens, obſtupeſcetvè mirans Nobile, magnumq; extructum Templum D. Hieronymo iamdiu puſillum Dicatum? id Monacor. B. Ioannis Columbini, Ieſuati vulgò, ſpecioſum monaſterium incolentiū diligentia perinde, ac longi temporis parta pecunia, tum Ciuium oblationes (veteri diruto) ſpectabile cum choro columnis marm. ſuffulto, tribusq; altarib. glorioſum hoc anno cæperunt, erexerunt, euexerunt, ſartum, ac tectum firmarunt. Et ſuper oſtio altero aduerſus viam ex ſignato marmore inſcri ptionem huiuſmodi appoſuerunt.

DEO OPT. MAXIMO
DIVOQ; HIERONIMO SACRVM
ANNO MDCX.

---

CCI.

Eſſent equidem, ſcio, nedum memorabilia, ſed & admodum digna, quæ memorentur, de Templis alia multa: Fundationes præſertim tot monaſteriorum cænobitarum, Fratrum, & monialium: tot Eccleſiarum, tot, tantorumq; ſumptuum altarium in Templis admirandorum erectiones: vt inde Taruiſinorum Ciuium Religionem, deuotionem, charitatem, piam in Deum Opt. Max. in Chriſtū Dominum, & Aſſertorem noſtrum: in B. Virginem maximè, in ſanctos, ſanctasq; voluntatem, pium obſequium, ſtudium, ac propoſitū recentiorum non minus, atque veterum, de Diuorū cultu optimè ſen-

Digitized by Google

ſentientium ſpectaremus, admiraremur, ſed cùm viderim difficile admodum, ac mancum etiam propterea, mihi iſtud operis euaſurum, omiſi: alicui forſitan id ex ꝓpoſito proſequendũ relinquens: ecclesiaſtico, puta, cui aditus proculdubio patebit liberior ad hæc omnia in archiuijs, in libris patrum, monacarum presbyterorumq; ac Congregationum accuratiùs inſpicienda, in librumq; certè non modicum digerenda.

## CCII.

GAVDEANT iã deniq;, & cõquieſcant Coneglanenſes, qui tantopere, & quidem immeritò doluerunt, quòd locus ad poſt mœnia Aquilonaria noſtra ab Priſcis illorum iamdudum ætates ex pacto in Vicum ſatis amplum conſtructus, Coneglanum Nouellum dictus in hodiernam diem: vbi mutatis rerum caſibus Coneglanenſibus reuerſis ad proprios lares, vacuis ſummænianis relictis ædibus, ab illo vſq; ad hoc temporis in lupanar mutatus (quippe qui à ciuium, matrumq; concurſu remotus valde) hoc anno factus eſt ſanctus, ac venerabilis; inibi etenim Vrſulinarum Virginum Domicilium, Monaſterium inquam cum Oratorio, erectum, effectum eſt: ſcortis omnibus inde expulſis, ac perpetuò relegatis.

Anno Sal. MDCXI.

Me legiſſe memini nó diſſimilem caſum in Scardeonij libris, vbi de Patauinis pace, vel bello Claris: Henricũ nempe Scrouiniũ anno 1303. Pataui j ex infami iſtiuſmodi loco ad Arenam poſito Templũ nobile conſtruxiſſe. Et quia noſtræ Epitaphiorum materiæ conſonat valde talis memoria inibi conſtituta, huc illam verſu Leonino explicatam transferre non dubitaui. *B. Scard.*

*Hic locus antiquus de nomine dictus Arena,*
*Nobilis ara Deo fit multo numine plena.*
*Sic æterna vices variat diuina poteſtas.*
*Ut loca plena malis, in res conuertat honeſtas.*
*Ecce domus gentis fuerat, quæ maxima diræ,*
*Diruta conſtruitur per multos vendita mirè:*
*Qui luxum vitæ per tempora læta ſecuti,*
*Dimiſſis opibus remanent ſine nomine muti.*
*Sed de Scrouignis Henricus miles honeſtum*
*Conſeruans animum, facit hic venerabile feſtum.*

Mmmm Namq;

Digitized by Google

*Namq; Dei Matri Templum ſolenne dicari*
*Fecit, vt æterna poſſit merc[e]de beari.*
*Succeſsit vitijs virtus diuin[a] prophanis,*
*Cælica terrenis quæ præſtant gaudia vanis.*
*Cum locus iſte Deo ſolenni more dicatur;*
*Annorum Domini tempus tunc tale notatur;*
*Annis mille tribus tercentum, Martius almæ*
*Virginis in feſto coniunxerat ordine Palmæ.*

---

## CCIV.

OCTAVIANVS BONO Senator optimus Prouiſor, Inquiſitorq; vnicus in hac Continētis parte ad audiendos oēs, qui qui quo quo tēpore ſiue in corpore ſiue in honore, ſiue in fortunis à quocūq; læſionē perpeſſi fuerint, detrimentumq;: necnon ad extortes, ſicarios, craſſatores, vagosq; extirpandos ex S. C. demiſſus Pridie Cal. Iun. MDCXI. Venetijs Taruiſium petens à Prætore, ab Antianis, ab vniuerſaq; penè Ciuitate habetur obuiàm extra muros ad II. lap. præmiſſis Oratoribus ad pagum Marochium Ioanne Pinadello, & Ioanne Spineta Equitibus perinde, ac Iureconſultis. Vrbem ingreditur ſtipatus non leui militia, & triginta tribus Carpentis, quadrigis plurimum, plenis Ciuium longo agmine Comitatus, nō modicis ſalutationis, ac lætitiæ ſignis exhibitis; deducitur ad Ædem Caſtropollenſem ſibi perilluſtre hoſpitium deſtinatum. Eo loci reſidens Vir Illuſtriſs. æquè, ac Excellentiſs. (præmiſſis proclamatibus ad tubarum ſonitus, ac tympanorum) omnes audit, admittit, iudicat, ciues, agricolas, oppidanos: iuſtitiam intaminatam, atq; adeo rectiſſimam, ac ſi pœna capitis, profitetur, exercet, præſtat. Abijt expeditus die VI. Aug. huiuſmet anni, ad reliquam huius Cōtinentis ſuperiorem partem examinandam.

MDCXI.

---

## CCV.

XI. Cal. Septembris poſt meridiem in turbida quadam tempeſtate & maximo tonitru decidit fulmen in ſacram excelſam Turrim Templi Cathedralis, ſtatimq; trabes ſuperiùs incendit: domi ſtantes parum diſtantes, eo tonitru terrefacti vidimus tigna ardentia: illico occurrerunt operarij multi, detegerunt, ſecarunt, fuderunt aquas, & protinus extinctus eſt ignis, vnde veriſſimum illud Ouidij dignoſcatur.



Digitized by Google

*Principijs obſta: ſerò medicina paratur*
*Cum mala per longas conualuère moras.*

Siquidem, vt alibi dixit ille. Ouid.

*Et neglecta diu ſumunt incendia vires.*

Adhuc Anno. MDCXI.

CCVI.

Ad Vincentij Piſani Præſidis Illuſtriſs. nutum, perinde, atq; ex Sanitatis officio Præſidentium deſyderio, Taruiſij infra Vrbem vicatim cenſus eſt habitus, & inuenta ſunt Capitum Decemmillia ſeptingenta triginta ſeptem. Cum nihilominus ante annos L. vltra XV. millia Capitum fuerint Taruiſij enumerata; ita ferente quidẽ mundanarum rerum viciſſitudine, mutatione, ac interitu: puerorũ præcipuè, illic hoc anno ad plura centenaria, ne dicam vltra mille, variolis, ac morbillis, tãquam populari morbo, miſerè defunctorũ.

Anno Sal. MDCXI. Æſtatis tempore.

CCVII.

Dum ex ſumma in Deum, ac B. Virginem pietate idem Prętor marmoream varij generis, atq; eam oppidò Illuſtrem aram in prętorij Eccleſia recèns conſtrueret, tantum huic Ciuitati Monumentum ſui, tantumq; ſucceſſoribus exemplum Conſtituturus: Duo ego curioſiùs obſeruaui: vnum quippe in ſublata lignea palla (quod aiunt) exciſis, ſculptiſq; figuris, auro & inciſuris vbilibet exornata, pro illius temporis curriculo opus inſignè, ad Sanctæ Dei Genitricis Pedes, cuius quidem ſacratiſſimæ Natiuitatis feſtum inibi annuũ celebratur, octaua certè Septembris, deſcríptum eſſe Nomen, ac Votũ Dominici Mauri Prætoris, Præfectiq; anni MCDLXVII. quo auſpice ſtructura hæc facta fuerat vniuerſa: temporis attamen iniuria nimis ad præſens labefactata: cuius inquam Viri Clariſs. memoria hic propterea renouetur. Alterum verò extrorſum, vbi erant ſedilia, & tabulata affixa parieti, in qua parte faciundum erat oſtiũ rectà ad altare ipſum cum ſingulis feneſtris clathratis ad latera: illo, quod Hieronymus Aurius Prætor anni MIVD. in parte alia fecerat obturato: & ſtatim deſtruendus erat propterea murus ſublatis ſedilibus, detecta ſunt duo hæc carmina à me obſeruata per dies duntaxat, caſuq;, ante eorum demolitionem, videlicet.

TARVISIO POSVIT SERVATO, MARCE, DONATVS
BARBARICO ANDRÆAS PRÆTOR AB HOSTE TIBI.

Anno MDXI. DIE XVIII. FEBRVARII.

Quid modò poſuerit, pictumvè reliquerit tantus Prætor appare re non potuit: ſiquidem illi ſuper pictum fuerat iudicium Salomonis, vbi ſubſtructa fuerant ſedilia, Tribunal inquam Curię ad extorquendam à reis veritatem iudicum medio, & tormentorũ: quo loci in cornice altiùs iſtud erat dicterium delineatum.

HIC, REORVM IMPROBITATE DEPRESSA, VERITAS EMERGIT.

Siſcitatus autem diligenter, quid ibi poſitum fuerat à Prætore, comperitãdem ab antiquarum rerũ ſtudioſo D. Mauro, illud fuiſſe Magnum Leonem aureum, quem vidit corroſum, corruentemq; Poſuerat quippe vir Clariſs. ac conſtituerat D. Marco Leonem hũc ſuum aureum, vti ſignum ſibi ſeruatæ Vrbis à bellorum incendijs ſpeciale ſimul, ac memorabile. Inſcriptio porrò illa nobis tunc conſeruatis maximè memoranda, ſepulta extitit per dimidium tẽporis, annos.ſ. paulò minus quinquaginta: ex quo inquã temporis curſu Petrus Pizzamanus Prætor anni MDLXII. iudiciũ Salomonis illud collapſæ Donati poſiturę ſuper induxit: ad pſens verò poſt centeſimum ad vnguem annum in Offio hoc faciundo cum eodẽmet corroſo iudicio prorſus deſtructa: a me autem hoc tempore ex meis huiuſmodi Monumentis, LEONARDO DONATO Principe Sereniſs. ſedẽte, ad publicã memoriã cũ tot alijs, ad lucẽq; fortaſſe perpetuam, multiplicib. teſtimonijs reuocata. Hoc itaq; loco & id ponatur inſigne facinus diſcedẽtis iamiã Prętoris, Pręfectiq; opulentiſſimi. Inſcriptio marmorea nempe ſupra aram compoſita.

VIRGINI DEFERENTI TERRÆ DEVM CÆLIS, HOMINEM
VINCENTIVS PISANO PRÆTOR, PRÆF. Q.
VTINAM GLORIÆ CAELESTIS ARRHA ARAM PIE SACRAVIT.
ANNO SALVTIS. MDCXI.

---

*Ego autem rei naturæ magis, quàm verbis, aut arti ſtudens, ſic Inſcripſeram fuſiùs forſitan, quàm par eſſet.*

COLLAPSA ARA LIGNEA, AVRATAQ; OLIM B. M. V. ERECTA:
VINCENTIVS PISANI PRAET. PRAEF. Q. PIENTISS. MARMOREAM
FECIT, QVAIEM OPPIDO ILLVSTREM VIDES.
ADIVNCTIS LIBERALE, ET VINCENTIO DIVIS TVTELARIBVS.
FANVMQ; EX DIRECTA AD ARAM IANVA, ET CLATHRIS VTRINQ;
FERREIS, PATENTIVS, AC PROINDE COMMODIVS EXTRORSVM MISSAM AVDIENTIB. REFORMAVIT. ANNO RED. ORBIS MDCXI.

---

CCVIII.

Oritur Taruiſij Filius eidem Prætori Illuſtriſs. ex Heliſabeth BAduaria coniuge præclariſs. Die VIII. Decemb. Qui & Tarviſij Sacroſan



Digitized by Google

croſancto Baptiſmate Chriſto Domino initiatur: compatrib.(præ-
ter Clariſs Queſtorem,Gubernatoremq;) Ciuitatis noſtræ cunctis,
VIII.ſcilicet,Prouiſoribus: tum Equite Pinadelio Tar. & Iudice
Malef Vitalba Bergom. ſolennia vtrumq; maxima non eſt vt me-
morem,ſiquidem librum emiſi ſcriptum ea omnia,& quidem ſingu
la,præ oculis explicantem. Anno Sal. MDCXI. Die XIX. Dec.

CCIX.

SANCTI CAROLI CARDINALIS BORROMAEI ARCHI-
EP. MEDIOL. Effigies naturalis conſtituitur Taruiſij in Templo
D. Mariæ Maioris in ARAE Titulum; præhabita Concione,& Pō
pa quidem frequētiſs. Precedentib poſt imag ſub thenſis deportatā,
ANTISTITE, & Prætore noſtris Illuſtriſs. Necnon primoribus
Ciuitatis; Atq; inibi Epiſcopus illico ſumma deuotione rem pri-
mus diuinam fecit. Fuſis precib. ad S. Carolum à populo vndequa-
que numeroſiſſimo. Anno Chriſt. Sal. MDCXII. Die XII. Feb.

Erigitur poſt annum ara nobilis,picturis optimæ manus nedum
illa,ſed & baſilica vniuerſa duob. magnis marmoreis arcubus con-
tenta,vſquequaq; illuſtrata,ex Sancti.ſ.Geſtis,ac Hyſtoria Memora
bili: quinetiam applicitę ibi ſunt Indulgentiæ Pontificiæ, procurā-
te admod. R.P.D. Ioſepho Mozzagr. Neap. Sācto addictiſs. qui mox,
anno. ſ. 1616. reſidet Prior deſideratiſſ. Concionator, Prelectorq;
pub. in omnibus ſingularis.

*Qualem ego habere nimis peramantem lætor Amicum.*

CCX.

Proſpero Aproino C. Tar. legumq; Doc. Peritiſs. apud Sen. Ven.
XXIV. annor. curſu Nuncio Communis Taruiſij, atq; Aduocato
Ducentor. aureor. ſtipendio, vita functo: à maiori Ciuitatis Conſi-
lio ſufficitur Aurelius Vonicus I.C. Nob. Tar. ſuffragiis LXXXII.
fauorabilib. Tribus aliis Doc. C.T. in concurſum libratis.
Anno Dom. MDCXII. Pridie Cal. Iulii.

CCXI.

Tonitru ingēti edito erupit Fulmen: in Campanile Prętoriū di-
cto citius euolauit: accenſus trabes ad nolas: diſruptum deſcendit p̄
tabulata hic,illuc,penetrans palatii parietes: infringens marmora
ſaltib. irrationabilib. & nullo ictu inflicto æditūū de feneſtra ad Tur
ris mediū aſpectātē p̄teriēs exanimauit: Tibicinis ancillā proſtrauit:
Ferrcēti niū ſedētē in atrio debilē in crurib. reddidit: veluti Tergeſtē
frugi

Digitized by Google

frugi hominem inferius commorantem. ad hæc mutulos grandio-
res duos podium fulcientes confregit ad medium: eroſit hic illic
muros, ad ſcalas præcipuè: & demum inuiſum ſubitò diſpergitur,
aut, vt quidam aſtruunt, defigitur infra terram: Nymbo maximo in-
terea ſubſequente.

Anno Dom. MDCXII. Die XVIII. Iulij. hora XIII.

---

CCXI.

Petrum Aldobrandinum Clementis VIII. Pontif. Max. ex fra-
tre Nepotem S.R.E. Cardinalem præcipuum, Camerarium Apo-
ſtol. VI. Cal. Iunij Taruiſium aduentaſſe conſtat, obuiam habitum
ab Epiſcopo, & à Prætore Vrbis, ac Capitaneo, magno vtrinque in-
gentis concurſu Ciuium, tum longo tormentariorum militum
ordine, tubarum, tympanorumq; clangore ac ſtrepitu, & campana
rum, ad eximiam animi gratitudinem pariter, ac obſequium præ-
monſtrandum: illumq; duob. ex Io. Franciſco Aldobr. Sororio Ne-
potib. titulatis, tribus item Abbat. Marino, Sino, Manino, Equite Sã
Clementi Marchione Saneſio, atq; vniuerſa familia, longoq; famu
litio Comitatum, ſtipatumq;, ab ipſomet Antiſtite noſtro Fran-
ciſco Iuſtiniano in Epiſcopali Palatio excæptum fuiſſe Luculen-
tiſſimè, quemadmod. et excipientis, & excæpti ratio poſtulabat.
Qui porrò Illuſtriſs. Cardinalis die inſequenti ſenis ſexigis (vt ſic di
cam) ſuis, Equis magni precij phaleratis non paucis, & denis gran-
diorib. mulis ad ſarcinas deſtinatis, Taruiſio exceſſit, Roſaces Ab-
batiam ſuam in Foro Iulio poſitam petiturus, viſitaturus.

Anno Sal. MDCXIII. D. XXVIII. Maij.

---

CCXII.

Die Iunij XXV. circa tertiam inſequentis noctis horam toni-
tru maximo, poſt minora plurima, increpante, decidit Fulmen in
campanile Fratrum D. Magdalenæ, dum ſtreperent campanæ ad
arcendas prauas aeris tempeſtates, muros confregit, conſciditq; à
ſummo deorſum in faciebus Aquilonari, & Orientali: inde proſi-
liit in Templi tectum, ingreſſumq; irruit in trabem pedalem altius
poſitum ad fornicem maioris baſilicæ: vbi magna Crux cum effigie
Chriſti Domini affixa, & inferius ad montis glebas mortis caput ex
ligno omnia quid actum? diſcerpta trabes nec proſtrata, nec peru-
ſta, Crucifixus perfractus, Crux diruta in fruſta, mons conſciſſus,
mors eiaculata vſq; inf. a ciborum diſtantem adeo, illaq; elatiorem,

reliqua.

Digitized by Google

reliqua compulſa inferius magno impetu vſq; ad fores. ad hæc furioſi iſtius fulminis rami, ſeu partes dicas, terebrarunt hic, illic, muros, foderunt pauimenta baſilicarum, & ambulachri ſuperius, uſtularunt altaris vnius velamina: aram maiorem transuerberarunt. pulſantes autem nolas monaci ceciderunt attoniti, penè mortui, & diutius muti, ac debiles permanſerunt. vidi, aſpectaui ſequenti die, admiratus ſum omnia, & allocutus fui monacos duos, qui mihi interea trementes ſingula indigitabant.

Anno Dom. MDCXIII.

---

CCXIII.

HIERONIMO SVPERANTIO V.C. de legatione ſua ad Cæſarem pro Veneta Rep. reuertenti, Sereniſs Collegij Conſiliario deſignato LAVRENTIVS Frater eius Taruiſij Prætor, Præfectusq; Præcariſs. exijt obuiam ad tertium lap. cum XL. & vno carpentis, plurimum quadrigatis Quæſtore, Gubernatore, Prouiſorib. Ciuit. Equitibus tum Excell. Curialibus, & ſelectis Ciuibus alijs, decoratis, & auctis in prædilecti Rectoris obſequium præeuntibus militib. illis illiricis galeratis in equis: tormentarijs verò noſtris hinc inde extra muros per longas alas diſpoſitis, à quibus in ingreſſu exonerati ſunt igne ſclopi & illa præcipue mortariola humi ſepoſita ad pomeria.

Quem Heroem Hoſpitio Rector accepit luculentiſſimo: cui, poſtquam cenatum, extructo in publici Fori medio amplo tabulato, à choro iuuenum artium in laruis geſticulantes mimos repreſentante, præmiſſo lyræ concentu, & violæ ad quarum numeros motus componebant, coram Viris præſtantiſſimis referuntur primum pyrrhichia, enſulis peltis, malleis, & quidem variè, concurrentibus: tum magnæ illæ, atq; celebres Herculis vires, quod aiunt, ab ijs repræſentantur; iſti quippe ſunt ludi ſpectabiles, admirandiq; præ iuuenum agilitate, dexteritate, fortitudine, ac operum ſpecie: cæterùm, propter imminens periculū, penè horribiles. ex. gr. duorum erectorum hominum ſuper homoplatis trium ſtantium pedibus in aſſeribus, & ſuper duorum humeris vnius viri, & alterius ſuper eo, quin etiam tertij ſupra iſtius ſcapulas aſcendentis, atq; actitantis: & quod mirabilius, ſtantis pede in vno in tanta eminentia pedem ſibi interea alterum oſculantis: quem ludum Agugl a. ſ. obeliſcum, vocant: intermedijs porrò perſonatis illis gerulos Bergomeos imitantibus, & ludentibus vt ſimiliter, turmatimq; procumbentibus, nedum ad excitandum ſpectatoribus riſus, cachinnoſq;,

ſed

Digitized by Google

ſed & ad prȩſtandam mimis ipſis pauſam reſpirandi; ab hora inquã noctis 2. ad 4. vſq; funalibus plurimis per totam ſolarii oram diſpoſitis. ſed & per Forum vniuerſum vſq; ad excubias luminarib. multis ex picatis funium arculatis, in haſtis hic illic defixis, diurnam veluti lucem præſtantibus. Quibus expeditis, fuit ignis applicitus rotis aliquot ſucceſſiuè in altioribus palis ad confixos clauos appẽſis, ſeſe velociſſimo motu gyrantib. phalaricis, ac radiis plenis, quæ de ſtato tempore in tempus crepitantes, plurimos ex his circumuolitantibus ignibus emittebant: cum ignes interea non diſſimiles in haſtis geſtarent tormentarii aliquot procedentes vſquequaque per Forum. Quæ omnia nedũ Illuſtriſs. oblectarunt, qui, an vſquã viderint huiuſmodi Herculeas vires, ignoro: eſt etenim hoc præcipuum Taruiſinorum opificum munus, ac ſtudium: ſed & vniuerſo populo in plateis, xiſtis, ſcalis, porticibus, ac feneſtris diſpoſito, ad quinq; forſitan, & ſex mille hominum acceptiſſima perſtiterunt.

Anno Dom. MDCXIV. Die Ven. II. Maii.

## CCXIV.

PLVVIO, ac nimboſo tẽpore, nedũ per hebdomadas ſed & per menſes continuè propemodum perſiſtente futuram meſſem leuem, ac penè ſterilem minitante: prȩter fuſas priuatas orationes ad Deum, & illas horarum quadragenarum: bis a Clero vniuerſo, terq; ſingulis vicibus ad pias fundendas precationes proceſſum eſt, præeunte populo ſub vexillis artium, manibus accenſos cereos deferente: ſubſequente interea Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Antiſtite, Prȩtore Illuſtriſs. Antianis Vrbis, & reliquo Ciuium cætu: Prima ternarii vice de Templo ad ipſum templum Cathedrale. Secunda ad Templum D. Franciſci Patrum Conuentualium. Tertia ad D. Mariȩ Virginis Templum maius: alterius autem vice Prima ad Templum Sanctæ Catherinȩ, quod Seruorum Fratrum. Secunda ad D. Nicolai Patrum Prædicatorum magnum Templum. Tertia adhuc ad B. Mariæ Deiparæ Eccleſiam nobis perpetuò viſitandam: vbi locorum deuotæ ſupplicationes effectæ ſunt, Miſſæ celebratæ, luſtrata altaria ſacroſancta. Nec propterea nos exaudire Deo libitum eſt, prȩſtando nobis ſudum, aeriſq; cupitam ſerenitatem: imò, quod maius eſt, abſolutis Aſcenſionis Rogationibus proceſſionaliter factis de more, à primis Veſperis magni huius diei ad Solis occaſum, tum in ſequenti die, & 3. & 4. etiam, adeo pluit, adeo longi fuerunt imbres, ac lati nimbi, vt nedum fluerent aquæ per vicos medios, ne-



Digitized by Google

dum tumida, ac turgida facta fuerint noſtra flumina, ſed & ripas tranſcenderent, & lacus, ac fluuios per Vrbem inferrent: vnde, & cellę inferiores domuum fluminibus incumbentium plenæ manſerint aquis: foris autem, quod peius eſt, ſata fuerint vt plurimum inundata pariter, ac contecta. Quapropter, cum infra ſacra magni Xenodochij noſtri penetralia comperiatur Crux paruula ex ligno Crucis ſanctiſſimæ Domini noſtri IESV Chriſti confecta, ſumma nobis deuotione venerata: quam (vt hoc addam) ſecum detulit ante annos CLX. Peregrinus vir nobilis Paulus de Saxoferrato, qui inibi hoſpitatus, atq; æger, ingraueſcente morbo, diarrhæa inquam, aduocatis Pij loci Præſidentibus has ſacroſanctas reliquias in eorum manibus conſignauit, & paulo poſt, anno ſalutis ſcilicet 1450. die 8. Septembris occubuit; Viſum eſt pijs hominibus Ciuitatis, & Præſidentibus Hoſpitalis, decretum, vt cum illa in chriſtallino pyxide occluſa ſub tenſis à ſacerdote reuerenter geſtata procederetur ad Pantheona, ad Templum, ſcilicet Sanctorum omnium, ſupplicatum, vt nos illi ſuis multiplicatis interceſſionibus adiuuarent: itaque



tabernis omnibus clauſis ob reuerentiam, ac ſi eſſet feſtum Domini, opificibus cunctis ab opere deſiſtentibus, hominibus omnis generis ad rem facientibus ritè diſpoſitis, matutino tempore, dum cœlum adhuc nubilum admodum appareret in pompa proceſſum eſt, vniuerſo populo Rectorem præclariſſimum, Antianos, & Equites in ſequente: puellis nubilibus ipſius Hoſpitalis centum circiter, cum earum matribus, cuſtodibus inquam ſuis, ſubſequentibus pede nudo ſupplicationibus inſiſtendo: luminibus



Digitized by Google

plurimis à Verberatorum fratribus deportatis: Cantorib. interim Letanias humiliter præcinentibus: factaq; ibi eſt res diuina in vocibus, in chordis, & organo, cunctis ex animo fundentibus orationes, ac pias preces.

*Ex Virg.* Ecce autem ſubitò, atq; oculis mirabile. Sol diluit nebulam, diſcerpit, ac fugat nubes: atq; aer interea, qui prius erat frigidus adeo, vt rhenones reaſſumpſerint viri plurimi, calidus perſentitur, apparet limpidus, & (quod vno verbo abſoluam) deſyderata ſerenitas, atq; cęli pura tranquillitas, per Dei optimi maximi gratiam, nobis eſt continuò reſtituta; cui quidem ſit laus, honor, & gloria, per ſęcula, & in ſęculum ſęculi.

Anno ſalut. MDCXIV. Die Lunæ xj. Maij.

---

In computum ſingularis gratiæ mihi à Chriſto Domino, ac Aſſertore noſtro impartitæ reputo, me ore meo, vah impuriſſimo, labijs meis, vah indigniſſimis, non ſemel in feſtiuitatibus ſanctæ Crucis, tertia inquam Maij luce, deuotiſſimè hanc oſculatum fuiſſe: cum non multos annos citra, pixis tantummodo chriſtallinus, in quo eſt Crux repoſita, à Prætore, à Præſidentibus, à cunctis Ciuib. ab vniuerſo populo in Templo ſuo, poſitis genibus funalibus ardētibus de ſacris parochi manibus oſculetur.

---

## CCXVI.

Dum Illuſtriſs. D.D.M. Ant. Corrarius Eques de legatione Anglica Venetias ſe reciperet, aduexit ſecum Britannicos inſtitores, ſeu magis dicas textores, duos, cū capſis, inſilijs, ac centenis ferreis inſtrumentis ſuis, qui caligas ſericeas intexerent: longè quidem ſecus, atq; noſtrates acuitores, gucchiardi vulgò, qui acubus, ſtiliſvè illis longioribus ad cingulum poſitis per vicos, ac angiportus vagi longo tempore par illarum abſoluunt: ſed infra domeſticos parietes eo, ſubtili, ac celeri texturæ artificio, quo nullibi adhuc in tota Italia laboratū. Quocirca procurauit Senator Illuſtriſs. vt quatuor viuidiores iuuenes, hic, illic, ſibi deligerentur, qui audacter hāc per difficilem artē addiſcerent, exercerētq;. Quare quatuor alia fabricata ſunt Venetiis illius generis inſtrumenta, factu difficillima, fractu autem quàm facillima, & magni ſumptus, centum. ſ. ducatorum pro ſingulis illis. Experti ſunt omnes: nemo attamen, præter Angelum Morgulam Taruiſinum prædefuncti Cæſaris filium, illam ad vnguem adeptus fuit. Quapropter Britannis textoribus in Angliā dimiſſis

Digitized by Google

dimiſſis, donatiſq; à præclariſſimo tribus illis aliis inſtrumentis, ſelectum vnum Eques Illuſtriſs. Angelo indolis, ac formæ egregiæ adoleſcenti liberè conſignauit; Qui modò in patriam reuerſus caligas huiuſmodi nitidiſſimas, fulgentes, nullo nodo viſibili, nulla ruga: quinetiam coloris varii ad guſtus hominũ (vno die paria duo) Taruiſii fabricatur; & pro Venetis Illuſtriſs. præcipuè, quibus ſummopere propterea gratus extitit, adepto iam ſibi honore, lucrum interim non modicum adipiſcens, ad præſens eiuſmodi tibialia, in Venetia vniuerſa, forſitã & ſolo italo, ſolus atq; vnicus elaborat.

Anno Dom. M.DCXIV.

## CCXVII.

In longiori vico illo trans flumen Silis à Diui Martini Ponte ad vſq; poſtremos Templi Diui Pauli muros viam illam vniuerſam præ Quercuum grandiorum plauſtris propemodum continuis dilapidatam, deſtructamq;: tum fluuii prçlongam ſpondam in iis infra capaciores cymbas trudendis diſfractam prorſus ac corrutam: Laurentius Superantio Prætor, Præf.q; Illuſtriſs. de Ciuitate optimè meritus ambas in integrum reſtituit: illam continuato ſternens ſil ce: hanc verò perpetuis lateribus eleuans, ac adæquans; Cum interea (quod audio) ſit prouiſum, Quercuum eiuſmodi annoſarum, atq; ilicum grauatos axes extra Vrbem, non longè ab ædicula Sanctæ Sophiæ Summeniana ad Silis margines deducendos fore, ac exonerandos, quò expeditiùs, ac commodiùs robora illa in cymbas protraherentur, deuoluerenturq;: necnon ad Nauale Venetum, deſtinatum, ſibi locum, minori impendio, ac citiùs veherentur.

Anno Sal. M D C X V. Menſ. Ian. & Febr.

## CCXVIII.

Die xxvi. Febr. ſcilicet pinguis Iouis, quod aiunt, Gentes ſub porticibus aderant, ac hexedris, tum ad Prætorii podia ab imbre ſequeſtres, ac cçno: ad curſitantes canibus demorſos Tauros per plateas inſpectandos. Cum quidam paruæ phalaricæ ignem applicat, vt fit, ac licet: hæc volitans impegit in vicinum armatum ciuẽ: qui opificem iurgiis minatur, hic reſpondet: quare à verbis ad manus, ad arma deueniunt, digladiantur; accurrunt hinc, inde ciues, & quidem nobiles iuuenes exertis enſibus, eos vt potius dirimant: opifex, ſibi conſulens, fugam arripit, intrat pharmacopæum Leonis aurei, ſeruatur. accidit, ꝙ hos inter armatos ciues fuerint, qui ſe-



Digitized by Google

oderant prius: hi furore adacti in aromatarij penetralibus feriunt ſemetipſos alternis ictibus: proſiliunt pilæ ferreæ, tum breues arcobuſij, piſtolę vulgo, intus, & extra officinam. vtcumq; res contigerit: & punctim, & cæſim: & pilis, & globulis, quatuor illico ſunt vita functi, alius vixit ad horam ſeptimam: quatuor alij vulneribus peſſimè affecti abierunt huc, illuc, ſuis fidelibus comitati. Vah peſſimum tormentarij ludicrum, tot tormentis, tot funeribus ordinatum.

M DCXV. Febr. XXVI.

---

## CCXIX.

Hunc ſanè caſum nobis ingemiſcendum deſcripſi latinis verſibus abſolutè, vſq; ad relegationes, ad exulia, ad pacem deinde ſecutam: deniq; ad reuerſionem illorum ad proprios lares: hos ego breuitati ſtudēs nūc prętermitto, mox paginas legere volētib. oſtēſurus.

---

## CCXX.

Marcus Iuſtinianus Iuſtiniani olim Rectoris noſtri Fil. à ſummo Venetorum Patrum Conſilio Prætor, Præf.q; Taruiſij deſtinatus, Latinū de Colle Coneglanenſem Equitē, & Thomā Caſiliniū Rhodiginum, iurecōſultos probatiſſimos, ſibi futuros aſſeſſores delegit. cum autem Terra Coneglani ſit ex illis vna, quæ in Territorio Taruiſino, procul omni dubio, eſt conſtituta: cumq; nec æquum, nec in vſu receptum ſit, ex his locis Curiales Viros ad Taruiſinorū Ciuiū bona diiudicanda, cenſendaq;, quinetiam hominum capita deuenire:
1443. ſintq; inſuper de rebus huiuſmodi Senatoriæ leges: Duos miſerunt Nuntios Taruiſini Illuſtriſs. Iuſtiniano, vt Coneglanenſem Vicarium alioquì meritiſſimum in cuiuſcunq; ditionis, regioniſvè Doctorem alium commutaret: illo autem id facere, niſi ſuperiorib. ita viſum fuerit, minimè aſſentiente: per maius noſtrum Conſilium ſelecti ſunt Oratores quatuor ad Sereniſſimum Principem: cum ſubinde & Coneglanenſes tres deſtinauerint: quò eiuſmodi negotium dirimatur. Venetias appulerunt Legati noſtri Die 28. Decēbris anni 1614. Iacobus Burſius, Iulius Medulus Legum Doct. Fabricius Cornuta, & Andræas Blancius. Deniq; die 11. Martij 1615. Cauſa diſputata, pleno Collegio, datis ſuffragijs, obtinuimus, ac vicimus Taruiſinos. Quare die 18 Oratores noſtri de Ciuitate optimè meriti cum Ducali diplomate læti ſeſe Taruiſium conuerterunt.

Anno Sal. M DCXV. V. Id. Martij.

Illu-

Illuſtriſs. porrò Iuſtinianus ingreſſus eſt ad nos Prætor die 21. Aprilis, Ioſepho Medulaco I. C. Bergomenſi, & Thoma Caſſlino Rhodigino Aſſeſſoribus.

CCXXI.

Memorabile quidem, atq; his temporibus admirandum cenſeo, Virum centenarium inter nos viuere generoſum, fortem, ac ſanū. Sed ad rem. Vir maximè illuſtris Ioannes Bapt. Inuitis Ciuis Venetus Miles, & Eques fortiſſimus, in bellis, bellorumq; incōmodis acerrimis vel ab ineunte ætate verſatus ſuperq; ſatis, ante menſes aliquot ad nos ingreſſus Præfectus Militum Gubernator, hodie Pridie Cal. Aprilis complet annum ætatis ſuæ centenarium: Vir quidē ſtaturæ mediocris, erectus, dentatus, Oculorum acie bona præditus adeo, vt abſq; ſpecillis litteras legat, gracilis quidem, non tamen ſiccus, aut aridus, validus inſuper, & neſciens cauterium: non lippus, non ſurdus, non tuſſiens, non caluus imò Comatus nec prorſus canus: &, quod auget miraculum, adhuc carnis ſtimulum ſentiens: intellectus ſūt promptiſſimi, prudentiſſimi: inceſſus verò agilis, celeris, inſtar iuuenis enſem continuè ad latus gerens. illum allocuti fuimus: diſcurrit optimè: narrat res geſtas veterum, & ſuas: ratiocinatur lingua, & calamò quàm quis alius. ſperat ſe viſurum Neſtoreos annos. Anno Dom. M DCXV. Pridie Kal. Apr.

Loquebar de hoc Centenario Ciue Veneto quaſi obſtupeſcens cū Deiphiro Zantani, vulgò Centani, Veneto Ciue (Symbola cerne lector) Viro quidē de Rep. litteraria optimè meritò: pp id, & pp ętatis noſtræ ſymbolū, quinēt propter Paternianā ruſticationē, vbi ambo prædia poſsidemus, mihi perneceſſario: qui ſanè ſic locutus, Ne mireris hoc, Burchelate, ſiue id credas nugas, quandoquidē dum & ego iſtud penſiculās dubius hęſitarē, mihi affirmauit Senator grauiſſimus Benedictus Taiapiera, ſe vidiſſe illius nomen deſcriptū in Rotulo Venetorū Militū ſub anno 1535. iā. ſ. 80. annis, dū ſanè ageret hic annū ętatis ſuæ vigeſimum, veluti eſt ſummè credibile, quinetiā neceſſariū. Quapp niſi ad pſēs plures infra nos reperiātur Cētenarij & fortes Viri, ſcito alibi, & quidē in Italia, Veronæ, & infra mōtes, reperiri, & maiores natu. Cui ego, Vir Illuſtris, audi vnū, qđ modò memoriæ occurrit meæ, nēpe. dum puer annorū XV. animi gratia, turdorū aucupio intentus pcipuè, Suſiganę vltra Plauim in Caſtri S. Saluatoris confinib. diuerſarer, vidi ſenunculū Cētenario maiorē p mecs illos XV. annos, mēte ſanū & corpore, Scipionē dūtaxat manu

detinen-

detinentem in incedendo: quare & hæc cernuntur, & his maiora naturæ miracula. Seneca ad calcem primę Epiſtolę libri XI. ad Lucilium 78. Nulla vita eſt non breuis. Nam ſi ad naturam rerũ reſpexeris, etiam Neſtoris, & Statiliæ breuis eſt, quæ inſcribi monumento ſuo iuſſit, annis ſe nonagintanouem vixiſſe. Vides aliquam gloriari ſenectute longa, quis illam ferre potuiſſet ſi contigiſſet cẽteſimum implere? Quod quidem exemplum adſtruxi, vt nedum viros macrobios eſſe, ſed & mulieres, quantumuis debilioris ſexus exiſtant, longæuam vitam duxiſſe clarius dignoſcatur. ſed audiamus, & Plinium referente Capugnano in itinerario, vbi de Placentia ſermocinatur. Quanta gaudeat aeris amęnitate Placentia, teſtis eſt Plin. qui memoriæ prodidit, quod, cum ſua ætate Italorum hominum cenſus haberetur, in ea quidam 120. ann. repertus eſt: & in illius agris ſex qui 114. qui 120. & vnus qui centum, & quadraginta annos, expleuerant. Qui quidem Plinius (vt ad fęmininam longęuitatem reuertar) Lib. 7. c. 48. ſic ſcriptum reliquit. Valeria Copiola Emboliaria reducta eſt in Scenam Gn. Pompeio. Q. Sulpitio Coſ. ludis pro ſalute D. Auguſti votiuis, annum centeſimum quartum agens.

Seneca.

Plin.
Capugn.

Plin.

---

## CCXXII.

Die Mercurij XX. Maij, hora XII. ex Rogerij nautæ coniuge Catherina adhuc ſeptem partus enixa, in Sanctæ Mariæ Maioris vicinia iuxta męnia Taruiſij oritur Monſtrum viuens, puer inquam biceps, in nono menſe, abſolutus omnino, ac ſanus in cunctis membris, & præcipuè in capitibus his ſpecioſis, à collo latiori ſurſum diuaricatis, ac diſpertitis, veluti ſunt manuum digiti inuicem dilatati. Oritur nimia matris inquietudine, ac cruciatu; egreſſus eſt autem in pedes, inſtar Cælij Agrippę, ab ægro partu nomine mutuato, qui porrò, ex capitum alliſione, ac ſtrictura, in exitu ſuffocatur, dum ab obſtetrice baptizaretur. Vidi illum in capſula deportatum de vẽtre ad tumulum, nec dum ſepultum poſt biduum, præ concurſu ſpectantium, ſed & vna cum duobus alijs medicis contrectaui. Capita ſunt prorſus perfecta inter ſe ſimilia, capillata, &, quod auget miraculum, dentata in vtriſq; mandibulis: binæ aures, bini oculi, binæ genæ: naſi ſinguli, ora, linguæ, menta; colla deniq; breuia in vnum craſſius deſinentia; &, quod vno verbo concludam, duo capita adeo organis ſuis ritè diſpoſita, vt fuiſſent duobus viuentib.

cor.

Digitized by Google

corporibus ſingulariter ſuffectura. Quid autem portendat monſtrum, ſi modò portentum eſt, alij viderint, diuinarint, nil moror.

Anno Sal. MDCXV XX. Maij.

---

Non grauabor hic aliquot monſtra ſimilia, quæ libros lectitans relata cõpererim, recenſere. Petrus Bembus in primo libro hyſtoriæ ſuæ Venetæ refert, ſe vidiſſe, dum puer erat, circa annum .ſ. 1488. infantem bicipitem Patauij natũ, qui vixerat horas aliquot. Capita vtraq; cum collo a ſuperiore parte pectoris ſuſpenſa in modum, vt illorum quodlibet ſufficiens vniuerſo corpori, & propriũ, videretur: erantq; formæ vnius illorum facies. Matthæus Villani proſequens Ioãnis eius fratris hyſtoriã Lib. 1. c. 5. refert anno 1348. Prati Florentiæ ortum fuiſſe puerum bicipitem, quin & bicorporem, alliſis infra ſe corporibus, & vixiſſe vltra XV. dies. quare portentæ calamitates maximæ, peſtis præcipuè, quæ ſtatim fuit ſæuiſſimè ſubſecuta: illa inquam, cuius meminit Boccatius in Decamerone. Iulius Capitolinus in Vita Antonini Pij ſcriptum reliquit. Aduerſa eius temporibus hæc prouenerunt. Fames, de qua diximus Circi ruina, terræmotus, quo Rhodiorum, & Aſiæ oppida conciderunt: quæ omnia mirificè inſtaurauit. Et Romæ incendium, quòd trecentas quadraginta inſulas, vel domos abſumpſit. Et Narbonenſis Ciuitas, & Antiochenſe oppidum, & Carthaginenſe forum arſit. Fuit, & inundatio Tiberis. Apparuit & ſtella crinita. Natus eſt & biceps puer, & vno partu mulieris quinq; pueri editi ſunt. cum ſequentibus. Ne autem alicui nouum nimis ſit, ac monſtruoſum, bicipites natos mares, audiat admirandum magis, quod Philoſtratus, De vita Apollonij Lib. 5. cap. 4. nempe. Cum Syracuſas Apollonius, Comitesq; veniſſent, mulier quædam non ignobilis monſtrũ peperit, quale prius viſum non eſſe conſtabat. Erant infanti capita tria, & eorum ſingulis ſingula colla: inferius autem vnum duntaxat corpus cernebatur. Hoc portentum interpretantes, &c. legatur vſque ad finem cap. vbi Apollonij diuinatio, ſeu prognoſticum. P. Bẽbus. Matth. Vill. Io. Bocc. Iul. Cap. Philoſt.

Et quoniam, dum relata hęc mea legerem poſt alterum biduum, qua die terræ traditur monſtrum, amico meo, qui illud non viderat, attentè auſcultanti, dum legi, ꝙ capita erant dentibus prædita, riſit nim is, dixitq; id aliorum ſingularium credulitatem minuere: quaſi illum obiurgans dixi, lege, amabò, amice, illud, quod Antonius Torquemada .ſ. de Turrecremata, Hiſpanus ſcripſit Lib. illo, quem ex hyſpano Italum fecit Cęlius Malaſpina, cui titulus, Giar- Anton. Torq. Cęl. Mal.

dino

Digitized by Google

dino di Fiori Curioſi, tractatu primo, vbi ſic inuenies recenſitum.
*Il naſcere di molti co' denti è coſa tãto cõmune, che ſi uede quaſi ogni giorno.*
Plin. *Fra gli antichi di queſti, come dice Plinio, & Solino, fù Papirio Carbo; &*
Solin. *M. Curio Dentato. Io poſſo eſſer teſtimonio d'hauer veduto più creature na*
*ſcere con eſſi, dico con i due dinanzi.* Curioſus reliqua legat, magis ma-
giſq; relatis his admiranda. nec Rauiſium Textorem omittat, vbi
Text. miracula quædam Naturæ, cum aliquot alijs prodigijs, ac porten-
tis copioſiùs regiſtrauit.

## CCXXIII.

An non & Memorabile, quin imò memorandum videtur illud, quod hoc menſe Septẽb. operatus eſt Illuſtriſs. Marcus Iuſtinianus Prętor in Prętorio ſuo? triũ aſſiũ opus, dicet aliquis cauillator, triũ quippe dierum, portarum trium; vel propter hoc Ternarium Teruiſij noſtri, dicam ego, id ſymbolum Memorabile. quid vltra? ſeſe architecturæ oppidò intelligentem monſtrauit Prætor, dum obſtructa ianua nobili iuxta duas alias ſeruitutis, ob ingredientium errorem perperam conſtituta, tribus extructis alijs lucidioribus ſecus podia ſuper foro expoſita: nedum reſpondentibus ianuæ illi è regione in fine porticus optimè collocatæ, ſed vlteriùs ſe inuicem obuiãtibus, ſalutantibus, excipientibus, totidem cubicula magnifica concludentibus, Galeriæ (quod aiunt) ordinem profectò exquiſitũ ſeruauit. Quod opus eò laudabilius in hoc Præſide, quo à tot alijs Prędeceſſoribus nunquam fuit animaduerſum.

Anno partæ Sal. MDCXV. Menſe Sept.

Sed amabo vos, Ternarium alterum ſublimius, vti proximum, ſubnectamus Marcus Antonius Memo Venetiarũ Princeps Sereniſs. his dieb. eſt vita functus, qui per tres annos per tres menſes, quin ẽt, dicũt aliqui, per tres dies, ſedit in Solio Principatus. Scio equidẽ illũ Creatum fuiſſe anno MDCXII. menſe Iulio: obiiſſe verò menſe Octobri anni MDCXV. dierũ inſcius vtrorũq;. Quid ſi dixero ipſiuſmet Ducis nomẽ Ternario includi numero litterarũ, imò ſex Ternariis Marcus Antonius Memo, quippe XVIII. quòd ſi Romano more dixerimus, Marcus Antonius Memmius, aderit ſeptimum. ò terque quaterq; beatus. Hæc ſi cui videntur leuia, mihi, qui Ternarii titulo librum edidi: idq; numeri cum omnibus propemodum Teruiſii noſtri præcipuis conuenire clariſſimè comprobaui: obſecro condonetur. Anno Sal. MDCXV. Menſe Octobri.

Menſe

Menſe porrò Decembri eiuſdem anni die 2.
Suffectus eſt Memi loco, Ioannes BEMBO.
Annum agens 73. cuius nomina tribus quaternarijs, ſeu dicas 4. ternarijs concluduntur.

O terq;, quaterq;, ſeptuagiesq; beatus Ioannes Bembo Princeps Sereniſſimus.

---

*In cuius quidem ſupremi Principis decus cum alij plura dixerint, publicarintq;, ego puſillus puſillum hoc ſymbolum dedi.*

I O A N N E S B E M B O D V X
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

V E N E T I A R V M
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25

*Anagramma.*

E X I M E D V R A B E A T V S
6 15 1 10 17 13 14 23 3 4 9 22 20 16 7

N V M I N E B O N O.
4 24 25 21 5 19 11 12 18 2.

*Nempe.*

EXIME DVRA *tuis, Qui* PRINCEPS *vſq;* BEATVS
NVMINE *quippe* BONO, *Dexteritate pari.*
BEMBO, *nempe* BENE, & BONE, *diceris ipſe* IOANNES
*Namq;* IVVAS: *populos protege, paſce, foue.*

BARTH. BVRCHELATVS PHYS.

---

CCXXIV.

Dum ſederemus Triumuiri Præſidentes, ac Iudices in Palatio Rationum ad ſpectabile officij Aquarum Tribunal, Ego Barthol. Burchelatus Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor, qui ſenior, Ioannes Sempronius I.C. & Franciſcus de Albertis Tabellio ex grauiorib. delatum eſt ad nos inſtare ruinam maximam aggerum, atq; adeo aluei Plabicellæ noſtræ, quæ inſeruit fluens vſui quinquaginta, &

Oooo nouem

nouem Pagis Campaneæ noſtræ,ſuperioris inquam, & inferioris: locum propterea inuiſere terminamus,quin ſtatim imus: & re ipſa perſpecta oculis, ac mente librata ſummum faceſſente negotium adeo,vt non millenis aureis reſtitueretur, ſi vlteriùs Corroneæ Torrentis impetuoſiſſimi incumbentes,præ autumnalibus pluuijs, inuaſiones expectaremus; illico, priùs habito de re hac cùm Illuſtriſs. Prætore colloquio,per eum ſupplicantes Sereniſs. Principem,Collegium,ac Senatum,obtinuimus,vt infra.

MARCVS ANT. MEMO DEI GRATIA DVX VENETIARVM, ETC. Nobili,ac Sapienti Viro MARCO IVSTINIANO de ſuo Mandato Poteſtati,& Capitaneo Tar. Fideli dilecto Salutem,& dilectionis affectum. Significamus vobis hodie in Conſilio noſtro Rogatorum captam fuiſſe Partem Tenoris infraſcripti.

*Dalle lettere del Podeſtà,& Capitanio di Treuiſo hora lette ha queſto Conſeio inteſo il ſtato pericoloſo, nelquale ſi ritroua l'arzere della Piaueſella,per ſeruitio delquale eſſendo neceſſario 200. Tolpi, & prouiſione di denaro per far le ſpeſe occorrenti,però coſi conſigliando li Proueditori, & Patroni all'Arſenal,& li Sauij,& eſſecutori a lle acque alle riſpoſte lette. L'andarà parte,che ſia conceſſo alli Deputati, & Preſidenti del Collegio, & officio delle acque di Treuiſo di poter far tagliar 200. Tolpi nelli boſchi ſotto quel Territorio,& quello di Aſolo,più vicini, & commodi al lauorero predetto: douendo al detto taglio interuenir vn Proto della Caſa noſtra dell'Arſenal ſeruato l'ordine di detta Caſa, acciò non ſiano tagliati legni buoni,nè per venir buoni per la Caſa predetta: ilche ſia fatto eſſequir dal Podeſtà,& Capitaneo noſtro di Treuiſo; Et ſia conceſſo inſieme alli Predetti Deputati, & Preſidenti licenza d'imponer vna Aggionta,ouero caratada di ducati 500. ſopra tutti li beneficiati della detta Piaueſella: da non eſſer ſpeſi, ſe non con bolletta ſottoſcritta da' detti Preſidenti, ſecondo le leggi di quell'officio, acciochè per mancamento di danari opera tanto importante non reſti imperfetta. Quare Auctoritate ſupradicti Conſilij mandamus vobis vt ſupradictam partem obſeruetis, & ab omnibus inuiolabiliter obſeruari faciatis.*

*Datum in noſtro Duc. Palatio die 1. Septembris Indictione XIIII. MDCXV.*

*Roberto Lio Segret.*

In

*In Vico Vonici ad XVI. ab Vrbe lap.*
*marmor Reponendum breui.*

QVERCEVM VALLVM VALIDISS. QVOD CERNIS,
PROCERVM, ATQ; AMPLVM VALDE.
SECVNDVM TERTIAS MARM. PLABICELLÆ PORTAS,
AD CORRONEÆ TORRENTIS IMPETVS CONFRIN-
GENDOS: CONSTRVCTVM, MVNITVMQ; FVIT
STVDIO, AC DILIG.
BVRCHELATI PHYS. SEMPR. I.C. ALBERTIQ; NOT.
AQVAR. OFFICIO PRÆSIDENT.
ANNI MDCXV.
SECTIS AD HOC ILICIB. CC. ET INIVNCTA POSITA
CCCCC. AVREOR. SVPER BONIS STABIL. IN PAGIS LIX.
AQVAR. HVIVSM. BENEFICIO GAVDENTIB.
EX S. C.

---

CCXXV.

Prædonum, homicidarumq; inhumanium Vrbem Seniam, atque eius tractū plurimùm incolentiū, Sinum Phanaticum, Quernerium inquam, in primis ex liburnis ſuis leuiſſimis infeſtantium: quot quot cymbas, nauigia, triremes, naues, onerarias præſertim, illac tranſeuntes peſsimè inuadentium, expilantium, deſtruentium, intolerabilem barbariem ferre impotens Dominium Venetum Sereniſs. Decreuit tandem illos aut delere funditus, aut ſaltem in longinquas regiones fugare: Quare deſtinat arma', & milites nedum in Liburniam, vbi diuerſatur, atq; habitat iſtoc piratarum ſcelectum genus: ſed & in Iſtriam, & in Fori Iulij extremas oras ad flumen Sótium, quo hi confugiunt, vndeq;, latrones impij vires ſumūt. Quocirca in tanto apparatu Ciuitates Reip. Ven. ſubiectæ omnes, terrę, oppida, offerunt, præſtantq; milites, ſeu pecuniā, vltra illos, quaſi iure naturæ debitos, qui ad nutū Principis præſtò ſunt in armis; atq; vltra illā, quàm lubentes exhibent ordinariè Principi, & Patri optimo. Quo tractu temporis, 17. nempe Ian. Taruiſina Ciuitas obtulit, in Reip. electionem, milites, moſchettarios vulgò, centum & quinquaginta, per ſe ſoluendos, Duce illorum Ciue quopiam Taruiſino: ſiue ſingulis menſibus, ab illa die, aureos mille in numerata pecunia, donec Excellentiſsimus Generalis foris perſtiterit cum militia: idque acceptauit Princeps Sereniſs. ex arbitratu ſuo ſibi milites quæ-



Digitized by Google

ſiturus, ab alia forſitan regione: ſubditos ſeruans in omnem, quę quem fors tulerit, futurum euentum.

Anno Chriſtifero: M D C X V I.

## CCXXVI.

Magnam parua facit fauilla flammam, prouerbio dici ſolet: id euènit hoc tempore, dum in Templo B Mariæ carcerum vltima miſſa expedita, clericulus cæreum non adeo bene extinctum cum alijs in ciſtam repoſuiſſet; Quapropter clauſo ſacrario (nihil de re hac ſacerdote, aut acolito cogitante) & Templum clauditur; ſuccreſcit ſenſim igniculus: interim nox aduentat, accenditur ciſta, tum ſubdita menſa lignea, ſubinde veſtes clericales in capſulis repoſitæ, tum, magno increſcente incendio, nedum indumenta omnia, & ſcamna reliqua concremantur, ſed & cruces liquātur, & calices, & quodcunq; ferme aliud ibi repoſitum igne conſumitur rapidiſſimo. erat nox intempeſta, cum fartor quidam præteriens vidit lucem in feneſtris Eccleſię vitreis magnam valde: accedit, rem noſcit: accurrit protinus ad Illuſtriſs. Prætorem clamans, niſi citò occurratur, & Templum iſtud, & contiguum illud D. Viti, & Montis Pietatis cubicula cum ſupellectilibus, tot, tantiſq;, & argenti laborati, atq; auri ſummas, vniones, ac gemmas, & reliqua demum omnia ſuperiùs repoſita à flammis ingentibus penitus conſumenda: quinetiam, ſi neglectus ignis ingentes, vt ſolet, aſſumat vires, & Prætorium ipſum his adhærens, imò continuum, flammarum inextinguilium pabulum cum precioſis prætorijs ſupellectilibus euaſurum. Quapp conſurgens Rector Illuſtriſs. cū Curialib. ſuis, tanquam cantum eſſet claſſicum, accurrit illico, imperat, laboratur; quid actum? bene equidem res ſucceſſit, non ſanè prorſus ex arte, atq; induſtria: ſed magis caſu, & ex natura rerum: quādoquidem Sacrarium iſtud, veluti & vtriuſq; Templi reliquum, eſt ſuperius lateritium fornicatum, concameratum, adeo, vt ibi nullum tignum, aſſeres nullæ, nulla alia inibi materia combuſtibilis: propterea ignis impetus, cū diutius laboraſſet, tum ex proiectis aquis, cum ex defectu pabuli, non va uit vlteriùs extendere vires ſuas.

Anno Sal. M D C X V I. Die XXIIX. Ian. nocte ſeq. hora 8.

## CCXXVII.

Dum de conflando magno bellatorum exercitu, quoquo locorum libitum fuerit mittendorum, à Veneta Repub. tractaretur, auditum



Digitized by Google

ditum plurimos illius ſubditos modò exules,relegatos,carceribuſq; detentos,in huiuſmodi perturbationibus,vti fideles naturalis Principis ſui, vti & cupidos illius amiſſæ gratiæ non minus, ac perditæ libertatis,prompto,ac libenti animo ſeruituros, vita quidem in armis,qui valeant,ſin minus impenſis propriis ad exercitū militibus, quotquot,ac quanto tempore conueniens viſum fuerit, deſtinatis. Quapropter, (æqui, bonique Principe Sereniſs. conſulente) ex Sen.Conſ. diei 14. Aprilis. 1616. Captum fuit, vt ad illos audiendos,& de illorum cauſis cognoſcendum, decernendumq; Septem præcipui,ſupremiq; Senatores deligerentur:ratum,gratumque futurum illorum Conſilium, ac Decretum. Comparuerunt ex omnibus partibus,Terra,mariq; gentes plurimæ adeo,vt & Septem alios eiuſmodi auditores creare neceſſum fuerit, quinetiam terminum prorogare:itaq; & Taruiſini Ciues,agricolæ,atq; oppidani,exules, deportatiq;, tum ex carceribus mancipatis aliquot, conuenerunt. Vnum ſcio,huius Vrbis propterea,datis militibus,ſeu ſemetipſis in armis profectis, ex horum Iudicum Illuſtriſſimorum arbitrio,liberatos fuiſſe ab eorum cōdemnationib.ac exuliis circiter octoginta.

Anno Salutari MDCXVI.

---

Legitur apud ſcriptorem Geographicum primæ Claſſis lib. 2. de Italia, vbi Cymbricum Bellum. Geogr. lib.2. Et Crāt.

Anno ab Vrbe condita 642. hoc eſt ante Chriſti Aduētum Anno centeſimo decimo,Romanos reuocaſſe ad Vrbem fugitiuos,homicidas,& mortem commeritos,quò augerent copias ſuas, hoſtibusq; reſiſtere valerent.

---

Et Mambrinus Roſeus in parte 3. addita Hyſtoriæ Tarcagnotę refert,Carolo V. imperante anno Salut. 1543. ex Proregis Neapol. hortatu occaſione belli reuocatos fuiſſe exules,ac ſicarios. Mamb. Roſ.

---

CCXXVIII.

Quid ſi dixero hoc temporis Taruiſinos Oratores ad Sereniſs. Venetiarum Principem noſtrum Ioānem Bembum profectos eſſe, pro eius mirabili ad Principatum Aſſumptione ſibi ex animo gratulaturos,Cæſarē Raynaldum Zachariæ,& Auguſtinum Vonicum Ludouici I.C. vita functorum filios,egregios,ac ſummos Ciues?,ſiq; ſimul retulero,quod omnes prædicant,recitatam ab Auguſtino Orationem coram Sereniſsimo eius eſſe ponderis,ac, vt verbo proferā,

maie-

maieſtatis,& gratiæ, adeo gratam audientibus euaſiſſe, vt coactus fuerit vir perilluſtris Senatoribus Illuſtriſs. illius copiam expetentibus obſequi, vt imprimatur. Quare Venetijs primò exponitur: mox recuditur Taruiſij: & inde ad xv. dies nec Venetijs, nec Taruiſij amplius apud bibliopolas comperiuntur exempla, quare & Taruiſij iteratur impreſſio, & Venetijs forma oppidò illuſtriori. ſed quid ego? dicat, ſubſcribat, comprobet, qui illam ſemel legerit, obſeruarit: & interim me excuſatione profectò dignum cenſebit, ſi tot aliorum noſtratium Oratorum Promotiones præteritorum non recenſuerim, tametſi illuſtrium, & dignorum maximè, qui à Sereniſſimis Ducibus Equites crearentur: quemadmodum, & Cęſarem, & Auguſtinum modò creauit Bembus: cum operis huius dignitas ad præclari Equitis dignitatem magnificandam, veluti, & dies preſens, & mea in generoſi, ac excelſi animi Viros deuotio me arripuerint, ac coegerint. Gratemur igitur ſuperis pro ſublimitate æquè, ac Bonitate Principis, & Patris noſtri: proq; noſtrorum præſentium Equitum magnanimitate pariter, ac ſplendore.

Anno Gratiæ MDCXVI. Menſe Maio.

---

## CCXXIX.

His diebus, præſertim ad Iunij medium, ſudo tempore emerſerunt locuſtæ plurimæ ad myriadas, ad amplas turmas, in 4. pagorũ confinib. agri Caſtrofrãcani noſtri, Galerię nẽpe, Caſtilioni, Gutici, & S. Martini de Luparis: mediocris ſanè corporis, virides quidem, ſed rufeſcẽtes, atq; adeo multæ, vt hortos oleribus cæpis, allio, cucurbitarũ folijs viduauerint, & ipſis penè fruticibus viridaria: ſed & in pratis herbas exederint, & in agris tenella folia planè omnia, milij, lupinorum, canabis, viciam pariter vniuerſam: vitib. autem, auenę, & phaſeolis, qua ſorte neſcio, pepercerunt. Incolæ deſpondent animum, & de mutandis ſedibus nedum cogitant, ſed decernunt, aſſerentes vernaculum eiuſmodi morbum his locis ante paucos annos cæpiſſe, quotannis increbuiſſe, hoc autem mirandum in modum adeo, vt ſit peius in poſterum expectandum: ſiquidem in tractu illo oua innumera pariunt hæc inſecta: vnde eatenus multiplicentur locuſtæ, adiuuante aeris, tellurisq; ſympathia, vt niſi prouiſum fuerit, illæ ſint venturis ſæculis innumerabiles ſurrectuiæ.

Res hæc delata eſt ad Principem Sereniſs. noſtrum: qui, immunitati inuigilans ſubditorum, ſtatim Rectori Illuſtriſs. noſtro committit, vt rei huiuſmodi veritas inquiratur; quod fit illico per curſo-



Digitized by Google

rem,& ſcribit:vnde Reſcribitur Prætori Ducalis, quam legimus, qua illi iniungit,vt eò loci ſe conferat & oculis perſpecto, ac examinato negocio,procuret eius remedium,igne primùm,mox alia aliqua ratione; ſin minus,vt exaretur ager ille amplus Campanea vocitatus,quò & moriantur locuſtarum reliquiæ: & nedum vlterius oua non pariant, ſed & ea, quæ integra remanſerunt, penitus extirpentur,aboleantur,terantur,adnihilentur.

Receptæ MDCXVI. Die XXIX. Iunii.

---

Iuit igitur Illuſtriſs. manſit ibi per biduum:fecit de locuſtis periculum illarum turmis concitatis per centum ruſticos, fugatisq; ad cumulum:vbi ſtatim multa coniecta palea,accenſaq; illico;non negandum: ꝙ plurimæ ſint extinctæ, ſed proſilientes plurimæ etiam aufugerunt:cum in alijs agri partibus innumeræ interea vagentur, ac ſaltitent: Quare colligitur nullum maius, ac tutius eſſe remediũ ad illarum internecionem, ac exterminium, quàm vertere vomeribus amplam illam telluris partem: quod opeis,vt audio,in menſem Septembris proximi eſt dilatum,ac conſtitutum.

De locuſtis legatur apud Plinium lib.11.cap.29.tum,quod retulit Calepinus.cæterum leguntur contra illas remedia apud Ioannem Ruellinum med.de natura ſtirpium lib.2. cap.45. cui titulus, Horti,vel agri remedia.legatur & Lãgius Epiſtola inter medicinales 81.vbi præcipuè,horum quandoq; animalculorum copia peſtem portendit: Illarum porrò naturam, & partus proſequitur Ariſtot. de hyſt.animal.lib.5.cap.28.ſanè terreſtrium: cum priùs cap. 17. de locuſtis aquatilibus pertractaſſet: tum alibi paſſim. *Plin.* *Calep.* *Ruell.* *Lang.* *Ariſt.*

Sed addamus & aliam peſtem,quæ inuaſit modo cunctarum propemodum villarum Territorij Taruiſini genus bubulum adeo, vt ægrotent heri, & heri, vel hodie pauci die craſtino, moriantur, ſanè ex contagio,infecto.ſ.aere ab horum flatibus in ſtabulis,& in paſcuis:cum euadant boues multi, perſtentque immunes, qui ſequeſtres pabulantur, & degunt.

Porrò in iam dictæ,à principio horũ Epilogorũ, amplioris Porticus initio:in qua ſcilicet in Comitiis,vt iam tetigimus, ſtatis temporibus Patres publica rerum commoda conſulant:infra quam,inquam Communitatis noſtræ negotia ventilantur, decernunturq; tum numeroſiorum collegiorum officia, ſeu officiales, aliaq; ad ſe ſpectantia,eliguntur,& pertractantur: nec minus magni Xenodochij

chii capitula,& deliberiberationes hic concluduntur:ad ſemicircu-lum,vbi eminet Prætoris ſolium, & octo pariter Prouiſorum ſedi-lia,ad medium altiùs eſt Taruiſinæ Vrbis typus valde recognoſci-bilis:vbi ad operoſius oſtium adſtat vigil hinc, inde,Leo.

Subtus ad medium formoſa Mulier columnæ inhęrens, palmã-que manu tenens, hoc intellecto nomine. SECVRITAS.
Hinc elephas adorans Lunam.hoc themate. RELIGIO.
Inde binæ coniunctæ Manus ſuper igniario. INNOCENTIA.
Hinc Mulier cum fide muſica,ſcilicet. BONA DISCIPLINA.
Inde Virago cum haſta,cui inſidet noctua SAPIENTIA
Hinc Grus volans,lapillum pede ſuſtinens. PRVDENTIA.
Inde Pittacus occinens, cui ſubintell. ELOQVENTIA.
Hinc Halcyonũ cũ matre nidus in mare. EX PACE VBERTAS.
Inde Camelus Herbam depaſcens. ABSTINENTIA.
Hinc Lyra ad muſicam inſtructa CONCORDIA
Inde quatuor veſpertiliones pedib.cõplicati MVTVA OFFICIA
Hinc Cynocephalus atramentarium manu tenens LITTERÆ
Inde Echin⁹ in cubo. nẽpe CONTRA PERICVLA MVNITVS
Hinc Lepus erectis auriculis VIGILANTIA.
Inde Grus ſtans, lapidem pede ſuſpenſum tenens. CVSTODIA

Præterea extra concauum illud, & baſim à dextris adeſt vir fle-xis genibus ſupplex ad Leonem. MISERICORDIA.

A ſiniſtris Mulier dextra lancem expanſam ſuſtinens,& ad lęuum brachium cornu copiæ LIBERTAS.

Inferiùs verò à dextris furcifer, ſeu carnifex, dextra ſecurim, ſi-niſtra calicem tenens. POENA.

A læua formoſus Iuuenis dextra palmæ ramum detinens,ſiniſtra verò Coronam xij.radijs,totidẽq; lapillis inſignitã.ſ.PRÆMIVM

*Porrò exterius: primò ad medium marmor decens:*

ANTIQVISS. VNIVERSITATIS ÆDES VETVSTATE
DEPRAVATÆ PVBLICO ÆRE AMPLIORES
RESTITVTÆ.
MDLXXXVII.

In Caſſide Vrbis inſignij,Crucis inquam, & ſyderum,
Auratus Taurus eminet, hoc ſchemate.
DVM VIRES.

Inibi

Digitized by Google

Inibi à lateribus depictæ ſunt figuræ Virginum, Dearumq; priſcorum ritu: quarum altera porrigit lilium dextera, ad cuius pedes ſubſcriptum eſt.

SPES PVBLICA.

Altera verò ſtans in rotundo globo dextra temonem nauis detinet, cui ſcriptum.

FORT. RED.

Ad latus alterum huius faciei, vbi inſignia prætoris illius temporis illuſtria cum Elogio, ſuo loco ſuperiùs regiſtrato, Leonibus aureis interim efformatis, altiùs, hinc, inde, à dextris picta bifrons prudentia, cui ſubſtat ſerpens, & hæc nota.

EX PRVD.

Ad alterum verò latus ſtat nuda Ceres cornucopiæ manu tenens. hic ſcriptum eſt.

RER. COP.

---

Poſtremò in altera muri facie. ſ. verſus aquarum marmoreū fontem ſpectabilem, Forumq; circiter olitorium, extra depictus Protector noſter Sanctus LIBERALIS Equeſtri habitu decoratus, cum vexillo ex Communis Taruiſij inſignibus illuſtri: ſub quo deſcriptū erat (ſiquidem exedit Boreas) hoc dictatum.

INTERCEDE PRO NOBIS

---

Quod fęlix, fauſtumq; ſit ad Dei Opt. Max. Laudem & Gloriam immortalem.

Epilogorum Epilogus in laudem Vrbis, & Ciuium.

*Vrbs antiqua Virum genitrix qui ſydera tangunt,*
*Quis te iam poſuit? me poſuère Phryges.*
*Quis nomen tribuit? Prudentia Diua Triformis,*
*Dum trina hic facie iam venerata fuit;*
*Cur tibi tale dedit nomen Prudentia? cernam*
*Vt quæ ſunt, fuerint, quæq; futura forent.*
*Hinc opportuno mutaui tempore ſortes:*
*Me & tandem Venetis iudicioſa dedi.*
*Taruiſina etenim mea Marchia Venetia dicta eſt,*
*Diceturq;, quoad ſermo latinus erit.*
*Inde ego continuè ſpecioſior affluo claris*
*Ciuibus, & muris condecorata meis.*



Digitized by Google

*Pace fruor placida: lætor, quia ſunt mihi alumni*
*Enſe, opibus, calamo ſplendidiore graues.*
*Hæc Burchelatus deſcripſit cuncta: ſed vno*
*Fortè minor, quòd ſit Ciuis, agatq; diem.*
*Taruiſium genuit, tenuit, ſemperq; tenebit:*
*Sunt bona hic, & nati finis hic eſto ſenis.*




Æmulo, ſeu Cenſori.

*Non tibi Triticeum granum Zeà, non tibi calta*
*Lilia, nonq; roſas braſſica, malua, dabunt.*
*Non ego Calliope, non Clio, aut blanda Thalia:*
*Harum nec medio dicor Apollo ſedens.*
*Sum Burchelatus cognomine, Bartholomæus,*
*Philoſophus, Medicus, ſcriptor, vt ecce tibi.*
*Nemo dat id, quod non habet: is dabit id, quod habebit;*
*Sic ego, quod teneo profero, doq; ſimul.*
*Nemo meo huic operi tulit vnquam, ſcito, iuuamen:*
*Inuèni, expoſui: quale ſit, eſto meum.*
*Gloria nonq; mihi detur, ſi inglorius exto.*
*Feci id quod potui, ſciui id, id ipſe tuli.*

Si

Digitized by Google

*Si maiora feres: amplo ſi tenta boatu*
*Tu dabis, & multum lecta, relecta iuuent:*
*Lætabo r: laudes tibi largas ferre nequaquam*
*Ceſſabo, & grates reddere adusq; tibi.*
*Sic animus rectus, ſic fert mens candida: quicquam*
*Siq; boni hęc retulit, gloria lata Deo.*
*Profiteor nullum me lædere velle: minus quid*
*Arri dēt? dictum pro malo id eſſe nego.*
*Obſtrepis? vt ſtrepitus incus contemnit inanes,*
*Sic mens firma mei ſpernit iniqua tui..*

---

Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honos, & virtus, & fortitudo Deo noſtro: Qui extēdit cęlos ſicut pellem: Qui fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam: Qui fecit Lunam in tempora: ortus eſt Sol, & cognouit occaſum ſuum: Qui reſpicit terram, & facit eam tremere. Benedic anima mea Domino in ſęcula ſęculorum. Amen. *Apoc. 7.* *Pſ. 103.*

Non me latet aliqua, & quidem multa, ad Ciuium, Vrbiſq; decus ſpectantia me interea reliquiſſe, Verùm operi longo fas eſt obrepere ſomnum. vt dicebat Flaccus: ſed præterea ne viderer Hyſtoriam Taruiſinam vniuerſam, minutimq; retexere voluiſſe: his potioribus, ad rem mihi propoſitam facientibus, contentus, per epilogos, Elogiorum ad inſtar, ea prout cernitur, ręgiſtraui. Quòd ſi alicui videbitur fortaſſe phraſim operis mei modò pedeſtrē, ac languidā eſſe: nonnunquam altiorem, aut etiam tumidam: ita non ſemper ſeriam, ſed per iocos aliquando plurimum proſaica oratione: non ſemel, aut iterum, ſed pluries metricè concinnata: illi ad præſens cum poſtremo ſecundi libri Machabæorum periodo reſpondebo, ſcilicet, ſicut enim vinum ſemper bibere, aut ſemper aquam, contrariū eſt: alternis autem vti delectabile: ita legentibus, ſi ſemper exactus ſit ſermo, non erit gratus. *Horat.* *2. Macb.*

---

Ex quibuſdam Auctoribus pro nobis Cento Maturi Academici Conſpirantis,

*Et longorum operum finis; concedere tantum*
*Muſa velit: tantumq; vtinam, defendere Apollo,*
*Tempora qui longa euoluit: Monumenta ſuperſint*
*Hæc vt noſtra manu, & ſtudio referentia verum:*

Mortalemq; vetent inuiſæ occumbere morti.
Qualiacumq; mei ſint hæc monumenta laboris.
Non omnis moriar: Libitinam multa meiq́;
Vitabit pars: vſq; Ego forſan dicar ad Indos,
Vnde venit Titan: & nox vbi ſydera condit:
Qui veterum Monumenta noua ſplendeſcere luce
Nitor, & ingenij radijs opera inclyta luſtro,
Quæ meminiſſe iuuet, noſtriſq; nepotibus inſtent.
Laudibus, & ſtudio memori, plauſuq́; ſequenti,
Cingar Apollinea victricia tempora Lauro.
Hic labor extremus; longarum hęc meta viarum.




Vtq; ſtylo, atq; pilo ſua prouenit vmbra puſillo:
Vmbram aliquam, quamuis paruus, & ipſe fero.
Non igitur lucem fers, dices ſubdole, opellas
Scito vmbram lucis mentis adeſſe meæ.
Vmbra nihilq; feres, ergo nihil eſt opus. heus tu
Scriptorum carptor quotquot in orbe. vale

Ex-

EXpeditum quidem eſt Promptuarium noſtrum Memorabilium noſtratium,abſolutumq; : ſed,bellariorum ad inſtar,mihi ponere in menſam iuuat quoſdam, nedum noſtrates, ſed & celebres ludos Taruiſij præſtitos,vel in pręſentem diem,epicè,vt libuit, pertractatos,nec indignos,autumo,vt apponantur. Legite alij,seligite: alij legentes arrectis auribus auſcultate, atq; alij demum declarantes audite.

Promiſſas porrò Tabulas,Syntaxesq; ſcriptis & expeditas,curioſas adeo,ac expetitas, Lectores, veluti & Dicteria, ac ſententias, & alia paſſim per Vrbem,per Domicilia collecta,& regiſtrata per Appendicem,deſyderata nec minus: cum curuis lineis ac inflexis, & quibuſdam alijs neceſſarijs careat typographus noſter: temporiſq; opportunitas libri emittendi ſeſe proriperet, quæſo, in poſterum expectate.

Ne autem noſtrarum Tabularum, ac arborum vos ſitis penitus inſcij, ſcitote,quòd in illis ordinata ſunt per lineas adamuſſim hęc infraſcripta.

Templa,cęmeteria,oratoria,Palatia,Turres,Ædes magnificę,Caſtellum,Armamentariũ, Nubilarium nitri magnũ, Hexedrę, Fora, Vici,Flumina, illorum Aluei ad ludos præſtandos, & qui ſint ludi, rotæ omnis generis,pontes,& quot arcuum ſinguli, Fontes,Putei, Aquæductus,Ciſternæ,Telonia, carceres, lupanaria, Angiportus, burgi, intus,& extra,Propugnacula,aquarum ſubſtentacula, rudera,Horrea pub.Furni pub.ad panem nauticum, Piſtrina, Thermæ, Horti penſiles,cuprea integumenta, marmora pub. elaborata, Columnæ erectæ, plateæ ad armiluſtra,Theatra ad Scenas, &c. Porticus ad Conſilia,&c. Cãpi ad ludos præſtandos, præſertim omniũ pilæ generum,ad vires Herc.ad Bacchanalia.ambulacra per vrbem animi gratia. ad hæc Collegia,Hoſpitalia, Academiæ, Grammatophilacia,Cameræ pub. Horologia, Bibliothecæ, Commiſſariæ, & fideicomm.ad nubendas Virg.&c.Silis,præterea & Butinicæ Encomia,& ſi quæ alia, horæ momento præ breuibus titulis omnia perluſtranda.

Si quid in hoc opere à ſuperiorum placitis abſonum fuerit:id nec dictum,nec ſcriptum,nec ſcitum volo.

ΤΕΛΟΣ.

Digitized by Google

Τῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίνεται.

# BARTHOLOMAEI BVRGHEL PHYS.

## ANSER.

MArgaris eſt feſtum. pueri concurrite: voſq;
Qui qui alij celeres eſtis, doctiq; natandi.
Anſer pinguis adeſt veteri de more ligatus
Penſilis ad funem tranſuerſo limite noſtri
Tam placidi, clariq; Silis, ſpectante corona
Omnis gentis, enim hic matres, iuueneſq; , ſeneſq; :
Quiſq; ſuas tunicas, intuſia quiſq; reponat,
Appareatq; leuis nudus: braccas tamen aptet
Fæmoribus, quo tecta ſient hinc inde pudenda,
Ne veſtrùm pudeat ſexus vtriuſq; iuuentam.
Iamq; ſimul ſe credat aquis quicunq; peroptat
Decollare manu volucrem, dum fune remiſſo
Lambit aquam roſtro, atq; alas quatit vndiq; feſſa.
Ecce vnus, ſecumq; duo: poſt alter, & alter
Proſilit in lymphas nudus, iaciensq; ſiniſtram,
Tum dextram palmam, ſimul ambas inde retorquens,
Et pariter pedibus reſecando leniter vndas,
Peruenit ad medium, & rectà ad retinacula tendit,
Extenditq; manum, collum tenturus amatum
Anſeris: aſt geruli funem, vi quippe, trahentes,
Extollunt, luduntq; illum, qui præterit: alter.
Hunc ſequitur, funem demittunt: ociùs ille
Arripit hiq; trahunt: hic concidit, haud bene namq;
Complexus collum fuerat pendentis ofellæ;
Tertius inſequitur, mox quartus, fortis vterq;
Quare ſuſpendunt geruli ſuper ardua funem:
Ne, quod non potuit vis ſimplex, concita duplex
Id valeat, volucremq; trahat, feſtumq; moretur;
Vnde hi continuò gerulis ficcaſq; minaſq.
Protendunt, adduntq; pares opprobria luſi.
Succedunt alij curſu leuiore natantes
Ac ſi nil curæ ſibi ſit pulpecula pendens.
Protinus exilijt deductis ritè lacertis
Vir validus, dum demiſſæ puer inde volucris

Ex-

Digitized by Google

Extendit, iungitq; manus ad colla, manuſq;
Extendit, collumq; capit non viſus ab illo;
Cogitur ire puer: trahitur vir penſus ad alta
Attracto valida vi, libratoq; remulco,
Linquitur atq; recens: demergitur ille, tenetq;
Anſeris extenſum collum: ſurſumq; retracto
Fune reportatur graue pondus: quando præunctis
Plumis, vah nimium, Palmæ redduntur ineptæ,
Concidit atq; alto de vertice ad ima natator:
Quare hinc, inde fluit cunctorum riſus ab ore,
Et clamor palmis percuſſis iugiter ambis.
Iamq; reuertebant fluuio qui deinde rapaci.
Exierant primi ſtabantq; in margine ripæ,
Spectabantq; modum, nutumq;, artemq; trahentum.
Cum puer exilis medio ſe iactat in alueo,
Aduolat atq; celer pendentis ad albida colla,
Arripit hæc, torquens, & roſtrum dentibus arctat:
Simplex ille, putans ambas diuellere partes,
Vnde cadit ſublatus iners: namq; vnica virtus
Debilior diuiſa manet: mox arripit alter,
Excutiturq; ſemel, bis, terq; quaterq;, nec vnquam
Decidit, elatus ſit quamuis terq; quaterq;.
Callidus interea iuuenis tunc tranſnatat, atq;
Arripit hunc pedibus, credens vi ponderis arctum
Funiculo collum laniari: quando ſuperne
Tracti ambo, recidunt vi ponderis, imaq; tentant.
Nec tamen aſportant caput anſeris: attamen illi
Ceruix non paulum protenditur, & tremit anſer.
Vera loquor. vos, qui qui aderatis, dicite, forte
Cum Domino in ripa ſtabat ſpectante moloſſus,
Ferox ille quidem, Domino qui concitus, inſtar
Vulturis ad prędam, accurrit prolapſus in vndas
Niq; citi geruli reſtem, volucremq; tuliſſent,
Finis erat feſti, tetigit nam dentibus ora.
Vidimus interea dum nullus defluit, atq;
Anſer tangit aquas, emergere forte natantem,
Porrigere atq; manum, non viſum & carpere funem;
Cum geruli indignabundi ſufferre remulcum
Forte, tum ſubito delinquere, deinde leuare

Altius

*Altius, & miſerum demergere, non ſibi licto*
*Tempore mutandi palmas, ad colla volucris*
*Porrigat vt, teneatq; recens: vt denique miſſo*
*Fune hic aquas peteret, ripamq; teneret anhelus.*
*Cauti propterea geruli ſuſpenſa tenentes*
*Lora quieſcebant, pueriq; hinc inde natabant.*
*Linter erat ſurſum per flumen, ſicq; deorſum*
*Errans, Nympharum plenum quem dixeris eſſe,*
*Spectantum ludos, quò ſpectarentur & ipſæ,*
*Tam bene compoſitos iuuenes finxiſſe puellas*
*Cernimus, vt nullus ſuſpectos crederet. vnde,*
*Cum liquidas anſer fugientes lamberet vndas,*
*Protinus (horrendum) ſcapha fluit omnis ab arcta*
*Naiadum chorus, & furto certamine nandi*
*Candida perſpicuo conuertunt brachia fluctu;*
*Ac, veluti ad ſcopum tendunt hinc, inde ſagittæ,*
*Iſtæ ad auem tendunt nantes in gurgite vaſto:*
*Nec mo[illegible]m rapiunt geruli altiùs anſeris, extra*
*Inſidias, ſubito roſtrum, ventremq;, pedesq;.*
*Quare ludentes deluſæ Naiades, vltra*
*Progreſſæ tumidis ſecedunt veſtibus vdæ.*
*Interea immotus ſtat funis, & anſer anhelus.*
*Vidiſſes aliquem de cymbæ fornice ſaltu*
*Præcipitem ſe proijcere; & de culmine tecti*
*Vidi vnum ſe ferre domus in fluminis æquor:*
*Mortuo erat ſimilis quidam manibus, pedibuſq;*
*Immotus lymphis reſupinus, & vſq; ſecundans,*
*Dixeris enectum, certè fluxiſſe cadauer.*
*In caput alter ibi ſeſe vertebat: & alter*
*Extendens hinc inde manus, & brachia lymphas*
*Quò citiùs ripam peteret de more ſecabat.*
*Cœnabant quidam, propinabantq; viciſſim:*
*Et proſpectabant de valuis, deq; feneſtris,*
*Fluminis & curſum placidi, pueroſq; natantes,*
*Anſeris in primis ludum, tractuſq; rebelles:*
*Pyraq; vendentes tunicato, & pruna popello,*
*Feruenti opportuna nimis, celebriq; diei.*
*Iamq; propinquabat tempus, quo trunca ſub alto*
*Fune maneret auis: reſtem cum trochlea mittit,*
*Tangit aquamq; anſer, fortaſſis mortuus ecce*



Digitized by Google

*Adnatat vnuſquiſq; prior capit illico funem,*
*Alter auis collum ſtatim. ſed & illico funem,*
*Alter, & alter auem: geruli præ pondere laxant*
*Lora ſimul: miſti labuntur: cautior vnus*
*Infra funiculum collum tenet, attrahit, atq;*
*Diuellit, refluitq́; Silis per amęna fluenta*
*Anſeris oſtentans caput: vndiq; clamor ad auras*
*Tollitur: exit aquis: lætatur: quiſq;, quòd ille*
*Digna labore ſuo referat iam præmia victor;*
*Traditur anſer enim, tum vini congius, atq;*
*Nummi aliquot, quîs panis ematur, ligna, olus, & ſal:*
*Quò ſtirpem ſaturet lætus, ſocioſq́; natantes.*
*Margaris hic feſti finis, finisq; diei.*

## Additamentum.

*ADdo, quòd hoc anno eſt aliter de hoc anſere luſum,*
*Milleno, ſexcenteno, quarto quoq; deno:*
*Quandoquidem Patres, qui obſeruauère quotannis*
*Hos citiùs ludum rapta finire volucre,*
*Cautiùs acturi, firmarunt Anſeris vnctum*
*Collum, prælongo ferro per viſcera adacto*
*Exanimis: nemo vt ſolidum facilè abſtrahat illud;*
*Agnitò at hoc nulli collum cæpère natantum:*
*Ventrem duntaxat, coxas, & crura, pedesq́;*
*Atq; magis funem, poterant dum porgere dextras:*
*Quippe puellorum laxam quis detrahit alam;*
*Alter deplumat, laniat dein alter & artus:*
*Quando ſemel duo, tum duo: quattuor & ſimul inde*
*Poſt pueros homines funem tenuère cadentem:*
*Quare tunc geruli niſu maiore camelum*
*Sex, ſeptemq; alij vi magna in parte trahebant,*
*Nec poterant ingens de lympha extollere pondus.*
*Vidi ego: quippe aderam cum natis ipſe ſequeſtris*
*Infra ædes, ſolis vitans, & pulueris æſtum.*
*Vnde timeſcentes raperent ne protinus illum,*
*Neuè grauis nimius creperet præpondere chorda,*
*Ludus & occæptus media ceſſaret in hora,*
*Saxis deturbant retinentes lora: nec illi*



Digitized by Google

*Iam pueri, aſt homines barbati preſſa tenebant;*
*Unde vnus, mox alter abit, mox tertius, atq;*
*Sublato fune, hos demerſos terq; quaterque*
*Disijciunt cunctos: pręſertim tractibus, vno*
*Ex nodo ad clauum retinentem firmiùs, ante*
*Quàm vim de fluuio ſumant: vt deniq; quaſſi,*
*Ac ſi à tortore, & laceri cogantur abire.*
*De fluuio norunt omnes hos ſumere vires*
*Corpore dum quatiunt illum: meliusq; reponunt*
*Inde manus, vbicumq; volunt: veluti altior ille*
*Prognatus Tellure Gigas maiore Gigante*
*Hercule contendens quateret dum poplite terram;*
*Sumeb t vires, Anthæum matre iuuante.*
*Quem tamen elatum generoſus ſuffocat hęros.*
*Suſpenſum inde tenent funem, puerisq; parumper,*
*Quis modicæ vires, minimum quis ponderis extat,*
*Demittunt volucrem, ludum, feſtumq; morantes.*
*Quando vnus tandem fuerat qui marmore læſus,*
*Moſchinus cultro, qui conditur oſſe recuruo,*
*Abſconſo digitis, laxato fune, ſiniſtra*
*Ad coxas prædam retinens poſtrema ligati*
*Anſeris incidit dextra, vnà funiculumq;;*
*Atq; natans, & ouans volucrem aſportauit iniquus,*
*Deludens Patres illos, cunctosq; trahentes,*
*Acclamans, Domini, ſic ars deluditur arte.*
*Iſte fuit Feſti, tum ludi terminus huius,*
*Ad quem millenus ſpectator venerat, alto*
*De Ponte, & ſub eo in ſcaphis, paliſq; vetuſtis,*
*Compoſitus, multò plures in margine ripę:*
*Cum, ſexcenteni pueri, matresq; feneſtris*
*Adſtarent, plauſu complentes prorſus & ædes.*

## Anſer Alter.

*Contigit hoc anno Currenti; aſt antè, per annos*
*Non paucos, aliter feſtum celebrare fuit mos*
*Margaritanorum Fratrum ſimul, anſeris inquam*
*Hoc medio, antenna defixa, aut arbore cymbę*
*In terram ſtabili, bis, terq; , quaterq; peruncta*



Digitized by Google

Atro oleo in totum: ſublimi in vertice cuius
Stat latus diſcus, quem ſtrictus poſſidet Anſer,
Expectatq; , pedes qui ſurſum ſoluere tendat.
Quando ecce hinc Geruli, hinc nautæ duo, treſq; parati
Scandere protenſis dorſo, manibuſq; lacertis,
Et laqueis multis ad braccas vndiq; penſis:
Sacculus & plenus lumbis accinctus arena,
Qua ſuper expanſa manibus, cordiſq; peruncto
Tigno ſecuri ſcandant, rapiantq; volucrem.
Ecce igitur laqueo ad malum nodato, adit vnus
In reliquum funis, ſtapedem quod dicere poſſes,
Impoſito pede ſcandit, & additur altera ſurſum
Corda, velut prima, in laqueum: tum puluere iacto
Aſcendit, ſoluitq; priùs nodum: quo fune ligatur
Altiùs, & ſequitur: quando incipit alter, & alter
Poſt illum, tortos funes perſtringere malo,
Accelerantq, gradum, quo trudant inde priorem:
Nec mora, iam tangit laqueum pedis illius: ille
Percutit hunc alio, laqueo quem pulſat & alter,
Iſte pedem rapiens trahit, & ruit ille fricando
Vlnas, atq; manus vnctas, & pectora malo.
Et citiùs dicto medius deſcendit ad ima:
Ingenti moto riſu, clamore ſequente.
Interea ſcandunt alij, qui decidit, iræ
Percitus, ad laqueum, nodumq; , reuertitur, atq;
Non eſt qui impediat: quare ardua ſcandit, & illum,
Qui ſupra in pedibus retinens tunc detrahit: atqui
Laxatis laqueis præ pondere, & vnguine, prorſus
De media antenna ambo perturbantur ad imum.
Ni clamor, riſuſq; fuit, tu dicito, viſis
In terra feſſis credentibus ardua ferre:
Deſperati igitur ſiſtunt: nam primus anhelat
At volucrem, parùm diſtans: cum non bene iacto
Puluere, & in pedibus mutandis lapſus, vt vſq;
Ad mali fundum deuenerit impiger ille.
Vndiq; profuſis clamoribus, atq; cachinnis.
Quare, defeſſis tribus his ſudantibus, atq;
Interula, & braccis laceris, ac vſq; perunctis,
Proſiliunt alij duo ſtatim, vincula, arenamq;

Adiſ-

Digitized by Google

*Adijciunt malo: ſcandit prior, illico, & alter*
*Aſcendit, vult ſtricta & eum detrudere planta:*
*Verberat hunc loro at ſocius, quò linquitur, atq;*
*Practicus interea repetito fune ſupernè*
*Aufugit accelerans, ſequitur quem compar, & illum*
*Verberat iratus: cum unctus nimis, ac malè firmus*
*Concidit, à laqueo pede proſiliente refracto,*
*Lubrica & ex triſtis collabitur arbore nauta.*
*Piceæ at hic Dominus prior altiùs erigit vlnas,*
*Vſque adeo vt tremeret vicinus protinus anſer.*
*Deniq;, nullo illum inſidiante, alacer ſibi diſcum*
*Acquirit, volucremq; ſimul: quem ſoluit hiantem,*
*Sufflantem, clangentem, alis, pedibuſq; trementem:*
*Quem manibus strictum retinens, manibus, pedibuſq;*
*Antennam amplexus ſenſim deſcendit ad imum,*
*Proſiliensq;, ſuis clamantibus vndiq; currit*
*Ad Patres: ſtrenam ſolitam qui magna valenti*
*Porrexère: vale dictoq; aſtantibus, illi*
*Excurrunt huc, illuc, oſtenſo anſere ouantes.*
*Margaris illa dies ſanctæ finitur: & omnis*
*Atria, prata, vias, pontem, Templumq;, domoſq;,*
*Spectator linquens, proprias deſcendit in oras.*

# BARTHOLOMAEI BVRCHEL. PHYS.

## TAVRVS BACCHANALIS.

*Nomina fert animus Tauriſi ab origine prima*
*Dicere: Taurorum violentaq; prælia, cædes,*
*Pinguis ſumma Iouis ſolatia luce quotannis;*
*Muſa, faue, noſtri non immemor, annue votis.*
*Prætereo narrare, priùs quod diximus vno*
*Ethymologetico, Ternarius eſtq;, Libello,*
*Tarniſium dici, Teruiſum, Teruiſiumq;*
*Tauriſinmue, Vrbem præclaram deniq; noſtram:*
*Deductis variè rationibus illa ſequentum.*
*Dicam ego, quod ſequitur Bonifactius optimus inter*
*Scriptores, veluti Aſſeſſores inter euntes,*



Digitized by Google

Scilicet Hyſtoria noſtra Vrbis, quam dedit amplam:
Quodq; Locatellus Doctor concluſerat ante,
Quem ſcripſit, libro De ortu Vrbis Tauriſanę:
Tauriſium à Tauro dictum, vel ab Alpibus iſtis,
Quas Tauriſanas Sempronius adnotat auctor;
Siue etiam & montes, atq; Vrbem dici ab Oſiri,
Quiq; & Apis: Taurus quod vertitur indeq; nomen;
Quem Dominum Italię hanc Vrbem ſtruxiſſe recenſent
Luſtris tercentis, & quinquagintaq;, & vno
Ante ortum Chriſti, qui nos à morte redemit;
Vnde Equitum Xiſto in magno decernitur ingens
Taurus, cui adſcriptũ, MEMOR ESTO, valde vetuſtus:
Nuncq; etiam Armorum communis culmina Taurus
Poſſidet, & dictum: DVMVIRES: publica monſtrant.
Tanta adeo interſunt Vrbi cum ſymbola Tauris:
Symbola Romanis nominibus ioſa Triumphis,
Non ludis Taurum, quos tunc Taurilia Romæ
Dixère infernis Diuis ſacrata Quirites.
Æmula quippe fuit quandoq; vrbs noſtra ſupremæ
Vrbis Romulidum. Tiberis fluuius: Tiburonus
Noſter ſupra Vrbem, ſed in Vrbe ſilenter eundo
Iſte Silis dictus, clarus pulcherrimus omnium
Fluminum: Agrum Romæ ſecat & regina viarum
Appia: Agrum noſtrum Poſthumia diuidit, illa
Longa via, & celebris, cuius Poſthumius Auctor.
Appius vt dictæ, Romani vtriq; Priores.
Romæ eſt Paſquillus cantor de marmore trunco:
Cantor ibi & noſter Paſquillus marmore truncus.
Marmora præclara, atq; Epitaphia ſplendida Romæ
Taruiſi pariterq; incisa, inſculpta: Leones
Marmorei, priſci ſcriptores, atq; recentes
Quos laudant: artes propè cunctæ quas dia Roma
Nutrit, Tauriſi haud minùs exercentur in Vrbe
Cætera de libro hoc noſtro expiſcabere lector
Symbola, Templa, Fora, Exhedras, Monumẽta, colũnę
Fontes, & Pontes Ludos, Thermaſq; & id vnum
Oppido mirandum fortiſſima Mœnia circum.
At cœptam hyſtoriam, Taurorum nempe, feramus.
Ecce Iouis Lux ſacra venit poſtrema planetæ



Digitized by Google

Inter pinguifera, inter Bacchanalia læta:
Qua die obeſa diu priſcis venerata Nephiſſa,
Fluuij tardigradas inter non vltima Nymphas:
Ac Dionyſeis Nebriſſa eſt conſcia Thirſis.
Silius hoc carmen pro me feciſſe videtur; Sil. Ital.
Si Nephiſſa ſibi dictum, celeberrima Nympha:
Illa etenim Baccho eſt addicta, vt noſtra viciſſim.
Iamq; boues varij paſſim, Taurîq; bicornes
Per ſtabula, & fæno, & pingui paſcuntur auena:
Quò vegeti, atq; alacres currant, ſaliantq;, ferantur.
Cum tempeſtiuo confecto prandio, hic ille,
Exit ouans domibus, ſeq; ad Prętoria confert
Atria capturus, ſcalas, podia, atq; feneſtras
Publica quęq; loca haud vlli interdicta tenenti,
In tuto vt maneat, Tauro feriente furente.
Ecce autem à ſtabulis Europę vector in amplas
Exit iam plateas, niger hic, & candidus iſte,
Iſte coloratis maculis ex arte refulgens,
Hic bicolor, natura velut ſic ludat in illis,
Hic retinet camuris hirtas ſub cornibus aures:
Induit hic formam capri, hic aſini, hicq; caballi.
Portat ephippia hic, alter geſtat clune clitellas:
Inſidet atq; etiam Bacchus quandoq;, ſilentem
Dixeris eſſe Silis noſtri rutilantis alumnum:
Seu magè ſit Carnis priuius ſub ventre ligatus:
Vt largum excutiant riſum de gentibus illi.
Currunt, excurrunt ſpacioſa fora: atq; recurrunt
Et Venatores, & Tauri hinc, inde furentes,
Quattuor in primis Turcæ venère, recordor,
Ora, habitumq; trucum Thracum, portantq; machæram,
Perſonati homines (non longa eſt fabula) in orbem
Lintea geſtantes reuoluta, & candida cuncti,
Tegmina caluitij picto nutantia cono:
Præ manibuſq; haſtam depictam: hæc craſſior extat
In ſummo: quippe hic compoſta phalarica multa
(Hæc vulgò radij, magis & rochetta, feruntur)
Omnibus his, ſupereſt argentea, Luna, micanſq;.
Qui poſtquam plateam circum venère videndi,
Applicuère ignem Lunis: qui ardentior exit,



Digitized by Google

Quò magis anguſtus: mox, rupto carcere chartæ,
Diffugiunt radij ſimul inde, caduntq; furentes:
Omnia peruolitant latè loca, perq; tabernas,
Perq; domos: ardent, feriunt, veſteſq;, viroſq;,
Vſq; adeo vt fugiat quiſquis fora, dum furit ignis;
Nec ſemel id factum: ſed tunc, cum mortuus eſſe
Creditur, extemplo crepat, ardet, peruolat, vrit.
Inde bouile petunt, exactis ignibus, omnes,
Deducuntq; bouem: qui fronte, & cornibus aptè
Concinnus, veluti galeatus, ad ora virorum
Ducitur in plateam lenta grauitate, velut ſi
Victima propicians ſacras veheretur ad aras.
Stellatus minio Taurus: cui cornua fronti
Aurea, & auratis horrent palearia ſetis.
Cum primo adijcitur galeæ ignis, & ardet, & exit
Hinc numerus miſtus radiorum per loca quæq;,
Vt tremeret Taurus, rabie ferueret, & ira.
Mox laqueis tractis per binos ecce duobus
Turcas, ſepoſitis caliendris mollibus: atq;
Falcato enſe, velut nimis impedientibus artem.
Linquitur auritus furibundus & inde moloſſus,
Qui volat effrenus Tauri trepidantis ad aurem:
Reijcit hic cornu, mox calce, & cornibus, vſque
Diſcurrens: curritq; canis: qui protinus aurem
Vellicat: ille magis iactat caput: iſte magiſq;
Dentibus accedit, prenſat, ſtringitq́;, tenetq;:
Vnde furente boue effertur rabioſus in auras.
Hinc ſtrepitus, plauſuſq; fluunt: venit inde moloſſus
Alter, & alter item Taurus: mox alter, & alter:
Quattuor à ſtabulis præſtanti corpore Tauri:
Diſcurruntq; Forum: cadit hic, proſternitur ille:
Hunc alius vitat Taurum, quem deijcit alter:
Alter percellit mirantem, ſibila dantem,
Conculcatq; Virum pedibus: mox præterit illum
Olfaciens, miſſo mugitu feruidus, ardens.
Dumq; alios ridet miſer hic, ridetur, & illi
Sibila de tota platea, ſtrepituſq; feruntur.
Ecce autem interea nouus aduenit ordine Taurus
Quattuor huncq; tenent Cinocephali, ſimioliue,

(Simia

(Simia quàm ſimilis brutiſſima beſtia nobis)
Sic homines illi ſimiles imitantur & illam,
Tergora depicti, atq; nates caudaq; rigenti.
Hæc tibi non nugæ, non ſunt inuenta poetæ:
Succeſſère quidem, meliùs, copioſiùs atq;
Ipſe feram: nec cuncta feram, cum longior eſſem.
Concurrunt igitur Tauri, pariterq́; moloſſi,
Diripiunt, laterantq; aures: feriuntur & ipſi,
Calcantur rabidi, luxantur crura, pedesq;.
Ludicra erant quędam riſum elicientia cunctis;
Ex ligno fecère canes, vituli cute tectos,
Quinetiam tectos maculoſa pelle canina,
Sub pedibus rotulis currentibus arte paratis,
Quos apponebant Tauris: hiq; impete facto
Contra illos magno, ſternebant, ſuppeditabant,
Cornibus atq; etiam poſt tergora proijciebant,
Inq; canes vltos ſeſe ſic eſſe putabant.
Ut quoties fieret riſus traheretur ab omni.
Viuis interea canibus ſcerpentibus aures
Taurorum hic, illic, mugitu, cumq, boatu:
Siq; cane adſtringente nimis lanianteq;, Taurus
Firmatur victus, patiens ſiſtitq;, nec vltra
Guſtus adeſt populo: rapiunt ceruice moloſſum
Cuſtodes: quo auido carnis remeare negante,
Linquere vel prædam, pleno iam ſanguinis ore,
Cruribus apprendunt, pedibuſq;, & corpore toto:
Aſt renuit ringens: tum ſtringunt guttura, teſtes,
Dentibus extremam vi mordent deniq; caudam,
Cogitur hocq; canis ſubitò os aperire dolore,
Linquere & auriculam: tandemq; recedit anhelus
Allatrans, ſe proripiens, mordensq́; tenentes:
Cornigeri atq; iterum fugiens ſe iactat ad aures:
Vnde furor nimius replicato vulnere: curſus
Et celer, & rapidus, quaſi mittat bos, canis, alas:
Ut Flacci verſum contingat ferre ferentis Hor.
Hàc rabioſa furit canis, hac lutulenta ruit bos.
Vidi ego poſtremò viſam non ampliùs artem,
Nempe reuellendi ſtringentes mordicus aurem:
Scilicet exaltando canem, iaciendoq; totum

Digitized by Google

*Colla ſuper Tauri, donec ſtet pendulus, atque*
*Inuerſus, læſusq; nimis: cum ſint tamen illi,*
*Talia qui interea tolerent, nec ſumpta relinquant:*
*Tanta ſitis canibus Taurorum ſanguinis extat.*
*Conuenêre quidem tanta ad ſpectacula & Vrbis*
*Incolæ, & agrorum; timidi, pueriq;, & honeſti,*
*Nummatiq;, petunt ſolaria celſa luentes:*
*Si modò non illis ſpecula, atria, pharmacopœa;*
*Steti ego, qui Medicus penès ipſum pharmacopolam:*
*Matronæq; manent bipatentes ante feneſtras:*
*Agreſtes, miſeri artifices, tenuiſq; popellus*
*Stant medij, ad Scalas prætorij, ad abdita quæq;,*
*Circa olei magna illa & dolia, quæ trabis inſtar*
*Firmæ ſuſtentant ſolaria grandia gentes.*
*Interea iuuenes ſunt quidam morbidiores,*
*Qui attentis furijs Taurorum ſtantibus aptant*
*Inuolucra illa pyrite referta phalarica pului*
*Endromide, in braccis, in pennula, & vſq; galero,*
*Appenſis acubus, dato & igne: vt concutientes*
*Iſti ſe, atq; alijs aſtantibus agglomerantes*
*Excutiant trepidi radios: mox gentibus vſque*
*Riſum: præ furijs, præ exuſtis vndiq; pannis.*
*Delector ludum, dicaſue iocum, ipſe referre*
*(Conſueuêre iocos noſtri quoq; ferre triumphi)*
*Qui riſum moueat, largum, moueatq; cachinnum.*
*Sunt iuuenes alij peramantes corde puellas,*
*Suntq; alij has, nuptaſque ſimul ſpectare videntes*
*De podiis curſus Taurorum, deq; feneſtris:*
*Ex his laruati, aſt alij ſine tegmine vultus,*
*Omnia peruadunt plateæ loca, ſeruus & illis.*
*Fert calathos ouis plenos, ciſtaſq; refertas,*
*Quæ ſunt plena roſacea aqua, lampha quoq; odora,*
*Quandoq; & lympha claro de flumine ſumpta,*
*Glutine, ſeu cera hinc inde obturante cauatum,*
*Argenti, atq; auri luſtrato cortice ſectis.*
*Hæc iaculant ad eas, fractoq; putamine ad antes,*
*Limina, & ad muros, telaria, clathra, columnas:*
*Ad magè tranſennas: poſt quas latitare reperta eſt,*
*Quæ matura viro, quæ plenis nubilis annis:*

Et

Et binæ, & ternæ: aſperguntq; ex ordine cunctas;
In caput, ad mammas volutant quandoq;: manuq;
Non ſemel oua retro poſita disfracta repellunt
Fœminæ, & ancilla, quæ proſtant ante feneſtras,
Interea madidæ ſiccantes pectora, crines;
Riſus & hinc, plauſus viſarum hinc, atq; videntum.
His aliquæ, in podijs præſertim prorſus apertis,
Stantes expoſitæ oppoſuerunt retia retro:
Miſſile quæ mandent hoc nulla aſpergine facta;
Lintea ſiue etiam ſuſpendere cura erat illis,
Nec prorſus tutæ: namq; ars deluditur arte.
Vidi ego quinetiam ex his ouis bella. feramus.
Non diſtantia erant ſolaria bina virorum:
Iſti contra illos, contra iſtos illi, & ouantes
Oua (Silis lympha plena hac puto) proijciebant,
Centena, & bis centena, & millena: caniſtros
Deniq;, vt ad talos aqua pluribus emanaret.
Qui riſus fuerint, clamores, quiq; cachinni
Non referam: fora plena manus pulſantibus, atq;
Omnes per cunctas fundebant ſibila partes.
Sed calamum Tauris reddamus carmine noſtrum.
Cernere erat ſcalas multa de gente refertas,
Prætoris ſcalas, rationis ſicq; Palati:
Cum retro ſurſum bos cautè aſcenderit: vnde
Fit motus ſubitus, ruit omnis turba tremenſq;
De gradibus præceps, dum ſecum corruit & bos:
Vt capita interdum frangantur, brachia, crura,
Nunc tantum fracto ſurrexit propola naſo.
Riſus erat magnus, dum concurrere quaterni
Tauri cum laqueis, lanijs cum, cumq; moloſſis
Impliciti, vt caderent venantes, atq; bicornes,
Atq; canes, nodis varijs hinc inde ligati;
Soluere quos facile haud fuit vllis abſq; periclo.
Truditur interea vigeſima tertia; reſtat
Vltima ſacrati Iouis hora canenda poeſi.
Quare agite. Excurrunt per compita quæq; viarum,
Gaudeat vt Vicus iam quilibet hac vice ductis,
Impulſis, tractis, morſis, punctiſq; iuuencis.
Et ſi licta domi eſt aliqua inconſpecta puella,



Digitized by Google

*Ad patulas veniat Taurum viſura feneſtras,*
*Illaq; amante ſuo videatur: ſaltus ibique*
*Fiat: reddatur quò gratior vnus amatæ:*
*Irritata canum cum primum magna moloſſum*
*Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes.* Ex Lucr. lib. 5.
*Poſtremò, veluti ad mare tendunt flumina quæq;,*
*Ad Plateam vergunt Omnes Tauriq;, canesq;,*
*Occurſantq; ſimul: cadit hic, cadit ille: ruuntq;*
*Non ſemel adſtantes homines, velut vnica petra*
*Impellit reliquas, demum glomerantur & omnes;*
*Sibila de tutis cum maxima percipiuntur.*
*Interea feſſus ſiquando eſt Taurus, vt ante*
*Ire neget, ſtatim conſtricta phalarica caudæ*
*Admoto huic igne exagitat: cui calcibus inſtat*
*Non ſemel, aut iterum, ſed ſepius inde repellens*
*Bos, æſtrum reputans, veſana incendia: quando*
*Nil ſibi proficiens, feruens furit ille, ruitq;*
*Præceps, vt laqueis diſtractis de retinentum*
*Tunc manibus fugiat, furioſus currat & vrbem*
*Per mediam liber, quandoq; ac exeat vrbe*
*De Porta, vnde memor priùs ad nos venerat ille:*
*Quod fuit vnius: Silis at ruit alter in vndas,*
*Et per valla means, modò nans petit impiger arua.*
*Defeſſos Tauros non ampliùs ire potentes*
*Exagitant, torquentq; nimis pueriq;, Viriq;:*
*Intorquent manibus caudas, laqueisq; flagellant*
*Percutiuntq; aures laceras, nimiumq; dolentes.*
*Et ſtimulis agitant ventres, clunesq;, natesq;:*
*Ac ſuffraginibus dant ictus fuſtibus illi.*
*Iam verò magnus mirabilis emicat enſis*
*(Spadonem vulgus tecum, Merline, vocaret)*
*Vagina exertus rubea: quem portat inermis*
*Venator rectum, magna ſtipante caterua.*
*Eſtq; macellator mactandi practicus artis;*
*Hic venit ad plateæ medium: vibrat, & rotat enſem*
*Fulmineum dextra extendens, & ſqua minatur.*
*Protinus ecce illi adducunt ex agmine Taurum,*
*Quem ſiſtunt geruli binis ſub ventre phalangis:*
*Namq; illum intendit tutò obtruncare paratus.*



Digitized by Google

Ecce igitur ſignat mucrone ad colla iugalis:
Tum rectus, firmanſq; pedes, mox erigit enſem,
Maxima & hac, potuit qua, vi ferit: occidit vno
Ictu animans: reſecatq; ſimul palearia Tauri;
Hinc caput ad pueros tracturos cedit, & inde
Ad terram gerulis procumbit pondere truncus.
Protinus accurrunt ſocij, rapiuntq; vibrantem
Occiſorem enſem tendentem ad ſydera magnum
A ſummo ad capulum ſpumante ſanguine rubrum.
Inq; humeris geſtant curſantes per Fora, Viuat
Clamantes, ictu Taurum qui occidit in vno,
Qui caput abſcidit ſolo cum vulnere Tauri.
Iamq; propinquabat fuſcis nox atra quadrigis,
Et carpenta Foram implebant, vectura repoſtas
In thalamis Dominas, tranſennis, atq; feneſtris;
Lumina lata dabant funalia plurima circum
Vngula cornipedum & terram feriebat equorum.
Soluitur idq; Iouis Feſtum præpingue ſalacis,
A Taruiſinis celebratum hac luce quotannis,
Taurorum curſu, laniatu, & cæde decorum;
Taurisij Ludus clare gratiſſimus Vrbi:
Viuat Tauriſium Tauri de nomine dictum.
Tauriſium viuat dictum de nomine Tauri.
Taurisij libro ſit finis denique Taurus.

# EIVSDEM BVRCHELATI.

## TAVRVS ARENARIVS.

IAM ne licta mihi videantur publica Tauri.
Altera Feſta, fluunt quæ nobis non ſemel anno
Vno, terve, quater: menſe vno at terq;, quaterq;:
Vſque adeo vt verè Tauriſum dixerit ille
Hanc Vrbem, Tauris pre, & Riſibus vndique ſparſis.
Hæc etiam referam: reuuli qui bina ſupernè
Anſeris & Feſta: Artifices Taurilibus vſque
His nimis intenti, Plateas quòd ſepis ad inſtar

Clau-

Digitized by Google

Claudunt illuſtres vallatis ritè viarum
Finibus, vt fiant tot Circi, tot vè Theatra:
Dolia propterea coniungunt concaua latè,
Et tabulas & tigna ſimul, figuntq; decenter:
Vt nec bos, nec homo, niſi repat, transgrediatur.
Ad Diui Andreæ Plateam: tum de Raynaldis
Illam: nonnumquam Capitanei ad atria claudunt
Talibus artifices addicti, morbidiores,
Non ſemel in clauſtris Monachorum: Ianua ſolùm
Sufficiat cum bina ſiet modò clauſa quòd iſtis.
Vidimus & ſepi ad Cathedralia Templa peramplum
Ritè Forum: circum ſublatis vndiq; Tauris
Prorſus ab arte viis varijs exire paratis:
Aſt magè Prætoris Fora claudunt: vt magè cunctis
Commoda, præ ſcalis, præ xiſtis, porticibuſq;:
Præ podijs multis, multiſq; hinc inde feneſtris:
Vt ſpectent aptè ludum iuueneſq;, ſeneſq;,
Et populus: matres pariter, pueri, atq; puellæ,
Abſq; vlla prorſus formidine bella gerentum.
Prætereo, quæ facta alio quo tempore cumq;,
Hocce relaturus, quod factum hoc tempore tantùm,
Milleno, ſexcenteno, ter quinque meante.
Februa cum fierent tunc Bacchanalia nobis
Ante dies octo pinguis Iouis, atq; Nephiſſæ.
Septum eſt ergo Forum, meliùs nunc tempore nullo:
Cum tabulata ſient in parte erecta ſequeſtri
Longa Fori, ad curſus Equitum, qui baſtilia geſtant,
Dum ſimulachra ferunt belli, et pretia ampla reportant,
Lætantes haſtis victricibus, atq; boatu.
Ecce autem, lictam per portam ſingula mittunt
Cornigera hic lanij intro animalia, ſena, vel octo.
Et laqueos tollunt de cornibus; hi ſimul intrant
Cum canibus, retinent quos lintea, ſiue cathenæ.
Quìs ſibi detractis, ad Tauros impiger omnis
Aduolat, auriculas tentans prenſare bicornis,
Quò bos quiſq; furit diſcurrens, vndiq; tentans
Hic, illic aperire viam ſibi, bregmate ſepta
Incutiens firmata nimis: mox ſtringitur auris
Dente canum rabido: quare concurritur illis

Per

*Per planum, ad læuam, ad dextram, ſurſumq; deorſum,*
*Circumquaq;, ſibi nunquid data porta tuendo.*
*Spectant interea Camerarum ſemipatentes*
*Eſſe aditus, publicis Conuentibus hic poſitarum,*
*Quare Phyſcalem ſublatis introit vnus* Ærar.
*Tranſuerſis Scalis malè firmis, imò refractis.* Prouiſ.
*Ingreditur Patrum mox valuas alter & Vrbis:*
*Paruula & hinc hora capitur boue morſibus acto* Cancell.
*Scribæ Prætoris malè adhærens Ianua noſtri;*
*Vnde hi per pluteos ſcandunt, armaria menſas,*
*Qui impauidi ſteterant cum fuſtibus ante parati;*
*Practici at hinc lanij expellunt mox cornupetentes.*
*Riſus propterea, & plauſus de gentibus orti,*
*Qualibet vſq; vice illudentibus hos ſapientes,*
*Hos nimis armatos telis, ſudibuſq; præuſtis.*
*Viſus & ad ſcalas Taurus ſe ferre peramplas,*
*Ireq; vexando quotquot non protinus inde*
*Arripuère fugam, ſed non furioſus, in altum*
*Scandere quadrupedi labor eſt namq; improbus iſti.*
*Cernere erat Taurum, atq; canem certare viciſſim:*
*Vult canis huic aurem dextram, vult inde ſiniſtram*
*Vellere: fronte pari ad dextram bos, atq; ſiniſtram*
*Cornua flectebat, mox inuadebat euntem:*
*Quando ſuperueniens alter canis arripit aurem*
*Incautam, quem contra vt rictum, & cornua vergit,*
*Altera ab alterutro ſtatim cane prenditur auris:*
*Quare ſiſtit iners, mugitus vndique mandans;*
*Vnde macellator diuellens viribus actis*
*Cunctis inde canes, caudas vel dentibus vrgens;*
*Linquit eum; qui multa furens, loca clauſa retentat*
*Incaſſum: bis, terq; iſtum: tum concutit illum:*
*Et tentat ſeſe: atq; iraſci in cornua diſcit,*
*Obnixus tigno, ex tabulis: ventoſq; laceſſit*
*Ictibus: & ſparſa ad pugnam proludit arena.*
*Pellitur inde tamen lignis in cornibus actis:*
*Dente venit quando infrendens latrator Anubis,*
*Corripit & Taurum remorantem, mordet, & vrget.*
*Ille tamen dorſo tabulatis ritè reuerſo,*
*Viribus, ingenio, ſe cornibus atq; tuetur:*

Cum

Digitized by Google

Cum venit alter eò, tum tertius illico Taurus:
Tollitur vnde canis, conculcaturq; ſupinus
Calcibus, & roſtris, tum cornibus: hæc niſi rectà,
Namq; inflexa nimis, feriunt, tamen vndiq; lædunt
Impete præ valido, præ flagrantiq; furore.
Sibilus interea fit magnus, clamor ad auras
Mittitur: & quid enim? ſurgo, videoq; cadentes
Aſſes, & tripodas menſales, cantherioſq;.
At quid ita? effregit bos fortis ſepta, fugitq;
Inde furens, niger eſt, hunc Tarwiſine caueto.
Septus & interea meliùs locus, arte fabrili.
Eſt infra muros hexedræ Collateralis
Angulus: hic aderat reſpirans fortè iuuencus:
Hunc Griſo inſtigans lignis, nimiumq; moleſtè,
Ad nares, rictus, oculos: eſt totus in illis:
Quando tranſuerſus bos currit, ſternit eumq;
Incautum, verſatq; diu: quemque inficit ore
Sanguineo, fluido & tabo, auribus atq; cruentis,
Ad thoraca nimis, caligas, campeſtria necnon.
Surgit hic, illudens tamen, ac ſaltat, velut eſſet
Mimus, quem turpem deludunt protinus omnes,
Poſtea qui dolitans attritæ ceſſit arenæ.
Ridiculum aſt aliud referamus, non minùs iſto.
Portam duplicibus tranſuerſat Scriba patentem
Scalis: quò fugiens à Tauro vir caput intro
Intrudit ſcalas: facile aſt intrare negatum;
Quando ſuperuenit bos, & capite illico clunes
Impetit illius remorantis: quo citus intrat,
Seruaturq;, fero à boue quippe ferire volente.
Vidi ego currentes Taurumq; canemq;: ſed huius
Tardior eſt curſus, breuior quia bellua: nunquam
Propterea arripere hunc aurem potuiſſe bouillam:
Altior hæc etenim: duo munia ferre nec illi
Fas erat, erigere & caput, & motare quaterna
Crura, priora quidem mordens ergebat ad auras:
Dum tamen hoc æſtro impulſus bos curreret, atq;
Vergeret (vlterior nam non locus) illico lapſus
Concidit, & canibus laniandas porrigit aures.
Plurima turba frequens hic, illic ſtabat in ampla

Tunc

Digitized by Google

*Tunc platea: vnde frequens bos hinc bos, inde fugabat.*
*Cum tamen, & doleo, ſtans Cittadella reuerſus*
*Contra vnum rapidè currentem, fortè habiturum*
*Credens reſpectum ſibi: paſſum non mouet vllum.*
*Taurus at adiunctis rictu, cornuq; furori*
*Inuadit miſerum, inuerſum proſternit & audax,*
*Mox calcat, curritq; viam. Vir deinde vocatur*
*A turba, vt ſurgat: qui ſe non dimouet hilum.*
*Quandoquidem capite in petras illiſerat alto,*
*Attonituſq; graui remanebat torpidus ictu.*
*Accurrunt, tollunt ſtupidum manibus pedibuſq;*
*Mortuus vt videatur: & infra tecta reponunt.*
*Occiput huic fractum reperitur: forſitan intus*
*Offenſum cerebrum: quò morti proximus eſſet.*
*Vidi hoc vidi aliud, referam quod: namq; supernè,*
*Cumq; Gerente Vices Prętoris, Iudice cumq;*
*Ipſe aderam reſidens, partes ſpeculabar & omnes.*
*Piſtorem noſtrum (non hęc eſt fabula) vidi*
*Tauro percuſſum furioſo in tergore ab iſto*
*Fortiter hicq; manus præmiſit: nec tamen vſq;*
*Liber: enim naſus contuſus: cætera palmis*
*Vſque adeo lęſus, quòd panem conficere inde*
*Ad tres ipſe dies potuit minùs hic malè ſanus.*
*Deſcenſum Tauri tacitum poſt terga morantum*
*Vidimus in ſcalis: qui, dum malè pergeret, illis*
*Fortè ruit gradibus de marmore: quo ruit inde*
*Turba morans, ſub, ſupra, infra, extra, poſt, propè cũcta.*
*Quid referam? Tauri furiati, ac vndique laſi*
*Dentibus, & lignis, atq; enſibus, atq; pyrite*
*Puluere, percurrunt: detruditur hic, cadit ille:*
*Huic veſtis diſcerpta nimis, braccæq; cadentes:*
*Pennula ſciſſa illi, ſciſſa illis pallia cornu;*
*Concurrunt etenim plures, animoſaq; turba*
*(Quiſq; ſuam ſortem tueatur, lex data cunctis)*
*In plateæ medio ſtat, currit, vergit, adauget*
*Vires illa canum plauſu reboante viciſſim.*
*Nec ſaturi hi tandem, nec caſtigati: ibi ad artem*
*Vertuntur: laſſi quamuis, ſine & auribus extent*
*Tauri: vt plus iuſto noua adhuc ſolatia captent;*



Digitized by Google

Namq; parant ſclopos chartis, caudiſq; ligatos
Taurorum: quare diſcurrunt vndiq; , donec
Dant crepitum: atq; ignis moritur: cum caleibus illum
Pluribus inde putant expellere vociferantes,
Vt qui combuſti ſphincterem, denique clunes.
An non finis erit fundendi carmina Tauris?
Finit & ecce dies: iam dimmittuntur Arena
Armenta; ad paſtum forſan: nihil hoc minus: inde
In peiora ruunt: quin peſſima: namq; ſecures
Expectant illos, cultri, funeſq; , phalanges;
De quibus occiſis, laceris, in fruſta reſectis,
Taruiſi populus viuat, vireſq; reſumat:
Sępius vt valeat miſeros agitare bicornes.

At niſi quid nobis his verſibus vtile dictum eſt,
Arist. Vtile dicamus. narrat ſophus Effemerinum
Eſſe animal, quod mane oritur, mox creſcit, & illa
Quippe die ſiſtit, decreſcit, & inde ſeneſcit,
Et moritur tandem: vna dies eſt totaq; vita.
Sic bos pingueſcit paſtus bene mane quieſcens,
Poſt paſtum incedit phaleratus, ductus honeſtè
Per Plateas totas ſpectabilis, atq; verendus,
Et circumſeptus, tum circumſpectus ad vngues.
Mox trahitur, mordetur ibi, laceratur, & vna
Ipſe die, ferme hora vna mactatur ibidem.
Talis vita hominis, namq; aſpectabilis ille:
Cælicolis pariter mirandus, tartareiſq; ,
Terreniſq; ſimul: mox deſpectibilis inde
Deſpectus, riſus, deriſus: ſæpe notatus
Et diffamatus, quamuis bonus, integer, hic vir:
Amplexusq; iterum: percuſſus mox, laceratus,
Mortuus & demum nulloq; ſepultus honore
Sarcophagi, nullo Monumenti epigrammate cæſo.
Conditio ab hominum brutorum miſerior ipſa:
Ni ſpes venturi remaneret firma beati
Sæcli: & cum ſanctis æternæ gloria lucis:
Quæ dabitur cunctis fuerint qui plurima paſſi
Liberè amore Dei, proprios qui ditat amantes,
Et dat perpetuò cęli regione potiri.



Digitized by Google

# BARTHOLOMAEI BVRCHELATI.
## PHYS. IOCATIO.

## Lubricum Ludicrum.

*STET licet in plano Taruiſi Vrbs commoda læti.*
*Quod tot teſtantur fontes clariſſimi in illa:*
*Edita ſunt intus loca multa, nec vna: fatentur*
*Id putei plures, quos inter noſter, ab imo*
*Ad ſummum cubitos retinet qui ter duodenos;*
*Iam verò ipſe viam referam de pluribus vnam,*
*Quæ dedit & feſtum, magna & ſolatia nobis;*
*Eſt ea decliuis: caput eius de Cathedralis*
*Eccleſiæ platea, inter Cumos & Salis ampla*
*Atria: ſed finis fluuium pertingit, & vndas:*
*Per cubitos forſan centum protracta: per octo*
*Lataq;, pluſue minus: per quam deſcendit in amnem*
*Et pluuia, & liquida ambarum quæ hinc inde viarum:*
*Sunt vbi Vonicùm, Monacarum deniq; & ædes.*
*Hic, veluti Torrens, qui riuus parũs aquai*
*Permodicæ, excreſcit nymbis furioſus, & auſtris;*
*Nocte pluit media: Boreas mox perpulit inde*
*Nubes in glaciem currentes vertere lymphas*
*Qui potis hirſutam, rigidamq; ad fluminis oras,*
*Milleno anno hoc, ſexcenteno, ſex quoq; deno,*
*Februa dum facerent* Dionyſia *feſta Iocantes.*
*Mane ſuperueniunt pueri viciniæ, & artes*
*Degentes circum, luſtrantq; per omnia, nunquid*
*Hæc bene ſit gelida, & ſolida, & num lubrica quemq;*
*Suſtentet, paribus dum labitur vndiq; plantis:*
*Quod ſibi pro votis ſuccedit, deſuper vſque*
*Ad metam, ad fluuium pro lapſu continuato.*
*Stantibus his, memorant ſe ante annum Bartholomæi*
*In vico Sancti ludum vidiſſe iocoſum*
*Perſimilem, poſtquam brumali diriguerunt*
*Arua gelu, magnis de mœnibus vt via lata,*
*Rectaq; facta foret, proiectis vndiq; lymphis*
*Prima nocte, dein nocte intempeſta, vt in acrem*



Digitized by Google

Hæ denſarentur glaciem, multumq; rigentem:
Lubrica formaſſe atq; ſedilia parua repanda,
Quotquot præcipites per tractus ire volebant.
Quare continuò ſibi quærunt vndiq; concas
Has modicas lignis connexis protinus actas:
Quinetiam ciſtis denſo de vimine textis.
Lubrica dicta ſiet, montanis Luocera vulgò
Arculus hic palmis latus, longuſq; duabus,
Longius aſt aliquid, quam latius inſtrumentum:
Cuius ad extremam partem ſtat ligneus ille
Buris, vbi dextram firmant, ſeq; inde tuentur.
Harum aliquæ ſubtus ferro firmantur, & illo
Læuo valde citò vt currant, volitentq; furentes.
Ecce autem vt cernunt alijs de partibus Vrbis
Hi, atq; illi, accurrunt, ſcaphis de more paratis,
Se exercentq; ſimul duo, tres quatuorq; viciſſim,
Calcibus in glacie iactis hinc inde natantes,
Queis, veluti clauo, rectas tortaſvè tenebant,
Vnus poſt alium labentes vſq; deorſum;
Vnde velut lenior, ſeu pinguior hic magis illos
Impingit, pellitq;, cadant quo primus, & alter
Ac percellantur de ſellis: vt ſibi plauſus
Inde parent, riſum de cunctis excutiantq;,
Maior at hinc riſus, maiores atq; cachinni,
Si furioſa nimis ſella hæc deuexit euntem
In fluuium, vt madidus talos de vertice ad imos
Exiret pluitans, toto clamante theatro.
Iam verò Comites cuncti ſemel ordine iuncto
(Viſa mihi teſtor, non hæc inuenta poetæ)
Qua dicta porta fluunt, velox hic, illeq; tardus:
Quare hic deturbat Comitem, ſubuertit & illum:
Alter eum impellit, muroq; allidit inertem:
Alter, & alter item ſocios per lubrica verſant:
Quiq; citi ante alios fluitantq;, ruuntq;, nec vllæ
Illos dextra tenet, nec pes, merguntur in amnem.
Si riſum eſt, ſi clamatum, ſi vociferatum,
Dicas ipſe legens noſtra hæc, ſcurrilia forſan
Cum leuia, & vitro læui iſto lubriciora:
Ridicula hæc certè, & pro tempore ludicra valde.

Con-

Conuenère, die Solis poſtrema abeuntis
Bacchani, ſocij ludum exercere videndum:
Scilicet extento ad medium de fune reponi
Anulum ibi è ferro, quem qui per lubrica labens
In ſcapha armatus tereti haſta auferret eundo,
Par Gallinarum pro lucro auferret: & illas
Spectator proprias Vonicus ſtans ſecus ædes
In muro appenſas ſuper hic produxit opimas.
Quare, vt lubricius, ſolidumq; Gelu hoc magis eſſet,
Noctescente die, tum frigeſcente frequentes
Lympharum labra inuerſant: pariterq; ſub alba
Aurora: & minimè fraudantur vota laborum
Curritur ergo; prior tetigit lora: alter inanem
Aera commouit, nam lubrica torta retorſit
Secum aſſeſſorem: mox tertius in pede ferrum
Percutit: at quartus læuum ferit, orbe retorto
Flectitur in gyrum Anellus bis, terq;, quaterq;:
Vnde retardatur curſus, dum firmus aperto
Anulus orbe patet contra currentis acutum
Haſtile: hinc veniunt quintus, ſextuſq;, volantes
Vrgentes ſeſe, ſe impellenteſq; viciſſim
Vſqueadeo, vt primum proſterneret ille ſecundus:
Cui ſeſe oppoſuit primus per lubrica ſurgens,
Lancea & hunc ira feruens percuſſit euntem:
Quem ſubitò in gremium accepit glacialis arena:
Vnde ſuperuacuus fuit horum curſus ad orbem,
Ac ſimul amisère iterum ius poſſe reuerti.
Septimus exhilarans haſtam leuat, increpat omnes,
Vt minus expertes, vſq; eſſent prorſus inepti.
Currit & intrepidus ſella crepitante ſenili;
Quare, dum ad ſignum iam venerat, illa ſoluta
In partes abiens hunc liquit vltra terentem
Clunibus: erubuit quare nimis: vt ſimul omnes
Audijt, & vidit clamentes vndique riſu:
Subtraxitq; leuis ſe campo feruidus ira,
Proijciens ſellæ rabioſus fruſta vetuſtæ.
Proſilit interea octauus, criſta, atq; galero
Conſpicuus conca ferrata firmus, & audax,
Lubricat & velox: cum lancea, rectaq; firma,



Digitized by Google

*Anulum adingreſſa, inde hunc abſtulit: illeq; ouantis*
*Perſimilis, ſurgens, haſtam manu, & inde ſedile*
*Altera, vt hæc eſſent victoris ſigna, ferendo,*
*Accurrit: clauo glocitantes tollit & alto*
*Euohe Bacche tonans, geſtanſq; per aera in haſta*
*Brauia: pinguidulas gallinas fert & ad ædes*
*Cocturus proprias in cæna lætus opima:*
*Pro lucro meliore putans cuiuſq; diei,*
*Maximè honore grauis, ſolita quo ex arte laboret,*
*Alas, & coxas tracturus dentibus: idq;*
*Quàm ſecus, ac ſuetas mordere, & ſtringere alutas.*

*Atq; hæc pro modulo ſint noſtro dicta: manuſq;*
*Impoſita huic operi: Lectores plaudite læti.*

Sed & noſtrorum celebriorum Fluminum Encomia, obſecro, reponamus.

## SILIS ENCOMIVM.

SILIS Flumen placidum, ac amenum chriſtallinis aquis perſpicuum, ſi quod aliud, non ſilendus vtiq; nobis, ſiue merita eius diſſimulanda; Hic in pago Caſacurua dicto, ad ſeptimum ab Vrbe lapidem in Occidentem Solem, humilem quippe ſuam trahit originem, ibi propria retinet incunabula, quicquid dixerit Hieron. *H. Bon.* Bononius in eius Antiquario de Plaui, quam & Anaxum dicimus, ꝙ ſcilicet ſubterraneus quaſi cuniculus eò deſcendat in Silim, cum *Plin.* Plin. lib. 3. cap. 17. dicat, fluuius Silis ex fontibus Taruiſanis, ille autem adſtruat eſſe impreſſoris errorem, qui f pro m, poſuerit cum montibus dicere debuiſſet, vt in quibuſdam impreſſum codicibus reperitur, ab eo loci ad Vrbem Taruiſinam progrediens Silis recta propemodum, non autem recta linea, ſiquidem murenarum, ac anguillarum ad inſtar, quibus ſcatet optimis, vt & Cancris, vſquequaque ſe tortuosè girans modò ad dexteram, modò ad læuam, augetur ſemper aquis ſcaturientibus (fontes vocat Plinius) ijs præcipuè confertis valde, quæ à lacubus illis, hic illic, à natura diſpoſitis, vulgò mogliacci, vulgariùs boiecchi, limpidæ, paſſim proſiliunt, ebulliunt, exæſtuantq;. Inuertit Silis noſter molendinorum rotas

plurimas

plurimas, extra Vrbem non vnis in locis: atqui infra mænia ad Diui Martini Pontem ſexdecim primò molendinarias, tum illas, quæ ad fullonicam pertinent, quæ ad pyriticam, quæ ad capita, ſeu capitum integumenta magnarum glandium quercearum in puluerem redigenda, qui vulgò dicitur vallonia, ad ſutorum coria condienda: illas præterea, quæ ad acuendos gladios, armaq; , ac omnis generis inſtrumenta ferrea, ſeu calybea: & vel ad pinſandum aromata, & ſi quid aliud. Profluit itaque per illum Vrbis tractum pellucidus fluuius noſter ab armamentario, inibi ſecus vallum ingreſſus, & męnia, ad vallum exitus alterum, vulgò le pallate, muris, ac domibus, plurimum incumbentibus, exornatus nobilibus hinc & inde: vbi & Eccleſiæ inſignes, & cænobia ſpectabilia, & Hoſpitalia, maius pręcipuè faciei admodum ſpecioſæ: quinetiam amplæ plateæ tres, vel quatuor: illa in primis ſtrata lateribus ante xenodochiū, cui adſtat telonium, vbi cymbæ maiores onerantur, exonerranturq; locus propterea dictus ad Ripam Silis. ad lympharum viæ infra hos fines, hæc valla, medium ſuperiori anno confectus, ac fabrefactus fuit, ex S.C. pons admirandus, marmoreus plurimùm (ſiquidem vetuſtus conciderat) pons celebris, optimè intellectus, & magni ſumptus: pons inquam vnius duntaxat arcus de ripa ad ripam, quo. ſ. cymbę quoquo verſum grandiores, quas vocant Burchi, ſubtus tranſire liberè valeant ad deferendum maximè grana ſurſum ad molendina illa Martiniana, piſtorum Venetorum præcipuè, in primis aūt Reipub. molendis triticis deſtinata. Porrò in ſeſe recipit Silis noſter, ab Aquilone, ramos omnes aquarum ipſius Butinicæ propè eius exitum, vnde tumidior euadit, & ſæpe turbidus: quandoquidem Butinicæ permiſcetur aqua Plauis è Belluni montibus deſcendentis, per alueum in Naruiſiæ pago excitatum modicum ad molendas huius tractus per villas ſegetes, ad fucinam pariter, & ſerram exercitandam, tum ad aquandos agros, & demū in ſuburbijs (niſi diſpergatur prius, abſorbeaturuè) ad fullonum rotas, & ad denticulatis magnis illis ſeris robora diſſecanda. Flumen iſtud tacitum, quippe Silis, proficuum mirandum in modum, plurimis præditum eſt generibus piſciū, optimorumq;: Lucij ibi in primis, Tructæq;, Barbi inſuper, qui neſcio, an ſint piſces illi, de quibus Cicero in paradox. *Cic.* dum ait, barbatulos mullos exceptare de piſcinis: ſquali itidem optimi, non quidem marini illi ex genere cartilaginoſorum, de quibus Plin. lib. 9. cap. 11. ſed ſquamoſi: temuli, mugiles, reginę, tinchæ, ca *Plin.* pitones, & alij piſces, præter anguillas, murenas lampetras. ſ. & perpe-

perpetuos cancros, de quibus ſupra, diſtinentur, aluntur, capiuntur in piſculento Sili noſtro, ad Ciuium, & omnis generis incolarũ, aduenarumq; commodũ, dicam prorſus, quotidianum. ad hæc, Flumen noſtrum eſt, nedum nauigabile, ſed facillimæ nauigationis, omnibus propemodum nauigiorum generibus ſuſcipiendis paratum, imò exercitum, ac frequentatum, vt plurimùm hinc Venetias, & è contra: non quidem grandioribus, ac maximis illis maritimis, nauibus inquam, biremibus, triremibus, mioparonibus, catoſcopijs: ſed phaſelis primùm, lembis, ſcaphis, lenunculis, orijs, lintribus, liburnicis, ad ſolatium vtplurimum, & ad piſcatum: cymbis autem in primis varijs, apertis illis, & coopertis, burchelis, atq; ijs elatis, quaſi dixeris Burchelatis: maioribus illis maximè, ac amplioribus, aphractis inquam, vulgò Burchi, & Burchiferanti quaſi ferentes, per antonomaſiam. ſiquidem ij, vel ea, ſunt ad impenſiora, & plurima deſtinati pondera deuehenda: veluti ſegetum, ſaliſq; modia millenaria, vini dolia centenaria, quercuum, & quidem continuè, ingentẽ numerum: oneratis illis, adeo, vt ſi per quatuor digitos ex inundatione ſupercreſceret aqua, nauis huiuſmodi oneraria protinus obruatur: veruntamen adeo tutò nauigatur per Silim fluuium placidiſſimum, ac tranquillum, vt niſi malè ſtipata cymba, nunquam propemodum alia de cauſa naufragetur. Regij huius noſtri fluminis ſplendorem, ſublimitatemq; adhuc cernere eſt à me deſcriptam latiùs lib 4. Epitaphiorum, ex mirabili, eaq; memorabili inuentione, ac diſpoſitione magni Poliphili: vbi & alij fluuij extra Vrbem Silim ipſum ingredientes cenſentur. Et plura alia poſſem dicere in laudem tanti fluminis, & quot rotas inferiùs extra vrbem vergat, & quibus locis: & quot, quantaq; palatia ad ripas amænas Silis hinc inde vſq; ad fauces, ad valla maris, Patriciorum Venetorum præcipuè, comperiantur: quot vineæ illi incumbant, pergulæ, fructeta, viridaria: quot alnorum, populorumq; conſitiones: omnia inquam tanti amnis amænitatem, ſalubritatem, vtilitatem, ac commodum atteſtantia: ſed his contentus, ad Butinicę alterius Ciuitatis noſtræ fluminis laudes explicandas iã me conuerto: Si priùs dixero ad Silis florentes ripas ſuſq; deq; Nimphas, ac Naiades cõtinuè inhabitare, corollas nectere, choros ducere, tripudiare, ludere, canere, impendiò carminibus operam dare, per laticũ ſcatebras, per fluuij margines, per virides herbas, atq; florida viridaria, modo nudis pedibus, modo ſiccis, aut lintrium medio huc illuc hilarè diuagari: illaſq;, veluti Camænas alteras à poetis ad cantus metrices vocari ſæpiùs, aduo-

cari,

Digitized by Google

cari, inuocari; iuuat huc reuocare tetraſticum meum de D. Sardi, Oratione ad Illuſtriſs. Zenum Rectorem noſtrum anni MDCIII. quod eſt huiuſmodi.

*Sardo Orante ſilent Nymphæ Silis, & Butinicæ:*
*Hocq; ſilente canunt illius artis opes*
*Et Sardo, & Nymphis mirantibus ardua præſtat*
*Zenus: eo in ſomnis cunctaq; penna vigil.*

Vt Silim meum, Opus ſanè integrum, loquentem, ac publicantem heroicis carminibus laudes penè innumeras Illuſtriſs. Mauroceni Rectoris Tar. ann. 1598. 1599. 1600. qui modò. 1614. adhuc reſidet Cretæ Dux inclytus, Domini, ac Patroni mei celeberrimi perinde, ac celebratiſſimi: vtriſq; operibus typis æneis tunc temporū publicatis. Quì autem factum ſit, vt extra Vrbem ad quintum lap ſuper Sili noſtro Pons ille amplus ſublicius, qua Noalium, inde Patauium tenditur, ex quo Pons eſt, dicatur Pons magni Tiberis, vulgò il Ponte del Tiuirone, non audeo diuinare: niſi dixerim Silim noſtrum ante hominum memoriam ab accolis Tiberim dictum fuiſſe inibi Romani illius Tiberis æmulum

*Mitis vt in morem ſtagni, placideq; paludis.* Virg.

Vt ait Virg. lib 8. Tiburonem autem eo loci, quia tumidior factus eſt fluuius: in vniuerſum autem quia Silens eſt, ac placidus ab eius origine vſq; ad mare, Silis vſquequaq; dictum fuit hoc noſtrū flumē.

Cuius quidē amæni fluminis merita, & laudes mihi libet in præſenti cōcludere cū hexaſticho Scalæ illius primi inſtitutoris mei in eius ædibus Murrhianis Sili proximis, donec vixerit, regiſtrato, nempe. H. Scala.

*Salue, care ſenex, electro purior amnis;*
*Atq; Athesi, atq; alijs nobilior fluuijs.*
*Ipſe mei gramen lambis felicis agelli:*
*Ex animo curas diluis ipſe meo.*
*Grata mihi requies, Salue: ſpes optima, ſalue:*
*Salue præſidium, deliciæq; meæ.*

## ENCOMIVM BVTINICAE.

BVtinica noſtra Flumē ſuperum nobis quidem eſt laudanda, ac laudibus, inquam pluribus, efferenda, propter immenſa commoda, cum quæ intra, tum quæ extra Vrbem nobis affert, & ſingularia: tum etiam propter ingentes, atq; indeficientes vtilitates com-

modum Vrbi noſtræ ingens reputo, immenſumq; vtile, ꝙ ortum ducat hic fluuius in ſuburbijs infra ſecundum,& tertium lapidem: partim ſanè in pago ſancti Pelagij,ſeu de Roncolis, loco al pecorile: partim ruri illi proximo de Fontanis, ſic dicto, quippe quia ibi fontes plurimi:ſed ad villæ medium vnus præcipuus, quaſi omniũ caput, quibus ſeparatis fluuiolis paſſim voluuntur rotæ molendinariæ pariter,ac fullonicæ:denique in vnum coeunt,ab Vrbe non longè, maiorem ingreſſa alueum hæc fluenta:commodum autem propterea illud eſt, non poſſe ab inimicis diuerti flumen, quod tanti refert,cum nullibi ingens comperiatur, illo prę continuatis ſcaturiginibus tumefacto, niſi iuxta Vrbem in explanata,vulgò i guaſti, militibus, & tormentis in mænijs ſtantibus expoſitis foſſoribus ad certam necem. Alterum verò commodum eſt, inquam maximum, ꝙ clauſis magnis illis portis infra Vrbem, adeo extra alueum ſupra campos excreſcit aqua,vt saltem per ſexcentos paſſus inundet campi planitiem eum in modum,vt pedes nullus,forſan nec Eques,poſſit ad muros Ciuitatis tutus accedere, ſitq; illorum aduerſus hoſtes veluti fortiſſimum, ac inexpugnabile propugnaculũ: tale fuit ſtudium, ac ingenium huiuſmodi mæniorum tractus Clariſſimi conditoris, occaſione inquam Butinicæ fluminis ſalutaris. hanc, quam refero fluminis excreſcentiam extra muros ( alicui forſitan dubium, fortaſſis & incredibile) cum mihi videre haud quaquam contigerit, teſtem de viſu aduoco, manes. ſ. Simonis Locatelli Iuriſc. Taruiſini,qui in eius Dialogo de Origine Vrbis Tauriſanæ dum calamo perueniſſet ad memorandum Prætorem anni MDXXI. Priamum Legium,ſic ſcriptum reliquit. Fuit iſte Prætor multùm diligens,atq; accuratus,præſertim in Vrbe munienda; fecitq; illam, quam nunc habemus, ſupra Butinicam mirabilẽ ſtructuram,ad recludendas aquas:quas, ut ipſe uidi, adeo circa Vrbem ipſam excreſcere,atq; exundare certum eſt, vt omnia iugera Vrbi proxima aquis ſubmergi fere ad mille paſſus vltra Vrbem videas. erant eo tempore complures ſtantes ſupra mænia, atq; admirantes tam vaſtam aquarum molem, atq; equidem horrorem cernẽtibus incutiebat,quaſi videretur diluuium: vſqueadeo campi aquis circumquaq; operiebantur,hucuſq; Locatellus. Cæterùm legitur, & longè ante iſtud temporis hanc eandem huius fluminis aquarum diſpoſitionem fuiſſe ad Vrbem tutandam: veluti habetur præcipuè in hyſtoria noſtrate lib. 5. p. 253. dum. ſ. Eccelinus de Romano occupare Tar. decreuiſſet. ponam verba formalia. *Ma nel 1241. al principio*

Margin notes: ſ. Loc. — Hyſ. Tar.

*cipio d'Aprile, Eccelino vſcito di nuouo fuori con molta militia raccolta del Padoano, del Vicentino, del Veroneſe, & del Piedemonte, & paſſata la Piaue à Vidore andò per Valmarino, nel Ceneſeſe; facendo molte ſcorrerie ne' luoghi de' Camineſi ſino à Franceniga; & danneggiato molto quel contorno ritornò à dietro: & di ſotto Conigliano à Mandre paßata la Piaue, venne ſopra la campagna di Spreſiano; et al fin di Maggio s'accampò à Lancenigo. Ma per eſſer chiuſe l'acque, che innondauano d'ogn'intorno la Città, & gli apportauano grande impedimento, ſcorſe nelle Zoſagne ſino alla marina, facendo per tutto, oue egli arriuaua notabili danni: con quel che ſegue.*

Atqui infra Vrbem quanta commoda, quot, qualeſq; utilitates affert nobis hæc Butinica? fortaſſe non ingens commodum piſcationes continuæ die, noctuq;, manibus, naſſis, cunis, hamis, retibus, illis præſertim craſſioribus, uulgò brenazzi, ad molitorum portas aquarum carentes rotis? in quæ, noctu præcipuè, præ tempeſtate turbatis aquis, ac tonitru, anguillæ plurimæ, illæq; craſſiores, aceruatim, ueluti præcipites, dilabuntur: accedit, q & piſcinæ aliquot per Vrbem harum aquarum commodo diſtinentur: cæterùm, pannorum, linteorum, ueſtium, ac rerum penè omnium ablutionum, interaneorumq; boum, ac uitulorum, vulgò tripe, Taruiſij optimæ, emundationum commoda ſunt ampla nimis, priuata non minus, ac publica, lauacris, vulgò lauatoi, materna verò lingua lampori, defixis infra aquas defluentes optimè accommodatis. verumenimuerò commoditas illa eſt maxima, illud eſt maximum vtile, quòd amnis iſte per alueos ſuos diuaricatus, vulgò Cagnani, hic, illic, circumuoluit rotas circiter quinquaginta ad molenda grana, vſui, ac eſui omnium incolarũ Vrbis inſeruientia, non ſemel & Venetorum: præter illas, quæ efferunt, ac demandant aquas per tubulos, ad forum præcipue, tum ad alia loca. Æquiparare geſtio Nilo Flumini Ægyptiorum feraciſſimo Butinicam (ſi modò parua licet mihi nunc componere magnis) cũ Nilo etenim, præter hæc, aliud illa Symbolum tenet, in oris. ſ. in arcubus illis ſeptem per fornices continuatis, quantum lata, ſunt mænia cum terraplenis ſuis inibi ad Vrbis ingreſſum, clathris ferreis vſquequaq; intertextis, numeri inquam ſeptenarij tanti ponderis, ac momenti: vnde Iuuenalis Sat. 13. dicebat.

*Rari quippe boni; numero vix ſunt totidem, quot*
*Thebarum portæ: vel diuitis oſtia Nili.* **Iuuenal.**

Vbi Britannicus inquit Poetam alludere ad ſeptem illos Græciæ ſapientes, qui fuerunt, Thales, Solon, Periander, Cleobolus, Chi **Britan.**



Digitized by Google

*Geogr.* lon, Bias, & Pithacus. de ſeptem his Nili oſtijs, quibus in mare funditur, Diodorus, Strabo, Plinius, & Pōponius Mela. Virg. in Georg.

*Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora.* 9. autem Æneid.

*Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus*

*Virg.* *Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus.*

*Ouid.* Ouid. in 1. Metamorph. Nilum a ſeptem oſtijs ſeptemfluū appellat: qui 2. de Triſtibus de Thebarum portis, de quibus Iuuenalis ſupra, dicebat.

*Iuuen.* *Et ſeptem portas cum Duce quamq; ſuo.*

Adeo ut Butinica noſtra flumen ab effectu ditiſſimum, ac ſeptēfluum, ſit noſter Nilus? tametſi ille inundationis medio ditem, proficuam inquam, reſtituat Ægyptiam regionem, Butinica verò potiùs nos exundatione defraudet, ſata contegens, ac corrumpens: nō tamen propterea, nos illam abſolutè dicamus defraudare, dum intumeſcēdi caſus euenerit (quod Deus auertat) cum potius ſeptemgeminis incremētis adiuuet Ciuitatem, incumbentes hoſtes arcendo propterea, ac penitus haud quaquā voti compotes profligando. Reliqua porrò Butinicæ noſtrę commoda, cum illa iungatur Sili, atq; eius nomen, nedum latices, cū illo interim Taruiſij confundantur, cum ipſius Silis recitatis antea cōmodis iure meritò cōplectemur.

Ne autem videamur adhuc, inſcriptionum prorſus obliti, arceſſamus illam ex marmore conſpicuam valde, quæ eſt in mœnijs poſita infra Vrbem ſuper his ſeptem Butinicæ oſtijs inſignis, nempe.

PRIAMVS LEGIVS ANDR. F. PRÆT. PRÆF. Q. EX S. DECRETO ARCVM ORDINIBVS EXTRA, INTVSQ; DVPLICATIS, PONTEM REFECIT, MVRVM SVPERSTRVXIT, VIAM STRAVIT, TERRAM A PONTE AD SILIM VSQ; AGGESSIT: FOSSAM ADIECTO EXTERIORE MVRO AMPLIAVIT, AD AQVAM REPRIMENDAM, AD HOSTEM ARCENDVM IACTIS EX SOLIDO LAPIDE IN AQVA FVNDAMENTIS OBSTACVLA POSVIT. PORTICVM INSVPER ADIECIT, QVÆ CIVIBVS ÆSTATE LAXAMENTO FORET. ANNO MDXXI.



Digitized by Google

### COELI REGINÆ SACROSANCTÆ DEIPARÆ *Virgini Glorioſæ MARIÆ, Fidelium mortalium, illam humiliter deprecantium, ad Deum Patrem, ad Deum Filium Oratrici Saluificæ Bartholomæus Burchelatus Phyſicus (humiles Apoſtrophes ſuas proſequens vſque ad finem operis) ſeſe, ac cauſam ſuam flexis genibus incuruatus cõmendat, ſuoſq; ſimul ſuppliciter eius interceſſionib. recommittit.*

TE coram, ò Virgo ſancta, humani generis diligens aduocata, Compareo ego peccator, delictorum ſarcina pręgrauatus: dolens, pęnitens, ac ſuſpirans. O clemẽs, ò pia, tui patrocinium eia ſupplex imploro miſerrimus, Tu, quæ filium tuũ vnigenitum D. N. IESVM Chriſtum ad miſeriarum noſtrarum partem capeſſendam expoſuiſti, vidiſti, fuiſtiq; plurimùm illarum conſors, vt nos demum iuſtè, ac piè viuentes, illius participes glorię euaderemus. Tu, ò MARIA, cui Deus ſemetipſum credidit, quò gratiarum illius pro nobis liberalis exiſteres intercedens: Tu inquam vnica Annæ Sanctæ Filia, vel in conceptu innocens, quæ Angelicam duxiſti vitã in terris, victura ſupra Angelorum Hierarchias æternùm in Cęlis: Tu, Virgo ſemper, cęli Imperatrix, & Sponſa Dei, quæ te Ancillam Domini vocitaſti, vnde reſpectę humilitati tuę, quę te ſublimauit ad cęlũ, modò Angeli famulantur: Tu Benedicta inter mulieres, cuius Templũ inter nos maius, & Cęmeterium, Cadauer meũ (ſi Deus volet) breui tẽporis ſpatio eſt recępturũ; Reſpice me, & miſerere mei. iã ſiſtere nõ audeo corã dilecto Filio tuo, cui omne iudiciũ dedit Pater: Tu, ò benigna, cuius tutamen, ab imo pectore trahẽs ſpiritũ, inuoco magis magiſq;, illũ exora pro me peccatore oĩum maximo, vt delictis parcat, peccata dimittat, deleat iniquitates, nec illarũ ampliùs recordetur. Peterẽ & Auctarij loco, ò Gratioſa Dei mater ſanctiſsima, vt gratũ haberes hoc opus meũ: vt candorẽ mẽtis meę in illo conficiũdo, abſoluẽdoq; ĩtuẽs protegeres, ac à Theoninis dẽtib. tuereris: niſi iamdudũ mihi perſpectũ eſſet: Te Benedicti Pontificis XI. S. Patris noſtri, cui id operis cõmendaui, feruidas preces pro nobis fuſas (vt autumo) lubenti animo ſuſcipere, ac adiuuare. Deniq; clamanti mihi, ò mater gratiæ, æquò, ac miſericordię, tuæ charitatis porrige dexteram, cadentem ſubleua, & dum ſubleuas ſuſtine, & dum ſuſtines erige, & dum erigis dirige, & dum dirigis inſtrue, ac comitare aſpirantem ad Cęlum, tua, Filijq; tui Redemptoris noſtri beatifica viſione perpetuò fruiturum. Fiat, Fiat. In nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti. Amen.

Digitized by Google

# AVCTORIS PERORATIO
## AD TARVISINOS SVOS.

HÆC itaq; , ò mei Ciues, ac Domini, præcipua Taruiſij Originariæ Vrbis noſtræ collegi, compegi, ac diſpoſui Memorabilia Monumenta, quin Memoranda, atq; , vt cernitis, opus ſatis amplum, ex meritò adiunctis, conſtruxi: nec quidem indignum forſitan, quod per orbem vniuerſum deferatur, legatur: Ego Bartholomæus Bruchelatus Ciuis Taruiſinus ex mea perinde, ac parentum origine: ex ephebis ad hunc ætatis meæ annum LXVIII. Oeconomus, & Paterfamilias: Diui Georgij Eques ex gratia ab anno MDLXXIV. Philoſophus ex inſtituto, quis ſcit, quòd non ab ortu naturæ? veſter Medicus Clinicus, præſertim pauperum, ex profeſſo: vterq; ſanè ex ampliſſimo ſacræ Patauinæ Academiæ Priuilegio roboratus MDLXXVI. Scriptor inſuper Carminum, ac Proſaicarum Orationum in vtraque lingua ex occaſione continuus: Compoſitor porrò, tum Lector, tum promulgator operum ex Genio: Academicus litterarius ex Electione: Academiæ inquam Conſpirantium ex æmulatione Erector, inſtitutor ſolus, & Cóſeruator, operibus præcipuè in dies prolatis, & adhuc proferendis: Anhelantium autem, Doctore Antonio Nuado Sardo excitante, ex aſſenſu Reſpirans, atque omnium ſuffragijs primus P. Orator Præterea ad calamum, pro decorandis, collaudandis, decantandis, Rectoribus Illuſtriſſimis Vrbis noſtræ, ijsq; gratijs agendis, requiſitus, irrequiſitus, octies: Italica lingua vt plurimum, latina aliquãdo, nonnunquam Heroico carmine: ad Bembum, ad Viarum, ad Contarenum, ad Maurocænum, ad Contarenum alterum, ad Michaelem, ad Zenum, ad Superantium poſtremò: ex quib. Orationibus ſex adhuc ſunt typis impreſſorijs publicatæ; Orator autem ſemel cum collega Nobili, ac Iuriſconſultiſſimo ad Sereniſs. Principem Grimanum. MDCI. dicam aliud? etſi abſonum, dicam tamen, dicturis verbum præripiens: me nominis etiam, ac gloriæ fuiſſe cupidum: eſto: non erubeo, non reluctor. pro me forſitan? vix credendum, cum ſim Philoſophus, atq; is Chriſtianus, neglector faſtus, ac ambitus: *Virũ*
T. Aug. noſtis. Prouocantur aliqui, dicebat D. Auguſtinus, ad virtutum ope ar ex appetitu gloriæ humanæ. Non tamen eſt verè virtuoſus, qui propter humanam gloriam opera virtutis operatur. Et Caietanus

ſuper

ſuper S.Thomam aſſerebat,ſi gloria vt finis virtutum ponitur, vir- *Caiet.*
tutem deſtruit. Quem nam vnquam ego prenſaui petens, aut gradum,aut locum, aut ſtudium, aut vtilitatem? aſt in exemplum id, necnon memoriam à me deſcendentium: quinetiam Ciuitatis æq;, ac bonorum Ciuium: vt ij poſtmodum iſtis in dies maiora patrent, & grauiori ſtylo ea,ſeipſoſq; commendent æternitati: ſed reuertor ad penſum meum. Ego inquam Nobilium ædium cum excelſa, ſcanſili,& operta Turri, XXIX. iam annis emptor, ac Dominus ex commodo,ad mei commodum, & Progenitorum meorum, quinetiam ad amicorum ſolatium; ad hæc (quæ veſtrùm gratia) Vir Conſiliarius,Capitularis, Ciuitatis Prouiſor, Conſul, ac Antianus ordinarius,vti Doctor,iam tertiò. Piarum Congregationum Præſidens, ac Gaſtaldio (quod aiunt) inquam vt Doctor, quinquies: Collegij Philoſophorum, ac Medicorum iam Sextò Prior; Electus pluries Conſeruator Sacri Montis: Electus toties Præſidens magni Hoſpitalis. Effectus tertiùm ſapiens eius Pij loci, vbi Doctor vnus duntaxat neceſſario,ſexdecim infra Conſiliarios. Præſidens porrò perinde,ac Iudex ad honorabile aquarum officium pariter, ac Tribunal in Palatio rationum infra duos probator Ciues, per annum integrum,ſcilicet,MDCXV. votis omniũ Conſpirantibus ſuffragia conferentium. Deniq; veſtrùm omnium gloriæ (Ciues mei) Speculator perpetuus, relator verax, admirator fidelis. Quæ omnia non iactantiæ ſtudio, nec philautiæ,ſed, certo certiùs, hic à me poſita, vt me uobis fuiſſe & gratum,& amatum Ciuem, & euectum, atq; honoratum alumnum cunctis præmonſtrem Hæc uobis tandem (Ciues, ac Domini prædilecti) Apollodoro Philoſopho mihi aurem vellicante, dum diceret. Qui cum virtute vixerunt,ſi liberis carent, *Apollo.*
laudes immortales eorum loco dimittunt: qui liberos habent, eis optimam dimittunt hæreditatem, hominum, & patriæ gratiam. & Marcus Marulus,in quodam Epitaphio exponendo Iſconi poſito, *Marul.*
dicebat. Cum in Ciuitate benemeritis digna præmia impenduntur, cæteri omnes ad virtutem capeſcendam excitantur: non tam mercedis cupiditate, quàm honeſtæ laudis affectu. & M. Tullius in *Cic.*
quadam oratione. ſed tamen ex omnibus præmijs virtutis, ſi eſt habenda ratio præmiorum, ampliſſimum eſſe præmium gloriam: eſſe hanc unam, quæ breuitatem uitæ poſteritatis memoria conſolaretur: quæ efficeret, ut abſentes adeſſemus, mortui uiueremus, hanc denique eſſe, cuius gradibus etiam homines in cęlum uideantur aſcendere. nec prætermittam initium Epiſtolæ Plinij Cæcilij ad

Pauli-

Digitized by Google

*Plin. C.* Paulinum ſuum. nempe, Alius alium: ego beatiſſimum exiſtimo, qui bonę, manſuræq; famæ præſumptione perfruitur, certusq; poſteritatis cum futura gloria viuit. cum vitio malignitatis humanę hoc habeamus, vt vetera ſemper in laude, præſentia faſtidio ſint. Valeát, valeant Ciues mei, ſint incolumes, ſint felices, ſint beati: ſtet hæc Vrbs præclara, mihiq; Patria cariſſima. Nec propterea, Ciues, vt *Lucian.* Luciani verbis vtar in Anacharſi, Diuitias, gloriam, honoris, ac dignitatis gradus ampliſſimos, ſolennitatumq; Patriæ fruitionem, rerum familiarium ſalutem, auctionem, indemnitatem, pro ſtudijs, ac laboribus his requiram. Quapropter, Domini mei, Patres, Fratres, ſocij, ac conſanguinei, me vos amantem, amaturi ſemper, amate, laborantem fouete, indulgentem amplexamini: Siq; mihi philoſopho nullum, quod nec poſco, nec opto præmium, concedetis: concedite inquam (ſi bene de Vobis merui quid) filijs meis: ſcilicet gratiam, gradus, ſtudia, dilectionis affectum, effectumq; ſingularem: Quò & ego ab humanis ſecretus aliquando (ſi, quod in primis cupio, me traxerit ad ſe Deus) vobis ab illo gratiam, & gloriam iure-meritò deprecer immortalem.

---

Hæc ἀνακεφαλαίωσις, hæc vniuerſi operis τελος.

Expeditum menſe Aug. M DCXVI.

*Dum rapidus torrens ſitientes Syrius Indos,*
*Arderet Cœlo.*

Opus Foliorum X C. cum dimidio.

**F I N I S.**

AO1 1472613

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

G
80:

Digitized by Google

Google